MARCELLI

PALINGENII

STELLATI POETAE

DOCTISSIMI,

Zodiacus vitæ:

HOC EST,

De hominis vita, ſtudio, ac moribus optimè inſtituendis, Libri XII.

Opus mirè eruditum, planéque Philoſophicum: ex collatione optimorum exemplarium emendatiſſimè in vſum Studioſorum denuò excuſum:

Cum Indice accuratiſſimo.

LONDINI,
Ex officina Societatis Stationariorum.
1616.

Cum Priuilegio Regiæ Maieſtatis.

XUM

MARCELLI

PALINGENII

STELLATI POETAE

DOCTISSIMI

Zodiacus vitae:

HOC EST,

De hominis vita, studio, & moribus carmina

tripartita, Libri XII.

Cum gratia emendationis, plurimique Philosophicarum

explicationum earundem carminum accessione.

Cum Indice accuratissimo.

LONDINI,

Ex officina Societatis Stationariorum.

1 6 4 6.

Cum Privilegio Regiae Majestatis.

AD ILLVSTRISS. OMNIQVE LAVDE DIGNISSIMVM Ferrariæ Ducem, Herculem secundum, Marcelli Palingenij *Stellati Præfatio.*

CONsuerunt scriptores, tum antiqui tum recentiores, illustrissime atque inuictissime dux Hercules, Estensis familiæ summum decus, splendor, & gloria, postquàm libros suos, imò liberos, quos ingenio suo pepererunt, ad calcem perduxêre, virum quempiam amplissima dignitate ac potestate conspicuum, quærere, cui labores suos dedicent, nuncupent, atq; commendent; vt eius fauore ac patrocinio muniti, pestilentissima inuidorum spicula, criticorúmque temeritatem non reformident: Quandoquidem in hac vitæ tragico-comœdia contingere plerumque solet, vt ignaui homines voluptatibus addicti, eos contemnant quos virtute præstare vident. Diuina tamen prouidentia fieri semper solet, vt, in tanto humanæ vitæ errore, aliquis Princeps reperiatur, qui virtutem diligat, suoque patrocinio tueatur: ne studiosis viris præsidium desit, & locus ad quem confugere valeant. Cæterùm, vt antiquos reges atque imperatores silentio præteream, qui viros ingenio præcellentes amplexi sunt, tu vnus es tempestate nostra, Dux excellentiss. cui Deus talem tribuit mentem, vt nil pulchrius, nil honestius, nil diuinius virtute ipsa existimes: ideóque virtutem habentibus præstò esse consueuisti. Minimè mirum igitur videri debet, si ad Celsitudinem tuam confugi, librósque meos tibi dedicare

dicare constitui. Nam quem alium patronum in tota Italia inuenire possim, cui musæ cordi sint? qui carmen sibi oblatum aut intelligat, aut examine recto expendere sciat? O corruptissima tempora! Quid mihi cum Principe, qui alienis oculis videt? ore loquitur alieno? illum volo qui per se possit curuum discernere recto: cui non ausint maligni homines dicere candida de nigris, & de candentibus atra. Talem igitur cùm te esse omnes prædicent, Dux illustrissime, audacter ad te profectus sum: eò maximè quòd Antonius Musa Brasauolus, vir singulari doctrina integritatéque conspicuus, qui Excellentiam tuam fidelissimè colit, mihi de te spem optimam attulit: quippe qui doctrinam, prudentiam, humanitatem, liberalitatémque tuam mirificè apud me commendauit. Cuius verbis tantum habeo fidei, quantum dici possit. Eo igitur suadente, opus nostrum, cui titulus est ZODIACVS VITAE, in duodecim libros digestum, multósque per annos elaboratum, Celsitudini tuæ donamus, dicamus, nuncupamus: vt apud posteros nomen tuum clarum ac memorabile fiat. Sed quanquam longè pretiosiori munere dignus ès, tamen hoc exiguum nostrum accipere tua Celsitudo ne dedigneur, magísque donarit animum, quàm donum ipsum aspicere velit. Spero tamen fore, si opus hoc tuis auspiciis semel in lucem eruperit, vt apud viros bonos ac verè doctos laudem haud spernendam sit habiturum, præsertim apud posteros. Quandoquidem posteritas ipsa solet absque inuidia iudicare, iuxta illud, Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. Nónne sua etiam sæcula Mæoniden risere? Accipe igitur, Dux illustrissime, exiguum pauperis clientis munus: tuóque fauore, quasi Palladis ægide, ab inuidorum maledictis defende. Si tamen in tanto opere aliquid fortè reperitur

quod

quod à nostra religione aliquantùm dissentire videatur, mihi minimè imputandum censeo. Nam dum aliquando de rebus philosophicis loquor, diuersorum Philosophorum opiniones refero, præsertim Platonicorum. Quæ si falsæ sint, non ego, sed ipsi reprehendi debent: cùm mea sit intentio, à Catholica fide nunquam declinare. Quocirca in omnibus quæ scripsi, orthodoxæ Ecclesiæ me humiliter subiicio, eiusque censuram, vt virum Christianum decet, libenter accipio.

Vale Princeps optime: Dij te nobis diutissimè seruent.

THOMAS SCAVRANVS AD LECTOREM.

PRelia grãdiloquo scribũt Maurortia versu,
Pugnaceſq; ſolent tollere ad aſtra viros,
Aut mœſtos referunt alterno carmine caſus,
Aut Lyricis celebrant te Cytherea modis,
Multi atque egregii vates, Oenotria tellus
Quos tulit, aut Graii qualibet ora ſoli.
Hec via iam cunctis nota eſt, hac trita poetis
Materia, hanc omnis tractat vbique liber.
Sed pauci, heu nimium pauci, tentare ſeueras
Conantur docto carmine Pieridas:
Pauci audent veri cecas aperire latebras.
Quiſque iocos ſequitur, ſeria quiſque fugit.
Quàm facile eſt chartas nugis implere canoris?
Quàm facile in calamũ fabula blanda venit?
Auſoniot inter vates Lucretius vnus,
Scrutator veri ſedulus ipſe fuit:
Abdita naturæ cupiens irrumpere clauſtra,
Et ſuperos acie mentis adire Deos.
Sæpe tamen recto deflexit tramite, & errat,
Deceptus dictis, ô Epicure, tuis.
At nunc Marcellus meliori numine ductus,
Vera magis, nec non vtiliora canit.

De

De diis, deq; anima ostendit quid credere sit fas.
Dum sequitur nostra religionis iter,
Carmine complexus, Phœbo Musisq; secundis,
Quæ intra se, & quæ extra maximus orbis ha-
Viue igitur fœlix, Vates dignissime, donec (bet.
Suspendet mundi pondera vterque polus.
Tu Marcellus eris: nunquam tua fama peribit,
En tua laus nullo est interitura die.
Candide Lector habes diuinum carmen, in illo
Inuenies animi grata alimenta tui.
Quæ sint summa bona, & quo pacto ducere vitã
Conueniat, præsens hoc tibi pandit opus.
Hoc tibi dat sophiæ cœlestia munera, per quæ
Te poteris summo conciliare Ioui:
Hoc tibi naturæ mysteria multa recludit:
Denique te doctum, te facit esset bonum.
Zodiacus vitæ fertur: quia vita per ipsum
Ducta nitet, ceu Sol per sua signa means.
Maioremq; vt sol mundum, sic iste minorem
Illustrat, vegetat, ornat, aliq;, liber.
Quem quicunq; Deo charus cupit esse, tenebit
Sæpe manu, & magna sedulitate leget.

HEINRICHVS PANTALEON BASILIENSIS AD Christianæ iuuentutis moderatores.

Hactenus inflatas magas falsosque poetas,
Græcia quos mendax, Ethnica turba dedit,
Legimus hen omnes pueri, iuuenesq; senesque,
In celebri cœtu, Christiadumque scholis.
Ergo Marcellus virtutis culmina scandens,
Vera modo nobis & meliora tulit.
Non hic Harpyias, Cyrces, vastosque Cyclopes,
Non vanes superos, nomina ficta docet:
Sed quæ prudentum collegit turba Sophorum,
Sublimes animos qua super astra leuant.
Quæ sint summa bona, & veturæ gaudia vitæ,
Quæ nos sollicitos nocte dieq; tenent,
Exposuit sancte: credo illi adsistere Musas,
Ordine sic pulchro verba diserta canit.
Hunc igitur placidi nostro remunare labore,
Omnibus vt pateat gloria lausque Dei:
Vt pueri imberbes discant pia dogmata primum,
Cætera post vatum dulcia scripta legant.
Vos ergo patres diuinam quæso poesin
Tradite discipulis: præmia magna refert.
Alta sub inclusa retinet mysteria sensu,
Omnibus Attalicas vndique pandit opes.

MAR-

MARCELLI PALINGENII STELLATI POETÆ,

Zodiaci vitæ,

LIBER PRIMVS.

ARIES.

MENS mea, nescio quo iamdudum impulsa furore,
Ardet lauriferos Parnassi inuisere colles,
Ruráque Castaliæ Musis celebrata canoris:
Cyrrha placet, semperque virens nemus. ô ego quantas
Effugiam tenebras! video surgentis Eoo
Luciferi radios, paulatim albescere cœlo. (fundo.
Liuor abi; & Stygio procul hinc te absconde pro-
Vincit amor Musæ, vincit Deus: ardua quamuis
Sit via, non metuit virtus inuicta laborem.
Phœbe pater, vatúmque decus, da noscere calles
Ambiguos: auidúmque reple ambrosio Aganippe:
Lux tua monstret iter, per quod penetralia templi
Ingrediar veneranda tui, & me subtrahe vulgo.
Non ego, quòd veniam nouus ignotúsque sacerdos,
Gratus ero fortasse minus: si numine dextro
Extipies, blandóque sinu tu tollis ab imo,
Nobilitásque viros: sine te mortale peribit
Ingenium, vox rauesceret, nil dulce sonabit

Vana

Vana chelis: quòd si fueris mihi dexter, adibo
Sydera, spectabitque altos mens enthea diuos.
Sis igitur mihi, quæso, fauens Latoë: tuúmque
Tollere humo (nisi fata vetent) dignare clientem.
Et vòs Castalides Nymphæ, si pectore puro
Limina vestra adij: si non contagia cæcæ
Luxuriæ iuuenem potuêre auertere vestro
A cultu, nec me vicit vesana libido,
Tradite me famæ, ne prorsus inutilis olim
Vixisse hîc videar, pereámque in funere totus.
Spes famæ solet ad virtutem impellere multos.
Tu verò Dux, Herculeo qui nomine gaudes,
Ausonios inter proceres celeberrime nostro
Tempore, & Estensis certissima gloria gentis,
Quem Parnassiacis Pallas nutriuit in auris,
Et sacro à teneris alucrunt lacte Camœnæ:
Vnde sibi sperant decus immortale futurum,
Cyrrhæásque iterum per te reuirescere lauros:
Quanquam obstat Mauors, atq; inuidus in sua quærit
Promissis, aliisque modis te ducere castra:
Castra, vbi perpetuos merearis victor honores,
Et tua lauriferis decorentur signa triumphis:
Adsis, & placido vultu dignare poëtam
Aspicere, insolitas intentatásque volentem
Ire vias, vatum quas non vlla orbita signat
Hactenus: & timido optatum largire fauorem.
Sic tua te incolumem videat Ferraria semper,
Donec post longæ fœlicia tempora vitæ,
Decedens terris, ad cœli sydera migres.
Illa dies olim veniet (modò stamina nobis
Longa trahat Lachesis) quũ te & tua facta canemus
Vberiùs, noménque tuum Gangetica tellus,
Et Tartassiaci resonabunt littora ponti:
Ibit Hyperboreas passim tua famà per vrbes,
Et per me extremis Libyæ nosceris in oris.

Tunc

Tunc ego maiori Musarum percitus œstro,
Omnibus ostendam quanto tenearis amore
Iustitiæ, sit quanta tibi pietásque fidésque,
Quantùm consilio valeas, & fortibus armis:
Quàm sis munificus, quàm clemens: denique per me
Ingenium morésque tuos mirabitur orbis.
At nunc, ista tibi quæ tradimus accipe læto
Interea vultu, & præsentibus annue cœptis.
Scribere fert animus multa & diuersa, nec vno
Gurgite versari semper: quò fluminа ducent
Ibimus, & nunc has, nunc illas nabimus undas:
Ardua nunc ponti, nunc littora tuta petemus.
Et quanquam interdum fretus ratione, latentes
Naturæ tentabo vias, atque abdita pandam:
Præcipuè tamen illa sequar quæcunque videntur
Prodesse, ac sanctos mortalibus addere mores,
Heu penitùs (liceat verum mihi dicere) nostro
Extinctos æuo: quo non obscœnius vllum
Aut fuit, aut posthac erit, & quæcunque nocentes
Languenti valeant animo detrudere morbos.
Non melior, non virginibus magis apta Camœnis
Materies, quàm quæ tractat de moribus, vlla est.
Hæc hominem reddit sanum, ingeniósque valentem,
Sit quamuis hebes, & stolidi cognatus asselli,
Impius, & recti contemptor, iupiter & qui
Luxuriam sequitur, vel quem sceleratus cupido
Solicitat, cuiusue premit præcordia dirum
Inuidiæ virus: mendax, vafer, atque bibendi
Consultus: demùm vitio quocunque laborans,
Hæc poterit sola peruersæ crimina mentis
Extuere, atque viam vitæ reperire salubrem.
Efficit hæc claros homines, & honoribus apros,
Qui sibimet, domuique suæ, patriæque decenter
Consulere, ac dubijs rebus succurrere norint.
Non tantùm facies roseo niue ósque colore

Missa

Mista placet, pulchrique oculi, pulchrique capilli,
Singulaque æthereas imitantia membra figuras:
Quantum compositi mores, & splendor honestæ
Mentis, quam vitio virtus seclusit, ab omni.
Quid quod iustitiæ cultor, morúmque bonorum
Lætus agis, sperásque Deos sibi prospere semper?
Nec curæ, si quis secreta in aure loquatur:
Nec trepidat Regis, vel iudicis ora vocatus.
Contrà, qui malus est, formidat semper apertum
Ne fiat facinus, quod clàm commisit: & ictus
Fulmineos, tonitru audito, sibi conscius horret.
Si quid secum homines mussant, nunc dicitur ebeu
De me, nunc recitant nostræ præconia culpæ.
Quid faciam? iudex, vel Rex me accersit: adibon?
An potiùs fugiam miseræ discrimina vitæ?
Lege Deum stabili semper metus angit iniquos.
Námq; malus, quanquàm interdum gaudere videtur,
Æstuat ipse tamen, medijs vt Strongylos vndis,
Ætnáue, quum fabricat flagrantia tela Pyracmon.
Num magis ergo canam mille oppugnata carinis
Pergama periurum stultè miserata Sinonem?
Ogygiásue domus infausto Marte petitas?
An laudabo aliquem dictis mendacibus (vt pars
Magna solet vanum) & eorum Phœnica vocabo?
Num melius plumis Iuuenia regna secantem,
Dædalon, Icariósque ausus & fata gementem,
Mutatáq; Deum aeq; hominum memorare figuras?
Et vacuas aures magis mulcere canoris?
Num melius iuuenum lasciuos dicere amores?
Quodque nefas maius, dictis temerare prophanis
Cœlicolas? quid enim dementia nostra veretur?
Concumbunt, rapiunt pueros, vitiántque puellas:
In cœlo est meretrix, in cœlo est turpis adulter.
Pro pudor! hæc pietas? hoc fas? hæc debita diuis
Gratia, thura, foci, pecudes, altaria, laudes?

Quid

Quid non mentiri, vel quid non protinus audet
Fingere mortale ingenium: vt sibi maior eundi
In præceps pateat via, liberiórque potestas
Peccandi detur, minus & peccata pudoris
In se contineant? O stulta, ô putida cetè
Scriptorum turba Anticyris purganda duabus!
Ad vos hic sermo est, alios vexatis & ipsi,
Nec parcit cuiquam vestræ petulantia linguæ.
Quid mirum, si vos eadem quoq; fulmina tangunt?
Dicite, quid tantum noctésque diésque laborem
Fertis? duntaxat pro vobis? At nihil inde
Laudis habere licet: nam qui sua commoda solùm
Quærit, nec prodesse alijs curat; potiùs sed
Damna aliena malus ridet, dum quod sibi credit
Vtile perficiat: sæpissima iure meretur
Bellua, non homo dici. Ergo sic scribere oportet,
Vt quicquam inde boni valeant haurire legentes,
Ne frustrà tempus sese triuisse querantur,
Fallaces nugas & inania monstra legendo.
Atqui scire opus est, triplex genus esse bonorum,
Vtile, delectans, maiúsque ambobus honestum.
Horum aliquod, vel plura ferat quodcunque poëma:
Sic tamen, vt metæ nunquam frangantur honesti.
Sed quibus est dignus titulis, qualiue corona,
Qui non vana modò, ac nullam præbentia frugem,
Verùm quæ potiùs vitam corrumpere, nec non
Insipis possint maiorem adhibere furorem,
Affigit chartis, diræ monumenta relinquens
Luxuriæ & populis deliramenta futuris?
Heu quantos vrget stimulos, & qualia nequam
Sermo animis aconita propinat, ab auribus audet
Improba vox, imas cordis penetrare latebras:
Ad scelus inde solet torpentia membra mouere.
Dicet fortè aliquis, delectant talia magnum
Sæpe virum, cuius florente fatelles in aula

Plu-

Plurimus est: & quem rerum iubet esse verendum
Copia, cui ridet modici fortuna cerebri.
Quid tũ? proinde licent, & sunt laudanda, quòd ipsis
Diuitibus placeant? Non sic. nam quilibet haud scit,
Quot bipedes aurum, quot purpura vestit asellos
Sunt, ô sunt multi, Sidonia concha superbos
Quos facit, & Seres depexæ frondis honore
Obducunt, quorum digitis nitet aureus ingens
Annulus, & rubro collecta in littore gemma:
Hos tu iurares magnum superare Platonem
Ingenio, & sanctis non cedere moribus illi,
Quem solum cecinit Phœbi cortina beatum.
Nil tamen intus habet species hæc tanta: sed ipsos
Nomine non vano, ventosos dixeris vtres.
Magna voluptatem generat fortuna, voluptas
Stultitiam, & prorsus lumen rationis obumbrat.
Inde fit vt rarò sapiant. tolerare laborem
Propter virtutem quis vult, si præmia desint?
Præmia quis quærit, nisi quem dura vrget egestas?
Gaudia sectatur diues, dulcémque quietem:
Dumosos odit calles, cliuósque viarum
Difficiles, per quas doctrinæ scandimus arcem.
Non possum tota non excandescere bile:
Quin ego deuoueo versus, pariterque poëtas,
Cùm video pueros, obscœna docente magistro
Carmina, pesores fieri, primúmque pudorem
Linquere paulatim, & sceleratos discere mores,
Vnde magis possit natiua augeri et illis
Nequitia, & citiùs sub tartara delabantur.
Sed mihi non desunt solatia debita. nam cùm
Scribant, vt magnam possint acquirere laudem,
Magnam ignominiam pro laude, & dedecus ingens
Accipiunt: meritò, quis enim non iudicet illos
Flagitio imbutos omni, talésque fuisse,
Qualia sunt chartis quæ mandauere nefandis?

Index

Index est animi sermo, morumque fidelis
Haud dubiè testis; quoniam quisque illa libenter,
Et crebrò loquitur, quibus oblectatur arator
De bobus, rastris, de vomere, nauita narrat
De velis, remis, de restibus, atque carinis:
Miles equos memorat, gladios, hastilia, pugnas:
Sic obscœni homines plerunq; obscœna loquuntur.
Vos moneo, quorum est fidei commissa iuuentus,
Et quorum est teneras puerorum fingere mentes,
Ceu molles digito ceras: hæc scripta perosi
Deteriora, aliis incumbite & illa docete,
Arida quæ non sint, & non indigna referti.
Historiæ placeant nostrates, ac peregrinæ:
His se cirrati oblectent, has mente reponant:
Nectareos manant succos, (mihi credite) vitam
Instituunt, quæ sint fugienda sequendáq; monstrant.
Fabula non omnis spernenda est, sæpe legatur,
Vtile quid moneat puris Comœdia verbis.
Sunt etiam (fateor) complura poëmata prauis
Haud temerata iocis: sed quæ grauitate virili
Procedunt, placidóque tegunt sub cortice mella.
Ista iuuent, eadem pariter sine crimine prosint:
Istis discipulos epulis educite vestros.
Firmior at postquàm viuendo accesserit ætas,
Liberiùs poterunt lato discurrere campo,
Et quascunque volent, decerpere tutiùs herbas.
Est operæ pretium post hæc perpendere, nam
Vtrum opus, atque vtrum potiori in sede locandum,
Quo probitas, an quo tantùm ipsa scientia crescit:
Præstet vtrũ, esse bonũ, an doctum, diuina quidõ res
Doctrina est: decorat mites, oditque superbos:
Ipsa voluptatis refugit somnique clientes:
Nec nisi per longum tempus, multóque labore
Percipitur; regit hæc vrbes: hæc arma ciere,
Hæc auferre potest: terras & sydera monstrat:

Mor-

Morborum exultrix: varias formare figuras,
Et numerare docet, fidibúsque apponere vocem:
Tecta Dei scandit, naturæ arcana recludit:
Quâ sine nemo potest perfectus dicier. hæc nos
Dissimiles pecudum reddit, simil ésq; deorum.
Fit tamen exigui pretij, perdítque nitorem
Ipsa suum, quoties vitiorum fæcibus oblita
Induit informes vultus: ceu sordet Iaspis,
Impuro demersa luto: ceu Phœbus ab atra
Obductus nebula, vel cùm premit ora sororis.
Nec modò vilescit, sed hæ quoq; noxia: quippe
Si malus hanc habeat, poteris concessa furenti
Dicere tela, quibus valeat transfigere plures.
Bacchárique magis. Quisquis sine crimine vitam
Ducere conatur, diuina humanáque seruans
Iura, scelúsque cauens, tanquam præuisa draconis
Guttura, quem stimulat pallus insana cupido:
Sit licet vpilio, vel agaso, aut mulio, libros
Qui nullos penitus norit, pretiosus haberi,
Laudibus ac debet magnis ornarier: illum
Spectant non homines, non cœli numina possunt.
Quis, nisi mentis inops, virtutúmq; improbus hostis,
Non amet, atq; illum laudet, qui sacra veretur,
Iustiti ámq; colit? cæco non vincitur auro,
Non aliena rapit, miseris succurrit, & arcet
Infames à se? ast humiles fouet, impia linguæ
Mordacis vitat contagia. lædere quenquam
Non gaudet, potius cunctis prodesse laborat?
Quódq; decus minus est, in re quacunq; modestum
Ostendit sese? felix hic nempe, sed illum
Felicem magis esse reor, qui pollet vtroque,
Qui probus atq; idem doctus: diademate talem
Quis dignum neget? hic aliis præcellit, vt aurum
Est oricalcho nobilius, vitróque pyropus.
Tu tamen inuenies rarò peccare periti.

Vel

Vel cauè, aut leuiùs: rudibus vix vlla pudoris
Est ratio, atq; palàm vetitos labuntur in actus,
Irridétque sacras petulans inscitia leges.
Vt cæcus nescit scrobibus diuertere ab imis,
Impingúntq; pedem tenebrosa nocte vagantes,
Quum silet inferno recubans Proserpina lecto:
Sic mens quæ cæca est, sine lumine doctrinarum,
In quodcunq; nefas facili descendere lapsu
Non dubitat, nisi sit pœnæ compressa timore:
Nec quicquã quod non placeat sibi, iudicat æquum.
Sæpe vicem tamen ipsa gerit natura magistri,
Inq; vtero ingenium multis largitur: vt illi,
Quod schola non docuit, cœlesti munere discant.
Quid prohibet tales insontem ducere vitam?
Maxima ergo illi debetur gratia, cuius
Præstat vtrumq; liber. Bifidi vos numina montis,
Quæ colui, quibus & reliquos denouimus annos,
Munera si fas est paruos tam magna rogare,
Tale mihi carmen quæso concedite: vel me
A pipere & scombris saltem defendite, nostros
Tardipedis nec Vulcani voret ira labores.
Hactenus hæc. Aries, qui nostri limina seruas
Zodiaci, iam vult properanti cedere Tauro,
Méque noui finire iubet præludia cantus.

LIBER SECVNDVS.

TAVRVS.

TRaxisti longam portu mea cymba quietem:
Iam tempus dare vela notis, & soluere funem.
Cessit hyems, canæque niues de montibus altis
Distillant, viret omne solum, lapsásque reponit
Sylua comas, renouat dulces Philomela querelas:
Floribus ornatæ crines per prata Napææ

Deducunt choreas, Dryades, Satyriq́ue petulci
Carmina muscosis iterant lasciua sub antris:
Aurea nunc volucer iaculatur tela Cupido,
Et iuuenum placidis incendit pectora flammis.
Iam totum vastos pelagi proscindere campos:
Vnda silet, Zephirus redit expectatus ab orbe
Occidua: quid stulta times? est lucidus aër,
Atque suo cursum suadent Atlantides ortu.
Quid tibi coninget tranquilla per otia laudis?
Laurea desidiæ præbetur nulla: potenti
Esto animo, atque aude: audenti fortuna fauorem
Sæpe tulit, pauidóque vetat gaudere triumpho.
Vt video, terrent fictu te monstra canino:
Sed turpe est, fordis virtutem cedere monstris.
Perge igitur, iam rumpe moras, altúmque petamus.
Rex ille omnipotens vasto qui præsidet orbi,
Aurea qui solo moderatur sidera nutu,
Tot voluit latas habitare animalia terras,
Tot pontum, & liquidis vitam seruare sub vndis,
Orba suis ne tanta forent elementa colonis.
Ex his tantùm homini, quid sit cognoscere verum,
Quidq; decens, & posse loqui, concessit: at ore
Cætera sunt muto, & tellurem cernua lambunt.
Hic ratione potens, validissima quæq; subegit:
Alipedes tigres, iracundósque leones.
Et quamuis diro sint corpora plena veneno
Serpentum, tamen hunc metuunt, huic maxima ce-
Oceani moles, oris Balena supini. (dit
Hoc sine quid tellus esset? densissima certè
Sentibus, & nullas segetes inculta crearet.
Hic leges, & quæ feruantur legibus vrbes,
Condidit: ornauit cœlestia numina templis.
Repperit innumeras artes, imitantia fulmen
Tormenta, emissum quibus ignis turbine clausi,
Per spatia effertur longè distantia plumbum:

Quo

Quò pulsæ turres, & mœnia cella trahuntur
In præceps: vastósque procul quicunque boatus
Accepit, dubius se audisse tonitrua credit.
Væ vobis superi, si talia fortè Gigantes
Olim Phlegræis habuissent fulmina campis.
Reppertit & puppes, vetitum quibus ire per æquor
Posset, & extremum ventis famulantibus orbem
Quærere, quà Titan populos despectat Eoos,
Et Tartessiaca pronus quà mergitur vnda,
Quà Cynosura niter, & quà contrarius axis
Aspicit Antipodas, pendentes vertice: qui iam
Casuri, opponunt pedibus vestigia nostris.
Cùm tamen ingenio excellat, mentísque vigore,
Vt credi possit diuino ex semine natus,
Nescit adhuc, nec scire studet (res mira, nefasque,
Et centum tauris, & larga cæde piandum)
Viuere quo pacto, vel quid viuare, sequiue
Debeat: ô cæcis mortalia plena tenebris
Pectora, & ô mentes caligine circumseptas
Stultitiæ! incedunt deserta per auia: vix heu,
Vix paucis nosse datum, quò tendere totum,
Quà sit iter, per quod vera & bona summa petantur.
Non docet hoc gemini nodosa scientia Iuris,
Non quæ Pæonio sanat medicamine morbos,
Non Rhetor, non Grammaticus. Sapientia sola
Hoc aperit: fida hæc hominũ dux atq; magistra est.
Hanc mihi si dederit Deus, & subregmina si non
Ante diem triplices truncabunt nostra sorores,
Ipse bonum summum quod sit, qui possit haberi,
Vt spero, expediã, quãquã hæc prouincia magna est.
Principio summũ esse bonum pars maxima censet,
Nummorum plenam bene semper habere crumenã,
Atque auri tantum, quantum vel Lydius amnis,
Vel Tagus, æquoreas splendens eructat in vndas:
Iugera tot campi, quot crines vertice, longum

Possedisse agmen seruorum, armenta, gregésque,
Quot non Trinacriis pauit Polyphemus in aruis,
Quot nec Aristæo fuerant, Tyrinthius & quot
Non Erythæis tulit à præsepibus Heros.
Pulchráque vt Alcinoi pomaria, & Hesperethusæ:
Nec non marmoreis miranda palatia crustis.
Hæc sunt quæ cupiúit omnes, quæ quisque requirit;
Quæ superos genitrix tenero petit anxia nato,
Supplicibus votis: his qui affluit, esse beatum,
Fœlicémque putat crassi dementia vulgi.
Sed nescit quanti lateant sub flotibus hydri,
Quotque rosas inter spinæ nascantur acutæ.
Illum etenim, quisquis fieri vult diues, oportet
Nocte diéque animo diuersas voluere curas,
Fortuna variante vices: nunc cogitat vnum,
Nunc aliud: si fortè epulis accumbit, iniquæ
Morsus auaritiæ stimulat, vix vlla palato
Esca placet, properátque ingratas linquere mésas;
Abstrahit inde illum exigui spes dira lucelli,
Vix somnum capiunt nocturno tempore ocelli:
In latus, in faciem iacet, & quandoque supinus,
Versaturque thoro: haud aliter quàm saxea moles
Sisyphia reuoluta manu, quid luce peracta
Gesserit, & quid sit redituro sole gerendum
Pensitat: en pereunt pecudes, cras pabula quæram.
O brumæ deuota dies, quàm frigora bobus
Hæc nocuêre meis! frui dispensator iniquus,
Pastorésque mali: rapiunt hi, decipit ille:
Inuasere lupi caulas, prædatus & ipsum
Est pecus insanus miles, magalia fregit,
Incendit segetes, desecta est vinea ferro:
Debitor aufugiens, portat cum fœnore sortem:
Nulla fides, nulla est homini reuerentia diuûm:
Omnia plena dolis. prô Iupiter, ille bonus vir
Prorsus habebatur, sed fallax gratia linguæ,

Atque

Atque oris non est semper vera effigiéti
Regula.quid doleam ? remeat mea nauis, & affert
Lucrosis,ohe,merces: graue pondus amomi,
Thura,electra,piper,Serum velamina, vestes
Sidonias,mercésque alias,quas vexit ab Indis :
Quam si concursu Symplegades infregissent,
Si vel Scylla vorax, dubij vel saxa Chapharei
Soluissent tabulas, muliebri more querelis
Implessem totas ædes,lachrymisque maderent
Pectora.non deerunt nummi, nisi viuere desit.
Nil frumenta valent? quid tum ? mercabor oliuum,
Est fodiendus eger, iaciendaque semina,messes
Occandæ,fabricanda domus,vitésque putandæ :
Illud emam,hoc vendã: accipiã,& quod debeo red-
Non secus huc illuc impellitur,ac pila magno(dam.
Lusorum cætu solet, aspiciente theatro,
Iactari: hinc atque hinc ingenti missa tumultu
Pellitur,ille ferit pugnis, hic calce retundit.
Lætitia,mœrore, metu,spe, fluctuat æstu
Continuo, veluti ventorum flatibus æquor.
Ixion verus: qui,captus imagine nubis,
Concubitu fœdo prolem genuisse biformem
Dicitur : vnde eius voluit sine fine rotari
Membra,colubriferis radijs affixa, Deûm rex.
Diuitiæ quid sunt ? res nempe simillima nubi,
Quam si Ripheo Boreas demissus ab axe
Incutiat,videas vnde est concreta resolui
In tenues fumos : monstra hinc gignuntur habentia
Humanam faciem. quid enim speciosius ipso
Diuitis aspectu primo ? sed noscere postquam
Ipsius vitam licuit, diuersa videntur
Partibus à tergo non respondentia primis.
Assiduo motu rotat hunc fortuna,colubri
Agmina curarum sunt, quæ præcordia rodunt.
Vel scit, vel nescit diues,quæ possideat : si

Nescit, quid prosunt? quoniam nil inde boni, vel
Accipit aduersi, velut is qui non habet. at si
Quæ sua sunt nouit, vel amat, vel non amat illa.
Si non, cur tenet hæc? ex his quæ gaudia sumit?
Qualis, quum potat succos absentius vuæ.
Si quidem amat, pariter curat, studet illa tueri,
Próq; his seruandis est anxius, atque laborat:
Sollicitátque illum quicquid contingere rebus
Posse mali credit quas possidet: excruciatur
Si perit inde aliquid: fieri quod sæpe necesse est,
Cùm nil stare diu videas, incommoda cùm sint
In promptu semper: demum quo plura tenebit,
Hoc plus curarum accedet, sæuique laboris.
Quid memorem, subeat quàm crebra pericula pon-
Ac terris, censum cupiens augere paternum? (to,
Syluicolas latrones, ponticolásq; piratas
Sæpe fugit; capitur tandem, laniandáque phocis
Viscera, siue lupis præbet. captiuus herili
Collum sæpe iugo summittere cogitur, is, qui
Vt dominus fieret, se obiecit casibus audax:
Vix mensa tutus propria, proprióve cubili;
Exitiale datur sitienti sæpe venenum,
Stertentémve necat cupidi manus impia serui.
Pinguior in cædem vt petitur magis hostia, nec non
Nobilior potius spoliatur fructibus arbos,
Vtque apibus muscisque perit quæ dulcior vua est,
Sic cui plura dedit sors & meliora tenenda,
Insidias patitur plures, propiórque periclo est.
Nota Syracusi solertia mira tyranni:
Euge bone, es felix? quid ni? non pocula desunt,
Non epulæ, pueri, sceptrum, diadema, cupitæ
Deliciæ: gemmis, auro (quid cernis:) abundas.
Heu mihi: namq; tholo fera suspensus equina
Ensis adest, iamiam miseri caput infodietur.
Inuidia vexantur opes; namque optima liuor

Quæ-

Quæque malus lædens, odit felicia semper.
Hoc pretio, miseri, damnosum quæritis aurum,
Vestra Palestinæ stimulent vt corda sorores
Assiduè, ac nigrum citiùs tendatis ad orcum.
Nónne Midæ, fuluo quem Bacchi dona metallo
Ditarunt, cunctis ridenda insignia? iure
Huic asini auriculas iratus Phœbe dedisti.
Aurum cuncta precor fiant quæ corpore tangam;
Mox petijt stolidus primis contraria votis,
Quum cibus in vacuum nullus descenderet aluum.
Talis auare tibi fortuna est pessime, qui cùm
Plus habeas, plus semper eges: vt Tantalon vndis
In medijs cruciat sitis arida. si tibi pleno
Effundat cornu, quicquid vis, Copia, nunquid
Quod satis, an nimium, sumes? hoc officit: illud
Quisquis habere volet, facili mercede parabit.
Nostra etenim minimis rebus contenta quiescit
Natura, in vitium si non delapsa repugnet.
Diuitis in mensam syluæ pelagique feruntur
Optima, non desunt lepores, non caprea, ceruus,
Hœdus, aper, volucrúmq; genus, non turdus obesus,
Perdix, ficedulæ, nec non quas Colchica tellus
Mittit aues, grandes capi, grandésque columbi;
Portantur rhombi, squillæ, murænæ, locustæ,
Mugilis, & piscis nomen qui traxit ab auro,
Ostrea, cæruleo quæ Cyzicus æquore gignit:
Multa alia, est versu quæ claudere difficilis res.
Vina dehinc, nigro nunquàm cessura Falerno,
Ni potius placeant aruisia nectaris instar.
Sed quæro nunquid cuncta hæc lupus iste vorabit?
Non credo: vel si cupiat, non posse putandum est.
Quod si posse volet, rumpetur venter, & ibit
Turgidus ad tumulum turba comitante rudentum.
Nam qui plus æquo stomachi penetralia replet,
Læditur, & clamat, Medici succurrite: demum

Euomit, & totas putor capit improbus ædes.
Hinc variæ insurgunt febres, hinc scrupeus humor
Insidias manibus pedibúsque affigit inertes.
Cui non compertum est, multos inducere morbos
Ingluuiem? vexare animos & corpora, Bacchi
Humorem immodicú, sitibunda in viscera mersum?
Ergo parcus erit, de multis pauca capescens,
Qui non ante diem vult dulcem abrumpere vitam:
Nec plus quàm pauper, saccum stipabit opimum.
Murice bistinctos locuples vestitur amictus,
Auratámq; togam, tenuique subucula bysso
Enitet, & Scythicæ redimitus vellere frondis,
Gestat fæmineo pretiosa monilia collo.
Num magis ista fugant mordentia frigora, quàm si
Muniat inculcæ vilis te penula lanæ?
Num quæ vulgari lino contexitur, æstum,
Arcet tela minus, tunc quum per torua leonis
Signa Molorchæi gradieris, calidissimus est sol,
Flauáq; væsanus discindit Syrius arua:
Quàm si lena tuum velet bombycina corpus?
At dices, ille in pretio est quem pulchra decorant
Vestimenta: caput venienti inclinat, & omnis
Assurgit populus, solúsque hic nobilis, atque
Creditur esse bonus, prudens ac dignus honore,
Dignus amicitia: pannoso prorsus habetur
Nulla fides, tritámque irridet turba lacernam:
Sis licet Arpinas, cuius facundia toti
Praefertur Latio: vel fabri filius ille,
Attica quem tellus mirata est sæpe loquentem:
Carminibus quamuis possis æquare Maronem,
Mæonijque senis diuinos reddere cantus:
Non tamen idcirco speres tibi præmia laudis:
Spernerís, mihi crede, locum proiectus ad unum.
Tu Ganymedæos frustra sectabere vultus,
Optabis frustra teneram tractare puellam,

Si

Si tectus vili pauper gradieris amictu:
Non equidé inficior: magna est nam gratia pulchris
Vestitus, verùm fuerit virtutibus ipsa
Si mens nuda, malis imbutáq; moribus, omnis
Ecce perit cultus, fœs inglorius, ac te
Despiciet quisquis noritque tua terga cachinni
Mordaces ferient, vel cæcæ iurgia sannæ.
Nec seruus, propria quem tu nutrire farina
Consuesti à puero, si te cognouit inanem,
Crudelem, timidum, vinosum, mentis egentem,
Aestimat: ideirco secum clàm murmurat in te:
Hunccine herum fortuna mihi non æqua dedisti?
Hunccine herum tolerare diu me fata iubebunt?
Laudabunt alij, quem turba domestica temnit?
At fortis, prudens, iustus, paritérque modestus
Si fueris, si te non parua scientia clarum
Reddiderit, quauis tribuet tibi vestis honorem,
Nec (modò sit sanus) poterit te spernere quisquam.
In primis, quicunque cupis venerabilis esse,
Laudari multum, nec non vehementer amari,
Virtutem sequere, ac vitij contagia vita:
Et cæue committas quod possit iure putari
Censura dignum, atque auctori inferre pudorem:
Nam solet egregiam stoladum contemnere vulgus
Virtutem, minima si infectam labe notauit.
Sed quisnam prorsus vitiis sine crimine? nemo est
Qui non legitimo quandoque à calle recedat:
Qui non à recta interdum declinet animi.
Ille tamen rarò ac minimum qui peccat, haberi
Atq; bonus dici debet, sed gratia linguæ
Maxima, quæ doctè ac prudenter singula profert.
Cultus habet sermo, & sapiens, mirabile robur:
Imperat affectus varios, animumque gubernat.
Hæc plus quàm vestes, poterunt te reddere clarum?
Nec tu formosi specie capieris Ephœbi:

Si

Talis

Talis amor scelus est, quem qui sapit effugiet. nam
Est puteis nec mens, nec amor, ratióue, fidésue.
Ah pereat quisquis puerorum flagrat amore.
Si te delectant formosæ membra puellæ,
I, pete coniugium: vel non meretricula deerit.
Quid mauis demens cupere, & sperare negata:
Pellere cùm possis facili medicamine morbum?
Sunt tamen hoc propter cupiendæ forsitan ipsæ
Diuitiæ, vt melius virtutem acquirere detur.
Quandoquidem argento loculi si fortè vacabunt,
Nullus erit qui te doceat: nam soluere oportet
Mercedē haud paruā doctoribus: est quoq; habenda
Sumptibus haud paruis librorum copia, tempus,
Quo valeas studijs incumbere, plura legendo:
Ne mala pauperies alias te voluere curas
Cogat, & impediant ingrata negotia mentem.
Heu quàm difficile est, quā paucis numina præstant,
Ex humili volitare gradu virtutis in arcem.
Quàm rarò egregios pauper sortitur honores?
Præterea qualis vita est, quàm proxima letho,
Quàm meritò spernenda, animum si nulla voluptas
Mulceat, atque lenent solatia nulla laborem.
Cùm nunquam desint curæ, cùm plena dolorum
Omnia sint; præstat stygiam transire paludem,
Cerberèam saturare famem, miscerier vmbris:
Si nunquam fas est rebus gaudere secundis,
Gaudia si miserum pectus non vlla serenent.
Aut inopi quidnam dulcedinis, aut solari
Esse potest? cui deest panis vinúmque frequenter:
Nunc lecto, nunc veste caret; nunc calceus ipsos
Ostendit digitos, veteri dissutus aluta.
Viuere vix potis est, nedum sectarier illa,
Iucundum quibus esse solet mortalibus æuum.
Talibus at certè quicunque est diues, abundat.
Illud enim assequitur quicquid desiderat, & vult:

Tan-

Tantum habet imperij, tantáſque pecunia vires,
Vt ſibi nil obſtare diu patiatur: ab alto
Deducit montes, & valles tollit in altum.
Si vult ergo canum pernici prendere curſu
Ceruos, aut capreas, vulpes, leporeſue fugaces:
Si volucres captare libet, vel fallere piſces
Retibus aut hamis. Veneris ſi grata voluptas,
Si cibus & potus delectant, otia, ludus,
Si choreæ, citharæue placent, ſi plaudere cantu:
Omnia diues habet: nam præſtant omnia nummi.
Accipe quid contrà referam; ſi diſcere quiſquam
Geſtiet, id certè dabitur, modò firma voluntas
Nunquam deficiat: nec terreat aſpera cliuis
Anguſta, & primo ingreſſu ſatis horrida dumis
Semita, virtutis qua culmina celſa petuntur.
Si non ſunt nummi tibi, væneat ipſa ſupellex,
Vel domus, aut fundus. quid ni? quo viuere pacto
Tunc potero? cogar mendicus quærere panem.
Ah miſer, eſt melius mendicum viuere, dum te
Cœlicolis ſimilem diuina ſcientia reddat,
Quàm ſi poſſideas Perſarum bella, gazas.
Noli iudicio tenebroſi accedere vulgi,
Haud magis atque pecus verum agnoſcenti; at ipſe
Si ſapis, hæc memori quæ dicam mente teneto.
Præter virtutem, non eſt durabile quicquam.
Diuitiæ pereunt; ſpecies quoque, robur honores,
Cuncta cadunt: virtus æterna in tempora durat,
Quam fortuna nequit, nec tollere longa vetuſtas.
Ipſe tamen vidi nunquam, & vix credere poſſum
Vel periiſſe fame, vel mendicaſſe diſertum:
Quem ſi fortuna interdum conatur iniqua
Obruere, auxilium virtus feſtinat, alumnos
Protegit alma ſuos ſemper doctrina, diúque
Non patitur miſeris vrgeri cæſibus: affert
Naufragio tabulam, qua tuti litora poſſint

Spu-

Spumosos inter fluctus attingere nando.
Qui pollet virtute, Arabum deserta nigrosque
Æthiopas, rigidósque Getas lustrabit & Indos,
Tutus & incolumis. fortunæ sola resistit
Virtus, atque illi dubio certamine pugnat.
Nullis est igitur parcendum sumptibus; omnem
Ne dubita, vt virtutem habeas, impendere censum.
At si fortè tibi, valeas quod vendere, nil est,
Esto bonus saltem, si non potes esse peritus.
Cum doctis versare libens (nam discere multa
Sic poteris) nec non unde quæcunque loquuntur
Auscultes, atque roga interdum. tum cætera diuis
Committe, & patiare animo tua fata sereno.
Gaudia si sequeris, si te insidiosa voluptas
Implicat, & dulces transmittere lusibus annos
Te iuuat, atque ideò diues cupis esse: voluta
Sedulus hæc tecum, ratio quæ prouida dictat.
Nulla voluptate est res perniciosior. asfert
Consilium, mentémque premit, virtutibus obstat:
Corrumpit mores, vitiorum maxima nutrix:
Debilitat corpus, sensus obtundit: amaro
Fine nocens, homini multorum causa malorum est.
Clariùs ista sequens sermo, melióque docebit.
Si tamen aduertas, habet & sua gaudia pauper,
Nec forsan leuiora. magis nam dulcia sunt quæ
Rariùs eueniunt solatia. credite longè
Gratior, ac longè est iucundior illa voluptas
Quæ dilata diu fuit, ardentérque cupita.
Sic cibus esurie suauis, requiésque labore,
Sic potus vexante siti, sic frigore flamma,
Frigora sic æstu, sic intermissa dióque
Sustentata Venus grata est magis: omnia demum
Rebus ab oppositis vires contraria sumunt.
At locuples tolerare nihil vult, semper abundat
Delicijs, adeò vt moueant fastidia sæpe,

Et

Et cupiat bulbos, siliquas, holus, allia, sardas,
Solennes epulas & prandia lauta perosus.
Nil adeò dulce est quod non videatur amarum,
Et non displiceat, si plus durauerit æquo.
Delectant alterna magis, vetitisque potiri
Dulcius est, sordent quæ possunt semper haberi.
Præterea non res hominem, sed sola voluntas,
Iudiciúmque animi contentum reddit. amari
Est dignum, quodcunque placet. quid proderit ægro
Concinnas offerre dapes, cui febris ademit
Gustum? quid vini suauem præbere saporem
Illi qui gaudet puris abstemius vndis?
Hic hædum, ast alius carnes cœnare suillas
Mauult: hunc cantus iuuat, illum ludus: amórque
Omnibus haud idem: hic puerum cupit, ille puellam.
Huic scortum placet, ast illi matrona beatum
Efficit ergo animus, non res. rationibus istis,
Non minùs ac diues, lætatur pauper: ab illo
Grandia poscuntur, paruo hic contentus abibit.
Impensa diues maiori, ac sæpe minori
Lætitia viuit quàm pauper. gratius ouo,
Et cicere, est vesci, atque famem compescere porro,
Nautæ aut fossori, quàm regibus & reginis,
Quicquid terra ferat lauti, prandere, vel vnda.
Dignior illa autem iure est dicenda voluptas,
Quæ nec sumpta nocet, nec contradicit honesto.
Nil tamen est melius quàm pauca optare, animúq;
Vincere consilio: ne spes te affligat inanis.
Qui quod habere nequit desiderat, excruciatur
Sperando frustra, & nequicquam tempora perdit.
Id cupias igitur quod certè possit haberi,
Aut nihil: atque animo frænos impone tenaces.
Ast opibus quisquis pollet, vult plura, peritque,
Quàm licet, & paruo contentus viuere nescit.
Indiget idcirco multis. felicior ille est,

Suffi-

Sufficiunt cui pauca satis: res ampla, superbum,
Risorémque hominum, contemptorémque deorum,
Insanum, mollémque facit, virtutis & hostem.
Nam quis virtutem curat, si census abundat?
O bona paupertas, ô nondum cognita diuûm
Munera, virtutum custos, & amica pudori,
Luxuriæ frænum, vitæ tutela: procacem
Fortunam tu sola potes, ventique furorem
Ac pelagi rabiem contemnere: dum vada linтre
Tuta tenes paruo, vicináque littora seruas.
Sæpius ætherecos feriunt vaga fulmina montes,
Et quatit excelsas Boreas rapidissimus ornos:
Ima latent ignota malis, humilésque procellæ
Iuniperos rarò infestat, lentæque myricæ
Stant inter syluas immotæ, ac pace fruuntur.
Spreuit Anaxágoras, spreuit Democritus, atque
Complures alij (quorum sapientia toti est
Nota orbi) argentú atque aurú, causásque malorú
Diuitiæ quæ nisi quòd non vera putarunt
Esse bona hæc, animum quæ curis impediunt, &
In mala præcipitant quamplurima. Fabricius quod,
Quod Cato, quod Curius, sanctissima pectora, quòd
Senserunt: non quid vulgus, plebísque inscia dicat,
Mente agita, atque tibi propone exempla bonorum.
Nonne olim victor fœlicia signa Quirinus
Sæpe tulit, posito quum sumere consul aratro
Arma iubebatur, requiem factura ligoni?
Tum casa parua viros, & frugi menta ferebat:
At nunc delitiæ, laqueata palatia, molles,
Imbellésque edunt fœtus, ac lusibus aptos.
Discite mortales tandem, longísque tenebris
Exuite obsessam mentem, surúmque leuate
Iam caligantes oculos: quò cæca voluntas
Vos ducit, ne ferte gradum, ratione deorum
Naturæ simules essis, ratione tenetis

imperium

Imperium mundi: ratio vos dirigat ergo,
Non errorsinémque animo perpendite rerum,
Sufficiat cibus ille,famem qui sedat:& illa
Vestis,quæ corpus velet,frigusque repellat.
Sit sopor ille satis,reficit qui fessa labore
Mébra,etenim tribus his opus est,cú corpora nostra
Sint fragili conuecta luto: sed talibus vti
Sic licet,vt tanquam medicinæ munere cures
Quos tribuit morbos homini natura nouerca.
Ast hic luxuriem dabibus complectitur,ille
Vestibus: hanc alius vitam vix sentit, ab arte
Dum fugit, assiduóque premit sua lumina somno.
Fœlix qui didicit contentus viuere paruo:
Nec spem vllã in rebus ponit, quas linquere cogit
Parca ferox, tanquam nostri non iuris:& æui
Quàm breue sit spatiú reputat,quàm frinola demum
Omnia quæ in terris longè latéque creantur.
Qui minor aduersis non fit maiorve secundis,
Minoisque vrnam spernit, Stygiósque furores:
Securus quodcunque ferat fortuna,tenere.
Infœlix,sensú qui ducitur,atque futuri
Cœcus,ceu pecudes,tantùm præsentia cernit:
Qui nescit quòd quanto animus præstantior ipso est
Corpore,tanto animi pluris sunt munera,quã quæ
Ad corpus spectant.igitur non diuitiæ sunt
Prima bona : & quoniã pro corpore conquiruntur
Quæ possessorem non efficiunt meliorem,
Quis bona summa voc et? multos at sæpe videmus
Quadrupedum similes,istis qui rebus abundant.
Quantum ergo satis est vitæ, nihil amplius opta,
Namque superuacuo stulti lætantur: aceruos
Ingentes frustrà cur horrea plena requiris,
Cum modio cumeráve famem propellere possis.
Cùm tibi sufficiant Cyathi , cur dolia quæris ?
Si te Plurus amat tamen,& tibi copia ridet,

Diui-

Diuitiasque dedit fatorum ignara voluntas:
Quid facias, operæ pretium est didicisse: tenendo
Ne peior fias, ne possis stultus haberi.
Dic age nunc quæso, quænam prudentia, quodnam
Consilium est illi, cui sunt bona multa, sed ipsis
Insipiens nescit quo pacto debeat vti?
Hinc vires persæpe nocent, damnosaque forma est:
Hac ratione suum auiorem facundia perdit,
Hac ratione artes aliæ compluribus obsunt.
Nodus auaritiæ non te constringat, ab ipsa
Heu fuge: nam certè nulla est hac maior Erynnis.
Hanc memorant Acheronte satam, per tristia Ditis
Regna truces agitare faces, centumque colubris
Colla veneniferas gestare minacia: fauces
Humano expleri nunquam potuere cruore,
Semper hiant, aliósque tenent, aliósque requirunt
Ora cibos: nulli parcit, nec templa deorum
Dedecorare timet, malum & insatiabile monstrum.
Nascuntur variæ hinc pestes, discordia, cædes,
Proditio, rixæ, fraudes, iactura pudoris,
Contemptus diuûm, periuria, iurgia, bellum,
Atque aliæ plures quàm dici carmine possint.
Hanc igitur vitamil quippe nocentius, & nil
Quod magis ostendat vile atque ignobile pectus.
Sic mulier, senior, pueri inueniuntur auari:
Sunt etenim imbelles, fragiles animique pusilli.
Huic alia est vitio labes contraria, sed non
Tam grauis: hanc etiam studeas depellere. nam si
Prodigus es, mensam alterius, pinguémque culinam
Ieiunus frustra aspicies, patrimonia postquàm
Absumpta, & nimio fuerint deperdita luxu.
Inter vtrumque manet virtus, extrema relinque:
Et cui fas, quantúmque licet, largire: nec vltra
Impensam facias, quàm sit permissa facultas.
Diuitias hic finis habet: prodesse tenemur

Omni-

Omnibus, at nostris potiùs natura creauit
Nos, non vt solùm nobis, nostrisque propinquis,
Aſt alijs etiam, quum possumus, emolumento
Simus. quid quæso præclarius, atque deorum
Dignius est solio, auxilium quàm ferre ruenti,
Tradere pauperibus victum, miserisque mederi?
Sic nos turba colit, sic famam acquirimus: atque
Ad superos multi per talia facta volarunt.
Naturæ humanæ nil aptius, & nihil ipso (rum,
Dignius est homine, vt perhibet schola docta sopho-
Quàm prodesse homini, & socio succurrere lapso.
At nunc, ô mores, ô tristia tempora, prorsus
Extincta est pietas: nulli largitur auarus
Diues, cùm teneat quæ tradere plurima possit:
Nulliúsque ipsum miseret: sunt ferrea cunctis
Corda, quis exigua mendici nunc stipe casum
Solatur? lachrimas rident, miserósque precantes.
Siqua tamen donant, dant scurris, dantque cynædis,
Dant lenis potiùs, dant scortis exilipareis:
Nemo dabit vati, musæ spernuntur vbique.
Calculus huic loculos, vel tessera reddit inanes,
Ille autem pictis ludit patrimonia chartis.
Nónne hoc turpe magis nummos absumere pacto,
Vnde nec vllus honos, nec gratia quæritur vlla?
Mens oblita Dei, vitiorúmque oblita cœno,
Sicne licet fieri? nónne olim nudus ab aluo
Existi, & nudus terræ es rediturus in aluum?
O demens, non hæc tua sunt: sed Iupiter harum
Est dominus rerum, tu dispensator & hospes.
Non res, sed nobis rerum conceditur vsus.
At postquam vetus ille Charon te vexerit, vltra
Quam trepidant superi falsò iurare paludem:
Hic miser, hic alijs hæredibus ista relinques.
Ergo his vtendum est rectè, dum stamina Parcæ
Nostra trahunt, nobis sumendo, aliósque iuuando.

Iam patet ex dictis, an sint bona summa putandæ
Diuitiæ. mea cymba redi, satis ardua ponti
Naumus, ecce auster pluuias iam cogere nubes
Incipit, ecce vndas Typhones in aëra portant,
Absorptas pelago: vnde ingens promittitur imber.
Ampliùs hic tutum non est (mihi crede) morari.
Heu memo fidum malè puppibus Orionã.
Dum licet, in portum tendamus: nubila clarum
Reddiderint vbi pulsa diem, reuocabit ab alto
Nos Triton scopulo, atque iterum tentabimus æquor.

LIBER TERTIVS.

GEMINI.

LVtea quadrijugo curru surrexerat Eos;
Astráque cedebant euanescentia cœlo:
Iam diuisus erat Titan, mediúmq; videbant
Antipodes, medium noster monstrabat horizon:
Mirabar, quisnam medijs de fluctibus ignis
Exit inextinctus? certè hæc contraria sese
Mutuò corrumpunt: quin sol extinguitur vndis?
Igneus aut igitur non est, aut tingier ipsum
Oceano vulgus mentitur. talia mecum
Voluebam, gradior dum propter littora solas:
Obuius ecce senex quidam mihi venit, æterno
Innixus baculo, nitidóque indutus amictu,
Cana tenus medio pendebat pectore barba,
Pulchra cutis, læta & facies, varióque colore
Florea candentes decorabant serta capillos.
Comminus vt dedimus citrógq; vltrógq; salutem:
Quò pergam, qui sim, quo dicar nomine quærit.
Respondi, atque eadem pudibunda voce rogaui.
At postquam proprium nomen mihi reddidit (ipse
Namque Epicurus erat) stupui: ceu rusticus agrum

Qui

Qui fodiens, reperit latitantem obscuriùs aream.
Atque ego tunc, Venerãde senex, sic numina semper
Cuncta tuis faueant votis, sapientia quando
Mira tuis habitat fibris, nisi falsa loquuntur
(Vt plerumq; solent) homines; præcepta salutis
Da precor, & inuenem prudentibus instrue dictis,
Dummodo non te aliò grauiora negotia ducant.
Ille autem contrà, Me nulla negotia ducunt,
Sed quoniam vito curas, fugióque laborem,
Huc soleo vacuus crebrò aduentare, legóque
Per prata, hæc varios capiti gestamina flores.
Vnde libens & promptus agam quodcunq; petisti.
Quippe loqui senibus res est gratissima cunctis.
At ne nostra aliquis disturbet verba viator,
Hinc diuertamus, densáque sub ilicis vmbra,
Iuxta illas quas cernis aquas, resídebimus ambo.
Iuimus, & placida sic tandem voce profatur,
Nimirum hunc aliquod iuuenis te numen adegit,
Vt discas bodie quæ sit Sapientia, námque,
O superi, quanta rerum caligine totum
Immersum est mortale genus? simulachra videre
Mille ac mille hominum facile est, sed rarus vbique
Verus homo; vt possit non falso nomini dici
Mundus stultorum cauea, errorúmque taberna.
Quare adhibe puram nostris sermonibus aurem,
Pellere si quæris miseras à mente tenebras.
Principiò, verum atque bonum cognoscere oportet,
Perspicua ratione quidem, atque examine recto:
Hinc scatet, hinc magnos ducit sapientia riuos.
At paucis hoc scire datum est. nam maxima turba
Diuitias summum esse bonum, pars altera honores;
Diuersi diuersa putant: mihi sola Voluptas
Optima cunctarum rerum censetur: & istud
(Ni fallor) vera poterit ratione probari.
Omnium enim est finis rerũ atque nouissima meta:

Ad quam sic hominum facta omnia disponuntur,
Spicula vt in certum signum mittuntur ab arcu.
Nam quis tellurem rastris, quis Nerea tonsis,
Aut quis Gradiuum validis tentauerit armis?
Denique virtutem quisnam quæsuerit vllam,
Si non hunc præsens mouet, aut sperata voluptas?
Nempe hæc principium, mediúmq; finísq; laborum est.
Quod magis vt pateat, quæ dicam attentiùs audi:
Omne opus ob finem, ratio nisi desit agenti,
Sumitur: hic specie prior est in mente mouétque
Artificem, sed re post facta nouissimus exit.
Finis item bonus est, igitur placet: atque voluntas
Hunc sibi vt acquirat, primis medíjsq; libenter
Partibus incumbit, sic delectatur, amœnus
Sic labor efficitur: causa est ergo ipsa voluptas.
Quippe aliud non est quàm delectatio quædam.
Sed quia non facile est rudibus ratione doceri,
Tentabo exemplis meliùs recludere verum.
Cur fodit, atq; graui sulcum deducit aratro
Agricolæ callosa manus? non Sirius æstu
Terrificat, non bruma gelu: cur nauita ponti
Insanam rabiem, syrtes, scopulósq; minaces
Non timet, admoti spernens conuiuia lethi,
Velinola fretus pinu? cur prælia miles
Insequitur, gaudétque ferox, vbi classica Martem
Sæua canunt, acuítque animos hinnitus equorum?
Cur iunat assiduis alium pallescere chartis,
Et varios versare libros noctésque diésque?
Nempe vt post longos lucrum vel fama labores
Iucundum efficiat. nam si non ipsa placeret
Vtilitas & honos, virtus artésque perirent.
Est finis per se dulcis: primordia verò
Cum medijs propter finem, nil denique refert,
Turpia, vel potius cuncta hæc videantur honesta.
Nam veluti exultat lasciuus turpibus, ipsa

Sic

Sic virtute bonus placidiſſima gaudia ſentit.
Ergo voluptatem propter tandem omnia fiunt,
Vt mala declinent homines, vel commoda quærãt:
Vel laudanda gerant, vel non laudanda ſequantur:
Hac etiam ſola ſuperi mercede fruuntur:
Vtile namque illis non conuenit, indigeant cùm
Nullarum rerum ſed dices forſan, honeſtis
Numina plena bonis quid tum? ſi talia lætos
Non faciunt diuos? tanquam ſi lignea gemmis
Nobilibus, fulúóque ornes ſimulachra metallo.
Adde aliud, quoties perfecta eſt cauſa, neceſſe eſt
Inde parem effectum procedere. vis igitur quum
Quæq; animæ bene diſpoſita eſt, atq; optima ſeruat
Obiecta, eſſe bonum ſummum nemo hercle negabit
Qui ſapiat: verùm tali de fonte voluptas
Cogitur effluere: auditus ſic lætificatur
Harmonia, numeris contexta dulciter aptis,
Sic forma egregia, viſus: ſic naſus, odore
Mirifico: hoc ipſum reliquis de partibus aio.
Quid, quòd cuncta Venus terris animalia gignit:
Atque eadé (niſi vera neges) eſt ſumma voluptas?
Præterea, labor atque dolor mala maxima cùm ſint,
Atque voluptati contraria: iure voluptas
Eſſe bonum ſummum cenſebitur, oppoſitorum
Oppoſita eſt etenim ratio: proinde omnia quærũt,
Naturæ inſtinctu, quæ ſunt iucunda: cauéntque
Triſtia: quis verò naturam fallere credat?
Eſt ſummũ ergo bonũ, quod amãt animalia quæque.
Sed quid amãt, vel quid niſi dulcia gaudia quærunt?
Multi autem dicunt: virtutem acquirere oportet,
Sudando, algendo, dum viuimus: atque voluptas
Eſt fugienda, frui tamen hac poſt fata licebit:
Gaudia quippe Deus iuſtis æterna parauit.
Nil rationis habet vox hæc, proſúſque videtur
Irrita. nanque animas poſt funera viuere, pérque

Tartareos volitare lacus, & pendere dignas
Pro meritis pœnas, vel sumere præmia facti,
Credere quis debet, nisi cui mens integra non est?
Hæc sunt, ô miseri, vatum commenta furentum,
Mos quibus est semper varias effingere nugas,
Vt stolidas dictis delectent talibus aures.
Finxerunt Stygij pallentia regna tyranni,
In quibus est Phlegeton, flāmis crepitātibus ardēs:
Tergeminus canis, & pictis armata colubris
Tisiphone, extensi per iugera longa Gigantes,
Et sine luce vmbræ, & vasti non vlla cremantes
Ligna foci: riget hic hyemis sine tempore frigus,
Roborque ex nullo gemit hic compacta phaselus,
Dum senior nimias transuectat portitor vmbras:
Æolides saxo cruciatur, Tantalus vnda:
Vasa maritinecæ gestant rimosa sorores,
E quibus vnda fluit vanō repetenda labore.
Plura etiam, quæ nec pueris credenda videntur,
Talibus in regnis cecinerunt esse poetæ.
O dij, quàm magna est penuria mentis vbique.
In nugas quàm prona via est! quid creditis ista
Insani? quæ nec possunt ratione probari
Vlla, nec sensu agnosci? quid vana timetis?
Qui facilis credit, facilis quoque fallitur idem.
Lucra sacerdotum sint hæc, artésque dolosæ.
Ast vbi vita semel tenues defecit in auras,
Nil sumus, vt nondum geniti nil prorsus eramus.
O nimiùm infirma & fragilis, nimiúmque superba
Atque audax natura hominum, quo freta perennem
Stulta tibi vitam promittis? desine velle,
Cùm sis vile lutum, ætatem spetare deorum.
Quælibet orta cadunt, & finem cœpta videbunt.
Ingentes vrbes, populósque, ingentia regna,
Supremos montes, & maxima flumina tandem
Aufert longa dies: at tu vilissima puluis,

Semper

Semper eris? tanta est modicæ fiducia mentis?
Nempe laboramus frustrà, virtutis amore
Somnia sperando, & vanas fingendo Chimæras.
Stulti sunt qui pro certis incerta sequuntur:
Et qui pro dubijs, quæ sunt manifesta, relinquunt.
Dulcia sed remanent longæuæ præmia famæ.
Hoc certè nil est, cùm tu post funera nil sis.
Fama quid est, si nil delectat fama sepultos?
Quid lapis, aut stipes laudum præconia curant?
Si non lætaris viuens, lætabere nunquam.
Proinde ætas donec breuis hæc incertáque durat,
Gaudebit quicunque sapit, pro viribus: & non
Frangetur quoties fortunæ vrgebitur ira;
Dulce autem quæret, si quid continget amari.
Ergo ne longis teneam te ambagibus vltrà,
O iuuenis, dum fata sinunt, te viuere lætum
Hortamur, quantúmque potes lugubria pelle.
Talia barbati postquàm mihi verba magistri
Haud parum fecêre fidem: Pater optime, dixi,
Pro tantis nequeo dignas tibi reddere grates
Officijs: verùm donec spirare licebit,
Debebo, ac memori seruabo hæc pectore dicta.
Scrupulus ast vnus restat. nam discere oportet
Non solùm quid agas, sed quæ via detur agendi.
Ergo voluptatem doceas quo acquirere pacto
Possim, quà sit iter per quod tendatur ad illam.
Tum senior: Breuis & lata, & decliuis eunti
Est via, non procul hinc habitat regina Voluptas:
Quæ si fortè tibi cordi est, vestigia nostra
Iam sequere; hac per me poteris gaudere reperta.
Portio siderei nondum transmiserat orbis
De tribus vna diem, nisu quum surgit anhelo
Grandæuus sapiens: quo præcedente sequebar
Ponè simul, gradiens per deuia comminus ibam.
Progressisque parùm, moles oblata palati

Eximia est, scitórque ducem, Sublimis, & auro
Tam preciosa domus, quo possessore teneatur?
Plumis, ait, tenet hanc, indutúsque arma satelles
Seruat iter, prohibétque vltrà transire volentes,
Ni prius hunc adeant, & blando munera placent.
Ipse autem celsa residet, quam cernis, in arce.
Tres tantùm natæ thalamo versantur eodem,
Quarum si quæris cognoscere nomina dicam,
Sordida Luxuries, turnidísque Superbia, buccis,
Nec non audaci stolida Ignorantia vultu.
Tunc ego, Quis, dixi, dominum nos ducet ad istú?
Tres illi ancillæ sunt, per quas ire licebit;
Respondit senior: Sors, Fraus, Vsura; potebit
Cuilibet ingressus facilis, ducentibus istis.
Dona mihi non sunt, inquam, quæ tradere possim:
Nec tutum, ancillis confidere talibus: ergo
Monstra aliam, mihi quæso viam. tunc reddidit ille,
Est alia, est, per quam, si vis, transibimus. Eia
Duc, inquam & pariter digressi, tendimus imam
In vallem, præbebat iter quà semita nobis
Scrupea, & incultis homini vix peruia dumis.
Hic Paupertatis pergendo offendimus ædes
Exiguas, lacero pendentes culmine: præter
Iuimus; & vastum nemus è regione videmus.
Hæc, quam proceris ferientem sidera cernis,
Arboribus sylua, est (inquit dux) inclyta sedes
Reginæ, per quam nobis licet esse beatis.
Sed facis & manibus locis accedere oportet:
Quáque potes, totum te orna, vultúmque serena.
Nam dea nec sordes, nec vult admittere curas.
Paruus erat veniens per leuia saxa deorsum
Riuulus, & blando suadebat murmure somnos:
Hic faciem lauí, atque manus, rigidósque capillos
Pectine composui, totóque in corpore vestes
Aptaui, atque leues pepulerunt seria ludi.

Sic

Sic hilaris gradior. iam quantum funda retorto
Verbere ferre potest, iactu non amplius vno,
Emissum lapidem, distabat sylua: canentum
Suaue melos volucrum, suaues sentimus odores.
Quorum illic magna apparebat copia florum.
Tale nemus non mollis Arabs, Panchaïa quamuis
Thura ferat passim, vidit: non Indus Eous,
Non Scytha laurifero spectabilis vndique ramo,
Non demum cœli qui pondera sustinet Atlas:
Illa licet Satyri teneant loca, quos Nympharum
Vrit amor Dryadum, & choreas per gramina ducat.
Dulcibus & nitidis vndis, cursúque silenti
Ibat circùm amnis: quantum transcendere saltu
Posset, venantum fugiens conuitia cerua,
Tantum distabant ripæ: sed pluuima claro
Squammigeri pecoris ludebant agmina fundo.
Vltima cingebant sylua quasi mœnia, pulchro
Ordine dispositæ, & superantes nubila pinus:
Pinus quæ duro clauserunt cortice quondam
Dilectum Cybelæ iuuenem: Phœbæa cupressus
Iuxtà aderat, paribúsque comis surgebat in altum:
Non illic deerat quercus, non esculus, ilex,
Robur, acer, platanus, suber, nux, arbutus, alnus,
Orni, castaneæ, coryli, piceæ, tiliæque
Palma, abies, myrtus: veterúmque obsonia fagus,
Aurea Saturno fluerent quum secula rege:
Non vitis, ficus, malúsque, & amica Priapo
Lothos: non hederæ, & vatum gestamina lauri,
Morus, & Alcidæ gratissima populus arbor,
Non pyrus, atque salix, prunúsque, & pallida buxus,
Mespilus, atque olea, & cerasus, nó sorbus, & vlmus,
Et siliqua, & primos quæ monstrat amygdala flores.
Quid memorẽ cedrũ, aq; hebenũ, mensásq; petitam
Materiam citrum, cui cedere creditur aurum?
Quidue alias plures? quarum si nomina tentes
Dicere,

Dicere, Marmaricas citiùs numerabis arenas.
Ingredimur, quâ pons ripam iungebat vtramque:
Intus erant spatijs amplis, visúque decoris,
Huc illuc longo tendentia compita tractu,
Purpureæ niueæque rosæ, pictique hyacinthi,
Narcissi & violæ, & vaccinia mista ligustris,
Liliáque & longum viuens amaranthus in æuum
Puniceis solijs, nec non caryophylus albis:
Balsamáque & casiæ, & costi, myrrhæque, crocíque,
Menta, thymi, thymbra, & bene olentis amaracus
Deliciæ, Idalijs oritur quæ plurima siluis. (horti
Hinc atque hinc fluues spirabant vndique odores,
Mille auium species implebant murmure siluam,
Et liquidum vario feriebant æthera cantu.
Coniugis infandum Progne deflebat amorem.
Fortunámq; suam atque Ithili Philomela gemebat,
Psittacus humanas operoso gutture voces
Reddebat, tenuésque sonos variabat Acanthis.
Iugis aquæ riui nitidis de fontibus, inter
Manabant flores, & gramina læta rigabant.
Mon Massyla illic degebat bellua, nec vox
Sacrilegi est illic audita Lycaonis vnquam,
Non aper, aut visus, non velocissima tygris
Prorsus erant, trifidis nec tristia sibila linguis,
Talia spargebant tumidi per rura cerastæ.
Denique non illic nisi blanda & amantia pacis,
Auriti lepores, cerui, damæ capreæque.
Et quanquam ver semper erat, dulcissima ibidem
Poma tamen deerant (dictu mirabile) nunquam.
Penè polum medium lampas Phœbea tenebat,
Quum locus est visus nobis, vbi diua manebat.
Campus erat nemore in medio spatiosus, & herbis
Plenus odoriferis: nulla illic creuerat arbos.
Circùm aderát mensæ egregiæ, dapibúsque refertæ,
Qualibus accubuit Capuæ Dux luscus: & ipsi

Accu-

Accubuere olim qui Ancilia sacra gerebant.
Tunc senior, Iam tempus adest, potentius, & esca
Instauremus (ait) vires. nam sobrius ire
Ad diuam, vel ieiunus prohibetur: & omnes
Huc quotquot veniunt, impunè absumere possunt,
Gratisque has epulas: dea sic vult. cúmque comesa
Deficiunt, famulæ reparant renouántque sapores.
Vescimur: atque mero madidi vix surgimus, & pes
Figebat dubios titubanti poplite gressus.
Tum magis optatus reginam accedere ad ipsam:
Quam medio in campo spatiantem, maxima turba
Ponè sequebatur, iuuenes, pueri atque puellæ,
Maturique senes, at non matura gerentes.
Illius ad dextram mulier pulcherrima, secum
Ibat, habens puerum, cuius pendebat ab armo
Feralis pharetra, & diris metuenda sagittis;
Cæcus erat, nudúsque, & versicoloribus alis:
Arcum gestabat manibus, neruúmque trahebat:
Quanquã oculis captus, certis tamen ictibus omnes
Figebat puer ille ferox, præcordia pulsans,
Atque iterum facto remeabat vulnere telum.
Iámque illum penitus populum misisset ad vmbras,
Fœmina ni quædam tales miserata ruinas,
Auxilium miseris mira pietate tulisset.
Námque vbi cuiusquam per saucia pectora ferrum
Viderat intrasse, & tepidum emanare cruorem,
Accurens, paritérque salubria pocula præbens,
Seruabat vitam: sed vulnera dira manebant:
Reginæ ad læuam, nnulier stans altera, habebat
Semper in ore cibos: manibúsque & vestibus vnctis
Sordida curabat solius gaudia ventris,
Grandiáque immerso siccabat pocula fundo.
Hærebat puer huic alter, qui vertice nutans,
Conniuénsque oculis, vigilare nec ipse valebat:
Nec vigilare ipsam, dapibus vinóque grauatam,

Nescio

Nescio quo sæpe aspergens humore, sinebat.
Rauca Gytheriaco resonabat tibia buxo
Illic: ast alij citharas & plectra mouebant.
Orpheus Eurydicen serpentis dente peremptam
Immitésque Erebi reges, iactúmque laborem
Deflebat, secumque feras & saxa trahebat.
Carmina delphinis miranda canebat Arion,
Nauigium infœlix referens, nautásque dolosos.
Oedipodionias iterum consurgere Thebas,
Nobilis Amphion cantu fidibusque iubebat.
Turba sequebatur saltando cætera, cuius
Lumina caligo quædam satis atra premebat,
Et cuiusque caput nebulæ circumuolitabant:
Inter quos vnum vidi, nouique: tabellam
Quippe, manu, scripeam per talia verba tenebat,
Sardanapalus ego, Assyrio diademate quondam
Inclytus, hæc habeo quæcunque famelicus edi,
Et quæcunque hausi fusdente libidine: donec
Vinitis ô miseri, quid gaudia postergatis?
Heu mihi, post mortem nulla est sperandavoluptas,
Discite ab exemplo, mortales, discite nostro.
Post omnes, extrema acie duo monstra subibant:
Quorum vnum varijs linguis fœdabat euntes,
Ast aliud semper stimulis vexabat acutis.
Quapropter dulces lusus turbabat amaror.
Vsque adeo nobis æterni regia cœli
Inuidet, atque malis hominum gaudere videtur:
Vsque adeo vœis contraria numina nostris.
Cúmque tot aduersis æuo fugiente premamur,
Lætitiæ vix hora datur, vix hora quietis.
Et si qua est, brevis est, & non sincera voluptas.
O vita, exilium meritò dicenda, quid ipsos
Damna iuuant adeo superos mortalia? quare
Malunt nos tristes potius quàm viuere lætos?
Vnde in nos odij tanti manauit origo?

Vince

Vince deos, animo patienti aduersa ferendo.
Haud multo spatio iam turba aberamus ab illa,
Quum subitò à dextra nemoris, matrona venusto
Corpore, virgineo vultu, incessúque seuero
(Qualis in æthereâ Iouis vxor creditur aula,
Quum medios inter graditur pulcherrima diuos)
Occurrit nobis, crines lacerata sinúsque:
Et mœsta, & vili quamuis circundata panno,
Non spernenda tamen: roseóque hæc edidit ore.
Quò ruitis miseri? quò vos insania ducit?
Sistite: neu faciles in damnum currite vestrum:
Et quæcunque loquar vobis, audite parumper.
Sistimus, atque eius dictis intendimus aures.
Principiò, non est, vt forsan creditis (inquit)
Hæc dea: nec prorsus diuûm de sanguine creta,
Ad quam nunc itis, cuius vos iungere castris
Oæci cupitis, sed dira & pessima Erynnis,
Incautos blanda semper sub imagine ludens,
Promitténsque suos, aloën infida ministrat.
Neu vos decipiat, facies quòd pulchra, quòd extrà
Tota nitet gemmis atque auro: námque sub ipsa
Nescitis quàm sit turpis, quàm sordida veste.
Intus mille latent mendæ, perditque clientes
Ipsa suos, falsa captos dulcedine: sicut
Perduntur pisces, quos fallit harundine longa
Piscator, dum littoreas demittit in vndas
Fila, sedens scopulo, atq; hamos tenet esca latentes:
Illi concurrunt auidi, rapiúntque tenaces
Ore cibos, sed mox hærent, ac fila sequuntur.
Non tantum Libycæ syrtes, vel tecta nefandi
Antiphatæ vel Scylla vorax, vel sæua Charybdis,
Vel quodcunq; aliud: quantũ est fugienda Voluptas.
Eheu, quas infert mortalibus ista ruinas! (bes
Quot claros alioqui homines, quot regna, quot vr-
Perdidit hæc! sed næ multis vos ipsa fatigem

Exempl-

Exemplis, vnum ſit erit, nonúmque referre.
Quis fuit Alcida maior? quis tanta peregit?
Nam geminos infans ſuffocauiſſe chelydros
Dicitur, exiguis elidens guttura palmis:
Ipſe Molorchæum ferunt ſuperaſſe leonem,
Extinxiſſe caput ſemper creſcentis echidnæ:
Hic domuit ceruam ætipedem, tauróſque ferocem
Expulit, & valido volucres Stymphalidas arcu.
Fregit Threicij præſepia dira tyranni,
Fregit & hic Acheloë tibi de cornibus vnum:
Heſperidas pomis, bobus ſpoliauit Iberum:
Infernas adijt ſedes, triplicémque retraxit
Inde canem, ſpumis inſana aconita ſerentem:
Iniuſſúmque manu Erymanthius occubuit ſus:
Senſit & Antæus ſublatus in aëra vites
Herculeas: raptórque boum Vulcania proles:
Hic demum teſſo potuit ſuccurrere Atlanti,
Grandibus aſtra tenens humeris, axémq; labantem.
Attamen (ô fallax, ô pernicioſa voluptas)
Impérioſa tulit Gygeæ iuſſa puellæ.
Et qui non timuit torquam cum Dite Megæram,
Tartareúmq; gelu, & flãmas Phlegetõtis, & ipſum
Porthmea, terrifico aſpectu, hirſutiſque capillis:
Sæpe minas teneræ demens expauit amicæ,
Pro clypeóque colum geſſit, pro caſſide mitram.
Quæque prius clauum ingentem vibrare ſolebat,
Fœmineo ritu torquebat dextera fuſum,
Et calathis dominæ referebat penſa peracta,
Dum metuit ſcuticam muliebri indutus amictu.
Amphytrioniade, quis te furor obcæcauit?
Vtque Ithaci ſocios mutaſſe venefica Circe
In porcos fertur, texiſſéque corpora ſetis:
Non ſecus iſta ſuos mutat regina clientes,
(Si debet regina magis quàm ſerua vocari)
Námque manu paterã, quæ dulci plena veneno eſt,

Porri-

Porrigit his, de qua ſiquis bibit, illicò ſiet
Vel leo, vel ſpumoſus aper, vel tardigradus bos,
Aut canis, aut putrido peſtis lupus improba ouili.
Aſt alias alij cogúntur inire figuras,
Pauci ex hoc populo lethalia pocula vitant:
Vos eadem quoque fata manent, ſi forte velitis
Iſtius vexilla ſequi meretricis iniquæ.
Quare vos moneo, crudelia retia canti
Dum licet aufugite, atque animum frænate lupatis,
Præcipitem; occultos laqueos aduertite, ne vos
Haud aliter fallat, quàm fallit aranea muſcam,
Dum tenuem texit telam, latitátque deorſum
Anguſto in thalamo: ſed ſi cognouerit hoſtem
Delapſum in caſſes, quàm primùm accurrit, & arctis
Stridentem inuoluit laqueis, & ſtamina circùm
Cruribus aſſiduis glomerat, roſtróque peremptum
Perforat, & ſugit ſuſum per membra cruorem.
Demens, heu nimiùm demens, qui cùm ſimilis dijs
Eſſe queat, ratione vtens, veſtigia mauult
Sectari pecudum, Veneri, Veneriſque ſodali
Ventri indulgendo, & turpiſſima quæque ſequendo.
Talia non potuit patienter ferre meus dux.
Námque pudore gemens, ſtomachóq; iratus amaro,
Neſcio quid ſecum ſecreto murmure rodens
Terga dedit, notúmque tripes properauit in agmen.
Tunc Arete, (hoc etenim nomen ſibi dixerat eſſe)
Ne cures, inquit, fugiat fines noctua Phœbi
Non patitur radios, gelidis aſſueta tenebris.
Vtque æger longa vexatus febre, recuſat
Optima, quæ amiſſam valeant ſibi ferre ſalutem,
Deteriora petens propriæ contraria vitæ:
Sic ſtulti verum fugiunt, & falſa ſequuntur.
At tu, ſi qua tui cura eſt tibi, ne retrahas te
A noſtris monitis: quæ vt promptiùs accipias, hinc
Mecum digredere. hæc etenim ſpectacula mentem

Pertur-

Perturbant, ſtrepitúſque attentas impedit aures.
Tunc me dextrorſum ducit, pariterque ſub vmbra
Semotæ lauri conſedimus, atque ita fatur:
Ille opifex cœli & terræ, pelagique tumentis,
Vt reliquos primò aduerſos ire impulit orbes,
Sic aduerſari affectus voluit rationi
Complures: ne ſola ſua torpeſceret aula
Mens, namque vt ſonipes calcaribus, & ſtimulo bos,
Vrgentur, ſumuntque magis per vulnera vires:
Sic mentem affectus acuunt, creſcitque premendo:
Qui ſi non eſſent, prorſus tabeſceret, & nil
Egregium faceret: ceu nauis in æquore torpet,
Ni remi impellant, vel habentes carbaſa venti.
Proindè errant quidam, dicentes, quòd ſapienti
Haud vnquam licet hos animi ſentire tumultus.
Hi differre hominem ſignato à marmore nolunt,
Et delirantes prorſus verba irrita fundunt.
Nam tales homini motus natura dediſſet
Fruſtra: quod dictu abſurdum eſt. vti ergo licebit
Ipſis legitimè, norma rationis & arte.
Hos, inquam, motus validis moderarur habenis,
Et regit vt præclarus eques, nec vincitur illis
Is, cuicunque dedit verum ſapientia nomen.
Sed pauci norunt medium reperire, modumque
Seruare: idcirco tollunt hi prorſus, at illi
Prorſus amant: vnde hos error conturbat & illos.
Nam diui ſola viuunt ratione: ſed ipſæ
Duntaxat ſenſu pecudes ornantur: vtroque
Mortales: vtroque igitur gaudere iubentur:
At ratione magis, namque hæc præſtantior eſt pars,
Et ſummi cognata poli, quæ ducit in altum
Semper; at in præceps ſenſus trahit, & deliros
Efficit: idcirco minus huic ſeruire licebit:
Quamuis hunc (ô cæca hominum natura) ſequantur
Penè omnes, paucique adeò ratione regantur.

Prop-

Propterea innumeros media modò ludere sylua
Vidimus: atq; illuc stulto ductore meabas,
Nostra retraxisset nisi te vox, nonne timebas,
Illa duo, à tergo quæ furtim monstra subibant?
Nostin quæ sint hæc? Dolor atque Infamia, quare
Non interdico prorsus, nec talia prorsus
Gaudia concedo, à solo mantia sensu:
Sed sint rara, vlli non aduersantia recto:
Propter quæ nunquam fas est dimittere honestum.
Atque opus est frænis, & clam sumenda, nocebunt.
Sumpta palàm, quoniam liuor non deerit iniquus
Dulcibus & lætis, qui fel confundat amarum.
Quóque minus fisse quisquam his inuoluit, eo fit
Dignior, ac propiùs superos accedit ad ipsos:
Qui magis hæc sequitur, minùs est laudabilis, & se
Deprimit, & mentis animalibus inserit. obsunt
Hæc eadem, si sint vsu repetita frequenti;
Et mentem impediunt, & dira pericula gignunt.
Non semper tamen esse potest intenta seueris
Mens: quippe est homini fragilis natura, necesse est
Seria post aliquam tandem captare quietem: et
Montibus à summis valles descendere ad imas.
Haud aliter quàm quum dimittere fulmina terris
Vult pater omnipotens, exosus crimina mundi:
Fert aquilæ exactum Sicula fornace tisulcum
Aut rostro aut pedibus telum, postquam alta polorũ
Culmina conscendit, miratur clara pyropis
Mœnia cœlicolûm, atq; aliis splendentia gemmis,
Et stupet auratas ædes, stellisque micantes:
Aspicit & solido factas adamante columnas,
Et constructa videt laquearia dentibus Indis,
Miratur lucos, campos, lucémq; perennem,
Deliciásque deûm: quales nec lingua referre
Vlla, nec humanum pectus comprendere posset:
Illa volans nunc huc, nunc illuc, ludere gestit

Aethera per liquidum, & blandis sese obijcit auris,
Et iam dediscit terras, nidósque relictos:
Vsque adeo iucunda illi sunt regna tonantis.
Sed postquam stimulante fame, ieiunia vires
Hauserunt, & nulla insunt alimenta calori,
Quæ modò laudabat, contemnit sidera: ab alto
Deuehitur, & quas nuper contempserat, omni
Conatu repetit terras, escamque requirit.
Tunc ego qui pressa iamdudum voce tacebam,
Rumpere festinans tam longa silentia, tandem
Hiscere non timui, atque interpellare loquentem:
Et dixi, quoniam sol iam declinat ad axem
Hesperium, properátque diem demergere ponto,
Antè precor quàm lux penitùs decedat, & vmbræ
Adueniant, mihi ne paucis aperire recuses,
O dea (nam certè dea, non matrona videris)
Nomine quo mulier quam dextra, quámque sinistra
Regiuæ stantem vidi, puerique vocentur
Ipsarum. dictis respondit talibus: Eia,
Ne dubita, per me (breuitas nisi temporis obstet)
Quæ cupis agnosces. nam non indigna petisti.
Incipiámque ab ea, lateri quæ proxima læuo est.
Hanc igitur scito esse Gulam, cui semper edendi
Est animus, nocte atque die, studiúmque bibendi.
Quam pleriq; deam credunt, & prorsus adorant,
Libantes læti pateris ardentia vina,
Lautáque vescentes plenis obsonia mensis:
Et summum esse bonũ, seruire huic, rentur. at errant
Haud dubiè: namq; hac nil est obscœnius, & nil
Quod naturæ hominis magis aduersetur, & obsit.
Cætera enim tantùm vt viuant animalia, fecit
Iupiter: ast hominem, vt viuendo intelligat, & se
Cognitione aliis præstando, cælicolarum
Efficiat similem, & vasto dominetur in orbe.
At quicunq; gulæ indulgent, & gaudia ventris

Sectan-

Sectantur, fiunt hebetes, fumóque ciborum
(Haud secus ac nebula sol) offuscatur eorum
Ingenium, & nequeunt veri spectare nitorem
Præcipuè quoties stomacho ferventia vina
Obtundunt, cæcáq; premunt caligine mentem:
Nec studijs sanio possunt incumbere ventre:
Vnde fit vt minimùm sapiant, finémq; relinquant,
Propter quem terris illos natura locauit:
Nec plus cognoscãt, quàm grex ouiúmve, boúmve.
Immo etiam quandoq; minus, quum vina cerebrum
Confundunt, geminásque putant ardere lucernas,
Et mensa & paries sese motare videntur.
O fœda ebrietas, animi lethum, ô vitiorum
Nutrix ac scelerum: quid non mortalia cogis
Pectora? quid per te non audent? iurgia, lites:
Prælia dira moues, & gaudes sanguine fuso:
Per te occulta patent, animum linguámque resoluis:
Te fugiunt metus atque pudor. Vitate pudendam
Hanc pestem, ô miseri, quæ vos facit esse furentes:
Nec minùs insanos reddit, quàm mater Orestem.
Sordidior quæ res, quæ bellua vilior est quàm
Ebrius? hic epulas, quas non multò antè vorauit,
Euomit, atq; mero putet, tremit ille, cadítque
Sæpe caput frangens, oculósve, aut crura: loquendo
Balbutit, nec habent vllum verba edita sensum.
Multa facit, multa & dicit, quæ mox vbi nubes
Discussa est, rediítque iubar, damnantur ab ipso
Auctore: vnde rubet factis, infectáq; vellet.
Rex Macedûm quondã, proles generosa Philippi,
Ebrius in mensa (vt fama est) perdebat amicos:
Sed postquam furor ille animo decesserat, & iam
Sanus erat, tunc se angebat, tantúmq; dolebat,
Vt fleret, cupere quoque mori: quid vana Cytheron
Orgia, quid thyasos, deliráq; tympana iactas?
Non deus est Bacchus vester, Cadmæa propago,

Nec Ioue plena vtero Semele concepit: at ingens
Tartarus hunc genuit puerum, de matre Megæra.
Non deus est, sed nempe deûm contemptor & osor.
Nam diuina parum curant qui vina sequuntur.
Nec bene tractabit vinosus sacra sacerdos. (lores 5
Quid memorare opus est, quot morbos, quóque do-
Dispergat nimius potus per membra, cibúsque
Immodicus? sceuet hinc, tanquam de fonte perenni,
Febris, & vlcus atrox, scabies, porrigo, podagra,
Articulósq; prehensans, manibúsque infesta chiragra: 4
Hinc lippi stillant oculi, resolutáq; Baccho
Membra tremunt, dentésq; cadunt: olet halitus oris:
Hinc stomachus languens, atq; infestata venit mors.
Sæua quidem plures letho gula tradit acerbo,
Quàm gladius. quid, quòd cæsus citò deperit: & mox
Mergitur in ventrem fundus, domus, atq; supellex?
Et modò qui fuerat diues, sit pauper, egénsque?
Vt vitas, comede, vt non viuas propter edendum.
Iam dixi quæ sit mulier: nunc accipe, quis sit
Ille puer, qui stat iuxta hanc, & vertice nutat,
Nec vigilare valet: puer hic est filius eius,
Quem labor ex ipsa genuit: Somnúsque vocatur.
Nutrijt hunc Lethe, multóque papauere pa uit:
Germanus Mortis, sed non æternus, vt illa.
Hic hominum pelle curas, & fessa diurno
Membra labore leuat, reuocátque in corpora vires:
Quo sine non potis est quisquam producere vitam.
Infert multa tamen damna, & caligine quadam
Obducit mentem, morbósque inducit, & ipsum
Eneruat corpus quoties sine lege modóque
Sumitur, & nimium turpentes occupat artus.
Parcus erit, si parca gula est: nam venter inanis
Excubat, aut minima contentus nocte quiescit:
Et leuiùs dormit, melioráque somnia gignit.
Est tamen afflictis magnum solamen, & omni

Optan-

Optandum voto interdum, præcordia quando
Angit amor, vel morbus atrox, vel casus acerbus:
Tunc melior gemmis, tunc fulvo est gratior auro.
Vt mors, sic somnus miseros felicibus æquat,
At dextra cui Parca colo net candida fila,
Qui facere & qui nosse cupit quàm plurima, & altum
In terris virtute aliqua sibi quærere nomen:
Hunc vigilare opus est: nam non præclara gerentur
Stertendo, & molles detrectat gloria plumas.
Tu verò hunc vita, quantum potes, & vigilato.
Eheu quàm longam tribuent tibi fata quietem,
Quum semel aduenier nox illa nouissima, postquam
Non redit vlla dies: gelidósque reliquerit artus
Spiritus iste leuis volucríque similimus auræ:
Tunc tibi perpetuo claudentur lumina somno.
Hæc nobis dum Diua refert, Thaumantias alto
Ecce venit demissa polo, cui mille colores
Hinc atque hinc sole aduerso rorantia præbent
Nubila, purpureis quæ sic est fata labellis:
Diua Panomphæo salue charissima regi,
Cunctarumque Arete (me iudice) prima dearum:
Huc veni, quoniam turba omnis cœlicolûm te
Visere iampridem gestit: iam desere terras
Infames, & regna malis habitata colonis,
Non sedes hic tuta bonis, hic omnia regnant
Crimina: religio nulla est, pietásue, fidesue:
Hic contempta iacet virtus, insciaq; sceptrum
Obtinet, & fraudes cuncti exercentur in omnes.
Quare agedum cœptos sermones rumpe, morasque
Tolle omnes, cursúque pari volitemus ad astra.
Tunc me respiciens Arete, inquit: Non tibi possum,
Vt vellem, dictis exponere singula: sed mox
Crastina cum roseo rediens Pallantias ore,
Expulerit tenebras iam lumine matutinas,
Ad te aliquem mittam, gaude, quo cætera disces.

Iamque vale, his dictis, petierunt æthera salto,
Exceptique ambos Zephyrus, sursumque vehebat,
Donec læta vtraque in liquidas erumnt auras,
Ceu quum Scylla patrē fugiens scelerata sequentem,
Paulatim sese attollit: subit ille proteruo
Insistens animo, ducitque per aëra gyros,
Desecti cupiens facinus punire capilli:
Hæc verò densas inter se condere nubes
Nititur, atque oculos frustratur cæca tuentum:
Illuc & Nisus penetrat, neuterque videtur.
Phœbus Atlantæo iam merserat æquore currum,
Et vesper stabulis educens astra reclusis,
Ambrosiæ in campos ad pabula nota redibat:
Digredior mœrens, eadem qua duxerat olim
Me senior, repetoque domum, promissaque solis
Gaudia venturi, satis anxius expectabam.

LIBER QVARTVS.

CANCER.

SOL, qui perpetua mundum vertigine lustras,
Alme parens rerum, cœli decus, & stellarum
Princeps, æterni fons luminis, vndique cernens
Omnia, puniceo dum Persida linquis ab ortu:
Et pergens, tandem extremo tua lumina condis
Hesperiæ fluctu, Calpemque nouissimus vris,
Atque eadem rursus repetis vestigia semper:
Per te cuncta patent, noctis quibus vmbra colorem
Abstulerat, tenebris tua non patientibus ora.
Mundi oculus: qui transuerso dum limite curris
Per duodena means animantum idola, quaternis
Dispensas annum spatiis, & tempora mutas,
Et cum temporibus quicquid generatur in orbe:
O sanctum iubar, ô diuum pulcherrime, salue:

Te colimus, tibi syncero de pectore laudes
Fundimus: at tu hodie læto nos respice vultu,
Et lætum concede diem, redeasque benignus:
Nubila diffugiant, aër sit vbique serenus,
Aduentúque tuo ponti vada salsa quiescant,
Et sit iter tutum cupidis per cærula nautis:
Non segeti, non arboribus, non vitibus, imber
Insanusue obsit turbo, lapidosáue grando:
Sed blandas Pyrois affiet mortalibus auras,
Accipiantque tuo reditu, Deus, omnia pacem.
Salue præsidium, & sacris tutela poetis:
Tu vatum mentes diuino numine reples,
Ipsorúmque moues ad dulcia carmina linguas:
Tu dignos lauróque facis, famáque perenni.
Salue igitur, dexterque mihi sis quæso canenti,
Et faueas cœptis, & nostros dirige cursus,
Donec ad optatum veniat mea cymbula portum.
Hæc ego Castalias flexo dum poplite ad vndas
Orarem supplex: nympharum astante corona,
Audijt excelsa Delphorum Phœbus ab arce:
Audijt, & visum est templi nutare cacumen,
Equé adytis iugens effulsit splendor, & ingens
Vox audita, meas quæ sic puruenit ad aures:
Infœlix inuenis, quem adeò fata impia vexant,
Qui tam crudeles viuendo transigis annos:
Esto animo forti, & dura: patientia vincit
Omnia. in aduersus rebus sunt prospera semper
Magnanimo speranda viro: tunc celsior exit
Quum premitur virtus. viden vt fortuna frequenter
Quos pessum dederat, mutata extollat eosdem.
Alternéque vices: nihil est durabile semper
Sub cœlo. redeunt post tristia nubila soles
Iucundi: postquam ventis maria alta fuerunt
Exagitata diu, tandem pacata residunt,
Et remeat brumæ post frigora floriferum ver.

ingens

Ergo animum firma, & duris ne defice rebus,
Teque ipsum serua fatis melioribus: olim
Aduenier tempus, cursum variantibus astris,
(Si non ante diem Parcæ tua fila secabunt)
Quando tũ, quod nunc mersum iacet, atque sepultũ
Mille per ora virũm fiat memorabile nomen.
Ipse adero, sempèrque nouem mea turba sorores
Adstabunt comites quocunque acceſſeris: & te
De plebe eripient, clarùmque in sæcula reddent.
Ista mihi responsa dedit cortina precanti,
Ast ego vix possum dijs credere talia de me:
Vsque adeo sum peruerso sub sydere natus,
Vsque adeó assiduis cœlum me casibus vrget.
Inde tamen decedo hilaris, perque aua solus
Errabam, & pariter voluebam talia mecum:
O si fortè aliquis mihi nunc hominúmue deúmue
Occurrat, quem diua Arete, vt promiserat, ad me
Doctorem mittat, quo discere cætera possim.
O si ipsa æthereo potiùs descendat ab axe,
Meque suis iterum doceat pulcherrima verbis.
Vallis erat, montes inter porrecta propinquos,
Atque iter angustus limes præbebat eunti:
Progredior, videòque duos in gramine læto
Pastores, pariter quadam sub rupe sedentes:
Qui positis peris iuxtá, & quos ferre solebant
Nodosa é corno baculis, certare canendo
Inter se accensi laudis mercede volebant.
Sed iudex deerat, cuius sententia litem
Solueret, & palmam victori ferret honestam.
Vt me viderunt, extemplo accersit vterque,
Et rogat, vt vellem secum residere sub illis
Cautibus, & tanti certaminis arbiter esſem.
Tunc vnus postquam sumpto præluſit auena,
Talia sublatis in cœlum cœpit ocellis,
O flos Dardaniæ, puer ô dilecte Tonanti,

Pocula

Pocula qui ſuperis ſpumantia neſtare miſces;
Cede polo, iam cede polo, formoſior alter
In terris nunc eſt qui pocula ſacra miniſtret:
Iupiter hunc rapiens, te ſpreto ad ſidera tollet:
Inuidia rumpêre miſer, morière dolore.
Sed potiùs ne cede polo, tu vina propines
Cœlicolis, maneat mecum mea cura Philetus: eſt.
Quo ſine nec mihi dulce aliquid nec viuere gratum
Hunc quoties pernicis equi per deuia tergo
Inuectum, capreas arcu ceruòſque petentem
Naiades aſpiciunt, cœco ſtimulantur amore,
Multàque cum multis cupiunt dare baſia donis
Certatimque ferunt vario de flore corollas,
Et calathos pomis plenos, & dulcibus vuis.
O ſi non adeó puer implacabilis eſſet,
O ſi ſe facilem miſero præberet amanti,
Me foret in toto nullus fœlicior orbe:
Sed ſpernit noſtràſque preces noſtrùmq; dolorem,
Et fugit, vt netuo Aſſyrio tranſmiſſa ſagitta.
Ne fuge me, neu ſperne precor formoſe Philete:
Non ego ſum Leſtrygonio de ſanguine, amari
Sed dignus fortaſſe tibi, ſi me bene noris.
Nam quamuis hirtæ in noſtro ſint corpore ſetæ,
Et barba á mento impexis cadat horrida villis:
Non ſum deformis tamen, & ſua gratia barbæ eſt,
Et ſetis, ſuntque iſta viris pugnacibus apta,
Robuſtòſque decent: ſint leuia membra cynœdis.
Quid quód diuitijs paſtorum haud vincor ab vllo?
Quandoquidem mihi non deſunt armenta, gregèſq;
Mille meæ viridi paſcuntur gramine vaccæ,
Mille mei per denſa ſues querceta vagantur,
Enixas habeo pecudes, fœtàſque capellas:
Lactis acetoſi nunquam mihi copia deſit:
Eſt vetus, eſtq; recens plena mihi caſeus arca.
Sume tibi quodcunque velis. námque omnia noſtra

Sunt

Sunt tua, súmque tuus: quãquã hoc ingrate recusas?
Si me diligeres, mecúmque aliquando venires,
Colligerem tibi poma, alcis hæsentia ramis,
Quæ tenuant cerásque nouas, maturáque fragra,
Implerémque tibi corylis nucibúsque canistrum.
Ah quoties, quoties medijs te amplecterer ylnis,
Imprimerem roseis mille ac mille oscula labris.
Ne dubita, mellite puer, mecumque venito:
Stabimus ad nitidum fontem, gratumque soporem
Amplexu iuncti pariter capiemus in vmbra,
Allecti strepitu ramorum & murmure riui,
Dum fœcunde die crepitant per tura cicadæ.
Heu mihi, me spernis, spernis quoq; munera nostra,
Nec mœstis lachrymis, nec blanda voce moueris,
Sæuior Hyrcana sublato tigride fœta,
Surdior ex Pario quæ fiunt marmore signis,
Durior Alpina cautes, Arabióque adamante.
Quò tibi forma tua est, si sis crudelis, & omnes
Despicis, atque meos miseros compellis amantes?
Sic pulchros inter flores latet horridus anguis,
Sic & in Hyblæo miscetur melle venenum,
Pone tuos fastus: inimica superbia diuis.
Nec te decipiat fugitiuæ gratia formæ:
Forma breuis flos est primò spectabilis ortu,
Mox languens fugiente die: dum floridus durat
Ætas, dumque cutis tenero fulgescit in ore,
Ne puer incassum forlicia tempora perde,
Vtere concessis tibi, dum potes, vtere donis.
Omnis quippe suo res commendatur ab vsu.
Tempus erit, quum tetra genis horrescere barba
Incipiet, faciem crispantibus vndique rugis,
Canicieſque premet lædoros fœda capillos.
Tunc frustra amissum lugebis stulte decorem,
Sæpius & tecum dices: quò pristina cessit
Gratia? quò roseus niveáque albedine mistus

Migra-

Migrauit color? ah nostræ spes irrita formæ.
Mutatúsque gemes vultus, deformiáque ora,
Ipsum te quoties speculo referente videbis.
Sed quid ego in ventos vanas effundo querelas?
Quid studeo sterili committere semen arenæ?
Me miserum, frustrà (sic vultis fata,) laboro:
Sic vúltis fata, ô nimiùm contraria nobis,
Præcipuè quum dirus amor mea pectora vexat.
Fatú in amore valet, plusquã gaza omnis, & omnis
Nobilitas: etiam fato est obnoxia virtus.
Fato despicitur Princeps, & seruus amatur.
Sis tamen ipse licet presso truculentior hydro,
Méque minùs fronde aut vlua liceare palustri,
Te semper mea vita sequar, te semper amabo.
Corde Philetus erit nostro, nostro ore Philetus.
His tacuit dictis, mox talia subdidit alter:
Polline candidior Mellina, & virgine calce.
Et pelagi irati spumis, & lacte recocto:
Maturis cerasis eadem rubicundior, atque
Moris quæ nondum nigro sunt tincta colore:
Pulchrior arboribus, verno quum tempore florent;
Dulcior arenti ficu, mustóque recenti.
Non habuit credo tales Cytheræa papillas,
Non tales oculos, nec tam speciosa labella.
Quid laudem femur, aut femori confinia membra?
Has tractare iuuat potiùs, quàm dicere partes.
Non modò mortales inter laudata, sed ipsis
Dijs etiam Mellina placet. vidi ipse sequentem
Hanc Satyrum, & tandem captam sub subere pressit:
Clamabat, volui demens accurrere, opémque
Ferre: sed hi sui memebam cornua diui,
Riualémque ausus non sum tentare ferocem.
Ah quoties nutu blandi me inuitat ocelli,
Accersitque vltro, & niueis mea colla lacertis
Haud aliter nectis, soleat quàm pectere ramos

Ad-

Admotos hedera, aut vitis, lasciuáque mordet
Ceruicem. leuit érque manu mea percutit ora
Ludendo: iratáque mihi, me præter, amare
Se nullum, sed non adeò sum stultus, vt ista
Vera putem, quoniam nil est mendacius ipsa
Fœmina: & insueris quo te magis improba palpat
Blanditijs, hoc esse magis tibi scito cauendum.
Dixerat ista canens: atque addere plura volebat:
Ecce autem veniunt per saxa crepidinis, inter
Pendentes frutices, angusto calle, latenter
Septem fortè lupi, stimulante cupidine pastus:
Inuadúntque greges, nunc has, nunc morsibus illas
Dilaniant pecudes, mersántque in sanguine rictus:
Contrà, conatur magnis latratibus hostes
Pellere turba canum, ferro circundata collum.
Ingens fit strepitus, valles resonare boatu:
Consurgunt trepidi, posito certámine cantus,
Pastores: baculis nodoso è robore sumptis,
Et funda, accurrúntque simul, solésque remansi.
Tunc alia discedo via speránsque, timénsque,
Atque animi dubius, mecum diuersa volutans,
Progredior, quantum spatij ter plumbea massa
Impete tormenti exiliens metitur aheni:
Illimem fontem scatebris gliscentibus, inter
Frondosas plantnos reperi, quem mollia circùm
Gramina cingebant, scabróque sedilia topho:
Vt puto, nympharum sedes, quum torrida feruet
Æstas, & mundum rabiosus Sirius vrit.
Haud procul hinc aberant plenos onerantia ramos
Sorbæ: ego confestim, quoniam matura videbam,
Accessi, & pomulla manu decerpea comedi.
Inde sitim cupiens haustis extinguere lymphis,
Ad fontem propero, & fonti prona ora reclino.
Dúmque bibo, in vndis splendebat calculus vndis,
Interea iuuenem quendam demittit olympo
-bA Diua

Diua Arete, nostri non immemor. Ille volatu
Præcipiti secat æthereas velociter auras.
Dum volat, accipitres cursu præuertitur ipsos,
Prendere quum prædã pennis stridentibus ardent.
Actutúmque ad me venit, qui fortè iacebam
Graminea in ripa fessus, dicítque salutem.
Ilicet assurgo, & iuuenem reuerenter adoro.
Ille autem superans humanam corpore formam,
Diuæ Aretes, inquit, sum filius: ipse Timalphes
Nominor: huc genitrix misit me, vt singula demum
Quæ restant dicenda, suo nunc ordine pandam.
Sedimus ergo ambo, dehinc fari talia cœpit:
Audisti quæ sit mulier de parte sinistra,
Quis puer ipsius: namque hoc tibi mater apertè
Ostendit: quare nunc restat dicere quæ sit
Altera, quæ dextram puero comitata tenebat.
Hanc Venerem appellant homines, dicuntq; creatã
De pelagi spumis, tunc quum Saturnus in æquor
Creditur ingratus testes iecisse paternos.
Sic perhibent Græci, gens multũ accõmoda nugis,
Garrulitate potens, fingendíque apta magistra.
Vranius tamen hanc genuit de Lopade nympha,
Vranius rerum genitor, quo vastior Atlas
Non fuit, Enceladúsue ferox tumidúsue Typhoeus,
Nec quotquot tellus produxit fœta Gigantes.
Huic natura nouem capita addidit, inde supremum
Absque oculis, versum est Tartessi ad littora sæpe,
Cætera ad auroram spectant, plus mille secundo
Lumina sunt, reliquis vnum: iactatur ad arces
Dextera Riphæas, Boreæque cubilia tractat.
Sed qua parte Notus mittit sua flabra sinistram
Extendit, mundumque manu metitur vtraque:
Contingens pedibus manes, & vertice cælum,
Omnigeni pecoris pastor ditissimus idem,
Quod latè in terras omnes diffundit alendum.

Non

Non esset pecori nomen, nisi filius eius
Pamphagus, horrificâ rabie atq; triguttare monstrũ
Assiduè cum vxore sua (quæ nomine fertur
Atropos) armenta atque greges sine fine vorarent.
Hanc Venerem idcircò Vranius tulit, atque deorum
Cuidam pædogeni æterno sociauit amore,
Consortemque tori fecit: quo fœdere iussit
Instaurare aliam prolem, & supplere creandò.
Hæc est illa Venus, sine qua cultore careret
Maximus & densis horreret sentibus orbis.
Hanc Deus instituit, naturæ vt damna rependat.
Quod verò Deus iussitat, damnabile non est.
Quid illis igitur dicam qui cœlibe vitæ
Contenti, dulces non curant gignere natos:
Sed steriles obeunt radicitùs, & moriendo
Post cineres non vlla sua monumenta relinquunt?
Hi peccant certè, & si verum dicere fas est,
Nascitur indignè per quem non nascitur alter:
Indignè vivit, per quem non vivit & alter.
Qui tamen aut morbo, aut alia ratione tenentur,
Quò minùs hæc possint vti, pressive maligna
Paupertas timent mendicam educere prolem,
Aut qui cœlestem sapienter ducere vitam,
In terris malunt, quorum rarissima turba est,
Abstinentia: tum tunc fas est, veniámque merentur.
Sed mulsi nolunt vxorem ducere, multas
Vt passim incestent, diversaque pabula carpant.
Quinque magis fallax vulgus, se addicere sacris
Haud dubitant, & templa colunt, diuumq; ministri
Censentur: varias leges, habitúsque capessunt
Insuetos, raso sperantes vertice cœlum:
Insani fugiunt mundum, immundumque sequuntur:
Et cùm se ventri dedant, mollique quieti,
(Quæ duo nequitiæ sunt nutrimenta) pudici
Credantur; cæcis condunt sua furta latebris,

Et

Et ſatagunt nigram vitijs obtendere noctem.
Nemo quidem caſtè conſueuit viuere, ſaluis
Inguinibus, niſi quem iam debilitata ſenectus,
Aut languor grauis, aut animi dolor impedit ingens,
Aut regit ætherei ſapientia plena pudoris:
Omne ſupernacuum naturæ è corpore pellit:
Hinc eſt quòd Venerem nocturna inſomnia ſoluunt,
Gaudiáque informant, veros imitantia luſus.
Multi autem, quia ſunt cauti, caſti eſſe putantur,
Eſto tamen, quòd Veſtales, ipſáſque Sibyllas
Virginitate ſua vincant, cedò dignior vtra,
Vtra eſt nobilior, ſterilíne, an quæ nil gignit arena?
An quæ eſt terra ferax, an quæ nil gignit arena?
O vanas hominum curas, ô fruſtra votum!
Diſcite naturæ ſanctas non temnere leges:
Quæ vult, vt genitos generet: quæ gaudia fecit
Tam bona concubitus, non vt te abſtereat, imò
Vt magis alliciat: naturæ obſiſtere cur vis?
Nempe Venus nulli culpæ eſt obnoxia, ſi ſit
Legitima, æque modum ſeruet, ſi debita fiat.
Aſt nimia enerauit vires, effœminat artus,
Ingenium obtundit, breuiat quoque tempora vitæ.
Iam nunc de Veneris puero nos dicere oportet.
Hic eſt ille hominum domitor, domitórque Deorũ,
Qui face, qui pharetra totum perterrifat orbem:
Cui quamuis puero & cæco tamen omnia parent,
Quæ terras pelagúſq; colunt, quæq; æthera ſummũ.
Heu quantos ignes, & quanta incendia paſſim
Excitat iſte puer, quantum ô pharetrate Cupido
Arbitrij tibi conceſſum eſt? tibi nulla reſiſtunt
Robora: tu pecudes, tu homines, tu numina vincis,
Sæpe tuis fixum telis gemuiſſe Tonantem
Nonimus, & varias compulſum aſſumere formas
Fulmine depoſito, & cœli regione relicta,
Non dedignatum miſeras inſiſtere terras:

Nunc

Nunc aquilam fieri, nunc torua fronte iuuencum,
Nunc se pastorem, nunc se simulare colubrum,
Inderúmque ignis speciem, Satyrique figuram
Aut auri induere, aut candenti corpore oloris:
Enosigæus item liquido mutatus Enipeo,
Dum tua tela miser sentit, Salmonida pressit.
Sæpe etiam voluit delphin, ariétq; videri,
Aut equus, & toto flammas extinguere ponto
Quas tu condideras in pectora cæca, nequiut.
Fabula longa nimis, cunctos ex ordine diuos,
Et factum accipitrem Phœbum, factúmque leonem,
Dicere: vel stygij furias memorare tyranni.
Talia non opus est referendo absumere tempus.
Quippe ego si cunctos heroas & heroinas,
Quotquot dirus amor lethali vulnere fixit,
Enumerare velim, crescet mihi longior ordo
Historiæ, atque prius condens sua lumina Titan
Abluet Hesperio fumantes gurgite currus.
Ergo operæpretium puto omittere caliacùm sint
A multis iam dicta aliis: nunc vera sequamur.
Non puero huic Bacchus pater est, vt Græcia fingit
(Non etenim, si sic, abstemius vllus amaret)
Sed fatum: quoniam fato iunguntur amores.
Nimirum fatis mortalia cuncta reguntur:
Fatum dat mores, fortunam, & terminat annos.
Plus fatum quàm forma valet: sit maxima flammæ
Causa cupidineæ licet hæc, & corda tenaci
Præcipue iuuenum soleat vincire catena,
Plus quoq; quàm nummi: quamuis corruperit auro
Inclusam Danaen turris Saturnius alta:
Confuendo etiam, & facilis concessa manendi
Sæpe simul, nullóque simul spectante, loquendi
Libertas: quæ prona via est & lubrica, per quam
Ipse amor ingreditur, per quã Venus ipsa paratur,
Haud multum certe fato repuente, iuuabunt.

Fato

Fato iunguntur, fato soluuntur amores.
Hinc vilis, deformis, inops, quondoque fruetur,
Quod neque formosus poterit, nec diues habere.
Hinc pulchra & generosa viro contemnitur vxor:
Interdum & pluris pellex triuialis habetur:
Hinc vxor pulchrum & generosum sæpe maritum
Odit, & nummi penem calonis adorat:
Aut aliquem externum, quē vix bene nouerit, ardet.
Denique ni tribuatur amor pro lege deorum
Cuique suus, nisi sit diuisus limite certo,
Non dubiū est quin possit ab omnibus vnus amari,
Non dubium est, possit quin omnes vnus amare,
Et passim, quamcunque velit sibi quisque, potiri.
Sed veluti pisces piscator non capit omnes,
Non omnes volucres auceps, non omnia lustra
Venator spoliat: sed quod sua cuique dedit sors,
Hoc habet, hoc potitur: sic dispensantur amores
Arbitrio superūm dominæ sic sæpe placebit
Ipse suæ seruus: sic pulchram sæpe puellam
Enterocelosus, grandæuus, lippus habebit.
Ac veluti infausto qui sidere mercibus implet
Mercator nauim nocituraque cærula tentat,
Naufragio, aut diris prædonibus expoliatur:
Sic quisquis cœlo aduerso, fatoque sinistro,
Vtitur, incassum tempus terit, atque laborem,
Imò ignominiam & crudelia vulnera sæpe
Accipit: interdum letho mercatur amorem.
At cui fata fauent, & cui fortuna secunda est,
Pace frui poterit quod vult, & tutus amare.
Verùm hæc quàm paucis concessa est gratia, pauci
Tam faciles habuere Deos, tantúmque benignos,
Excepto, si quis cautè sua gaudia celet,
Vsque adeò, vt nulli fidat, nullique recludat.
Quippe homini nunc nulla fides, nunc omnia plena
Insidijs, socio nunc quisque imponere tentat.

Quòd si arcana suo quisquam commisit amico,
Hunc metuat, ne quando fides frangatur, oportet:
Ne quando infensus mutata mente reuelet,
Quod prius in cordis penetralibus occultabat.
Ergo si liber vis esse, & viuere tutus,
Non vlli credas quod tu clàm feceris: & sic
Semper amicum habeas, dum durat fœdus, vt ipsum
Posse putes hostem fieri, quod sæpe videtur.
Nam qui semper ament, nostro sunt tempore rari.
Inuidia est etiam multum memenda, secundis
Quæ semper rebus dirum miscere venenum
Nititur: inuidiam moneo timeatis amantes.
Propterea quid ames, nemo sciat: occule amorem
Qui sapis, atque tuus fac ne ignis luceat extrà.
Inuidia horrendum monstrum, sæuissima pestis
Exitiale malum, quo non violentius vllum:
Virtutem insequitur, lacerat benefacta, bonosque
Odit, & alterius iusto indignatur honore.
Quanquam nemo satis proprium celabit amorem,
Si fata impediant, inimicaque sidera nolint.
Quippe humana parum prodest prudentia, quando
Decernunt aliter superi: frustraque laborat,
Qui rem cunque parat dijs aduersantibus vllam.
Non tamen idcirco non omni est arte cauendum:
Non omni vtendum studio pro viribus, atque
Consilio, nam qui fecit quod debuit, & spe
Fraudatus tamen est, meritò laudatur, & omnem
Inuidiam in superos transfert: quos sæpe fauere
Stultitiæ, atq; bonos pessundare sæpe videmus.
Felix, cui fauor à cælesti traditur arce,
Quem Deus ipse fouet, qui dextro est sidere natus.
Huic etenim iucundus amor contingit, & absque
Felle frui longa poterit dulcedine lætus.
Nempe amor est dulcis: nempe est res blanda, iocó-
Plena & delicijs, ni fato fiat amarus. (que
Cuius

Cuius qui nunquam est expertus tela, vocari
Iure potest sensus expers. nam bellua quæ non
Igne Cupidineo flagrat? certè omnia: quamuis
Vilia & exigua, has norunt animalia curas,
Sic staruente Deo. quare qui quærit amorem,
Rem quærit diuinam. ætenim nisi cuncta perenni
Ipse deûm atq; hominum rex prosequeretur amore,
Deficeret mundus, pariterq; elementa perirent.
Quilibet id seruat quod amat, gaudetque tueri.
At quod non amat, id nemo seruare laborat.
Idcirco rerum series æterna manebit:
Quippe Dei est æternus amor, qui cuncta tuetur,
Et licet orta cadant, species nulla atterit ætas:
Diligit has etenim per se Deus optimus, at non
Sic ea quæ rapide debentur corpora morti.
Namque perire finit nemo quod diligit, illud
Si seruare potest. sed quis neget omnipotentem
Esse Deum? seruare potest, sed non amat ipse
Corpora: corrumpi idcirco finit, at species non.
Quid figulus curat, si frangitur ista vel illa
Olla? rotam pedibus voluens, cretáque resumpta,
Ipse nouas iterum fingit, spernitque priores.
Præterea cælum, tellus, aérque, fretumque,
Atque ignis, demum totius machina mundi
Hoc stat, & hoc durat tot iam per sæcula nexu.
Nam nisi tantus amor firma compage teneret
Omnia, pugnarent vinclis elementa solutis:
Non cælum terris lucem, radiósque calentes,
Nec generandarum præberet semina rerum:
Aëra finitimum consumeret improbus ignis:
Nec tempestiuas pluuias demitteret aër.
Nuda foret tellus, æquórque extingueret ignem,
Aut igni potius piscosum aresceret æquor:
Vt quondã, quum flammiuomos Clymeneia proles
Non benè rexit equos, maruens cælestia monstra,

Infelixque sui tenuens præcepta parentis,
Corruit in voto, sensitque incendia mundus,
Donec fulmineo præceps deiectus ab ictu,
Eridani medijs flammas extinxit in vndis.
Gignit amor pacem: pax est dignissima rerum,
Omnia pace vigent, & pacis tempore florent:
Paci summus honos, paci est quoq; sũma voluptas.
Tunc tuti viuunt homines, tutusque viator
Carpit iter, nec sit sæuorum præda latronum:
Tunc apium cura & pecoris, tunc arua coluntur
Assiduè, & largas pariunt pro tempore fruges.
Copia tunc Cereris, tunc lac, tunc Bacchus abundat
Palladiusque liquor: tunc passim luditur, & tunc
Inflata ad thyasos inuitat tibia. soli
Oderunt pacem stulti, & certamina quærunt,
Talia fluxerunt Saturno tempora rege:
O fœlix ætas ipso præciosior auro!
At nunc (proh dolor) insano discordia motu
Omnia conturbat, terret, repletque tumultu.
Nunc iuuat esse trucem, & leges discindere ferro:
Iustitia est, potuisse magis, nunc mille colubros,
Mille faces quatiunt, toto & bacchantur in orbe
Eumenides, populosque agitant, regesq; superbos.
Quid iuuat, ô miseri, pugnando lacessere mortem?
Nunquam fera venit, sed dira superbia tanti
Causa mali, & væsana fames, atque ardor habendi:
Heu cur vsque adeò vilissima terra superbis,
Cuius fœda breui corrodent viscera vermes?
Quid tantum quæris? te semper forsitan esse
Victurum credis? miser, ah miser aspice, quàm sit
Incertus, velox, angustus terminus æui.
Sufficiet breuis vrna tibi, paruumque sepulchrum.
Quòd si amor humanos animos astringeret, ista
Non fierent: sed quisque suo inseruiret amico,
Quisque sibi charum qua posset parte, iuuaret.

Certè

Certè nec melius quicquam, nec dulcius est, quàm
Sincerè à multis, dum vita hæc durat, amari.
Rebus in aduersis magnum munimen amici:
Solantur, firmant animum, prodesse laborant:
Quáque valent, miseras curas & damna leuare
Conantur, recumqúe dolent, tecumque queruntur.
Haud facilè ille perit quicunque est diues amicis.
At quum te vultu spectat fortuna sereno,
Et versat meliore rota, tua commoda tecum
Percipiunt, gaudent tecum, conuiuia tecum
Plena iocis celebrant, augent tua facta fauendo.
Quare qui tutam & lætam vult ducere vitam,
Quàm multos studeat semper sibi iungere amicos.
Pluribus hoc autem fiet rationibus: ipsas
Qua potero expediam. sed primùm scire necesse est
Esse voluntatis motum hunc, quem vulgus amorem
Appellat: nam velle bonum est, quod fertur amare.
Semper habere bonum desiderat ipsa voluntas,
Et vitare malum, solisque mouetur ab istis.
Hæc duo sunt igitur causæ & fundamina amoris.
Omnia sed bona sunt triplici discrimine secta:
Quædam iucunda, & quædam dicuntur honesta:
Vtiliumqúe aliud genus, & natura bonorum est.
Sicqúe malum triplex: damnosum, turpe, molestum
Quisque amat, hæc animo fugiens, aut illa requirés.
Est igitur diuersus amor, diuersus vt est fons
Vnde oritur, laude aut probro non dignus eodem,
Hæc tria non solùm inter se differre putandum,
Per genus: ast etiam species habet vnumquodque
Per se multiplices, delectans, vtile, honestum.
Quæ cùm sint variæ, varij redduntur amores.
Vtile enim est quicquid prodest, non est tamen vnũ,
Sicut multa etiam bona corporis, atq; animi sunt.
Quatuor ad corpus spectant bona: robur, & ipsa
Forma, valetudo, leuitas. quodcunque dat ista,

Vel res sit, vel homo, prodest, atque vtile fertur.
Ast animi duo sunt bona, mos, doctrinaque: sicut
Sunt animi geminæ virtutes: ipsa voluntas,
Cuius sunt mores: & mens, cui noscere verum
Est proprium. mentis bona sunt complura, nouemq;
Doctrinæ hanc ornant: quas vatum carmina Musas
Appellare solent, ter ternis orbibus aptæ.
Sicque voluntatis bona pluro, & quattuor horum
Præcipua existunt: prudentia, iustitia, atque
Grandia, quæ aggreditur fortis discrimina virtus,
Nec non quæ frænis nos temperat, atque modestos
Efficit. ex istis, tanquam de fontibus, omnes
Emanant alia: quas quisquis discere quærit,
Voluat Aristotelis libros, vel scripta Platonis
Inspiciat: duo sunt hæc magni lumina mundi.
Ergo, quidquid erit tribuat quod talia nobis,
Vtile dicetur, veluti medicina, medensque
Corporibus, velutique animis, liber atque magister.
Vtiliora tamen sunt & meliora putanda
Quæ prosunt animo: quia corpore dignior ipse est,
Vt seruo dominus, rate nauta, aurigaque curru.
Sed mediatè aliquid prodest, aut immediatè:
Vt sator & nummi, coquus & cibus esurienti.
Idque ipsum dico de delectantibus: hæc nam
Per multas species, per multaque membra secantur.
Quorum animos quædam delectãt, corpora quædã:
Suntque voluptates animi quàm corporis, omnes
Sinceræ magis, & stabiles, & nobiliores,
Cum dijs communes nobis. at cætera sensus
Gaudia, sunt etiam brutis concessa: sequuntur
Hæc pecudes propriè. namque his dulcedine mentis
Posse frui vetitum est, neque cunctis sensibus ipsæ
Lætantur, solo gustu tactuque mouentur:
Quippe nec harmoniam, sed nec diapasmata curant.
Nunquid Apellæas tabulas, aut æra Corinthi

Mirab-

Mirantur, vel clamosi spectacula circi?
Si quid odorantur tamen, aut si vocibus vllis,
Vel si nonnunquam aspectu gaudere videntur:
Id gustus sit vel tactus ratione: velut quum
Massylus visa in campis leo forte iuuenca
Exultat, tollitque iubas, caudamque retorquet,
Prædæ auidus: vel quú sonipes per prata vagantem
Vidit equam, Veneris stimulante cupidine fertur.
Et resupinato dumeta per auia collo,
Subsultim graditur, cœlumque hinnitibus implet.
Cumque cibi & Veneris, pecudum sit sola voluptas,
Et propria: idcirco est etiam vilissima, vixque
Conueniens seruis: hebetat nam mentis acumen
Immoderata, solet multum quoque lædere corpus:
Ergo quicunque est huic deditus, infipiens fit,
Et seruire magis quàm alijs dominarier aptus.
Non est turpe tamen moderatè talibus vti.
At bona si quæ sint cognoscere quæris honesta:
Quod nuper dixi reminiscere. nanque animi sunt,
Doctrina & mores, veluti paulò antè relatum est.
Sed quod nunc dicam, solerti mente notato.
Quæ bona delectant, quàm longo tempore durant,
Tam longo existunt iucunda, & postea nil sunt.
Exemplo tibi sit, Veneris cantusque voluptas.
Ast quicquid præbet bona corporis, vtile fertur:
Ipsa autem bona sunt iucunda, velut valetudo
Iam data delectat, medicina sed vtilis ipsa est.
Id quoque quod confert animi bona, iure vocatur
Vtile: verùm animi bona postquam tradita iam sunt
Fiunt iucunda, & simul efficiuntur honesta.
Quicquid enim virtutem affert, est vtile: at ipsa
Tradita iam virtus, iucunda & honesta putanda.
Quippe honor est soli virtuti debita merces.
Quicunque ergo cupit multum dum viuit amari,
Aut studeat delectare, aut prodesse, vel in se

Virtutes habeat: quas compelluntur & ipsi
Commendare mali, & quamuis odêre, verentur.
Sed prius illorum debet perpendere mores,
Queis placuisse volet: namque est non vna voluntas
Omnibus: hinc homines studia in diuersa feruntur.
Vsque adeò tribuit difformia semina nobis
Gignendo natura parens: quod displicet illi,
Hic amat: hic laudat, quicquid damnatur ab illo:
Ergo non eadem sunt cunctis grata: nec omnes
Vtile idem cupiunt, eadem nec honesta requirunt.
Quare opus est nouisse prius quid cuique magis sit
Acceptum, placeatque magis: ne fiat inane
Officium, cassusque labor, ne littus aretur,
Si fortè aut iniucunda aut odiosa ferantur.
Hoc autem non difficile est cognoscere: sermo
Haud dubiè ostendit mores, animumque latentem.
Id quod amat, crebrò loquitur quisq;, atque libenter
Audit: multa domi poterunt quoque signa videri.
Nam cum vomeribus, stimulos, iuga, rastra, ligones
Agricolæ seruare solent: arma horrida miles
Parietibus suspensa tenet: sed quisquis abundat
Codicibus, poterit meritò studiosus haberi.
Sic de alijs dico, nimirum arcana resignat
Lingua manusq; animi: quare quæcunq; placebunt
Efficere hæc studeat, quisquis sibi quærit amicos.
Obsequio generatur amor: sed maxima lucrum
Pars hominum sequitur, nummos & munera cuncti
Affectant, donis multi sequiruntur amici.
Verùm talis amor non est durabilis, & quum
Deficit vtilitas, fugit illicò (præcipuè si
Vlterior non vlla manet spes vtile habendi)
Seruilis, fidusque parum: tamen inueniuntur
Quidam, sed rari, acceptorum qui meritorum
Assiduè memores, non cessant semper amare.
Esto quòd ingrati cessent: non proinde bonus vir,

Qui

Qui rarus velut phœnix reperitur in orbe,
Multis prodesse,ac pro viribus auxiliari
Debet desinere.est etenim via sola merendo
In cœlum,perque hanc Alcides maximus olim
Incessit,multique alij,quorum inclyta fama
Durat adhuc,nullum posthac mositura per ævum.
Nempe Deo est similis vir dapsilis æque benignus.
Pars magna est etiam,quæ delectabile quæris.
Hinc & amant,quicunque sibi iucunda ministrant:
Præsertim pueri,nauenes,nec non locupletes,
Gaudia sectantur,sectantur ludicra semper.
Sed nec talis amor verus vel firmus haberi
Debet:namque fugit,quam defleit ipsa voluptas,
Si modò non redeat,vel non reditura putetur.
Est tamen interdum valde vtilis,atque per ipsum
Diuitias multi,multi accepere fauorem.
Delectare igitur studeat qui quærit amari,
Dum neque quod iustú est,neq; transgrediamur ho-
At prodesse modis & delectare duobus (nestum.
Quisque potest,verbis ac rebus:tutius autem
Et leuius multò est,verbis quàm rebus amorem
Quærere.proinde opus est,quo id fiat nostere pacto.
Vtile si doceas quenquam,moneasue loquendo,
Efficies,monstrando etiam quid profit & obfit,
Quo nocitura modo vitentur,& ipsa parentur
Commoda,in aduersis pro ipsorum orando salute,
Vel commendando,vel pro ipsis grata petendo,
Quos in amore voles tibi iungere.si cupis autem
Delectare aliquam verbis,laudato decenter
Ipsum,resque suas:vel si quid gesserit vnquam,
Egregiè,ne te pigeat laudando probare.
Nam sapiens æquè ac stultus laudarier optat.
Interdum lepidis,risumque mouentibus,aures
Mulceto dictis,referendo si qua iocosa est
Fabula,vel si qua est vetus aut noua digna velatu

Histo-

Historia,& demum si quid scis posse placere:
Non contradicas,imò assentire loquenti,
Sint non vera licet. quòd si pudet illa fateri,
Tu saltem taceas:nam dissimulare tacendo,
Maxima plerunque est prudentia. viuere nescit
Vt bene vulgus ait,qui nescit dissimulare.
Nonnunquam,mihi crede,nocet, defendere verum.
Temporis atque loci proinde est seruanda, homi-
Conditio semper,ne quid te lædere possit. (numque
Aut aliqui absentem malunt laudare,putantque
Id melius:faciunt astutè. talis enim laus
Gratior,atque minùs ficta & suspecta videtur.
Quippe solent multi præsentem extollere dictis,
Semper adulantes,vt veri habeantur amici:
Aut vbi terga abiens vertit,mordaciter vrgent
Absentem,& rident.non valde est fidere tutum
Laudanti coràm,mos est hic mancipiorum.
Non deerunt autem,referant qui singula,plures,
Aut vnus saltem,fueris quæcunque locutus,
Vel bona vel mala sint:multus delator vbique est.
Hic te laudauit,dicet,vel vituperauit:
Sed tamen,vt paucis liceat concludere verum,
Non magis est gratum cunctis,& amabile quicquam
Moribus ingenuis,integroque ordine vitæ.
Hoc plus diuitijs,plus cognitione probatur.
Nãque malus,quanquã doctrina & rebus abunder,
Neutique diligitur. vitijs odiosius est nil.
Si bonus atque probus fueris, vel amabere,vel te
Non odio saltem(velut arbitror)vllus habebit.
Est autem vetus authorum sententia, mores
Quòd similes,simile & studium,sunt fomes amoris:
Sic vanus vanum,studiosus sic studiosum
Diligit,& socios adeunt animalia cœtus.
Hoc non inficior:nam quo iungentur amore
Hi quibus est mens diuersa & diuersa voluntas?

Cùm

Cùm sit amicorum cupere & contendere idipsum:
Sed sceleratorum citò fœdera dissoluuntur,
Stultorumque breui commercia tempore durant:
Nam propria vtilitas quam quisque requirit iniquus
Per fas atque nefas,& sæua cupido nocendi,
Quam malus omnis habet, pariterq; superbia & ira,
Stultorum fidæ comites, accendere bilem,
Bella mouere solent: amor est durabilis ille
Duntaxat,cuicunque dedit fundamina virtus,
Quem genuit probitas: amor hic pia pectora tantũ,
Sinceroſque animos æterno glutine firmat:
Et naturali pluris faciendus amore est,
Quo genitũ & generans,& ab vno sanguine creti,
Mutuò se obseruant & amant. nam sæpe parentes
Oderunt nati,oderunt sua pignora patres.
Germano insidias germanus sæpe paravit:
At nunquam verus Pyladæ insidiatur Orestes.
Nec Pylades mortem curat, modò prosit Oresti.
Sed dubium est,fierine vllo conamine possit,
Vt nos omnis amet populus,justique,malique.
Nempe amor in plures diuisus debilior fit,
Fortior in paucos. vnita potentior est vis
Quælibet,at partes in plures secta peribit.
Rectè igitur dicunt,raros tibi quære sodales:
Difficile est etenim cum multis viuere posse,
Et conuersari assiduè: quæ maximè amicos
Res decet: à multísque fides negat ipsa teneri,
Cum paucis habitat potius. non ergo fideles
Esse tibi multos credas: nec dilige vulgus,
Nec te vulgus amet: comes est discordia vulgi.
Cum paucis pax læta manet, turba omnis abesto:
Namque à turbando nomen sibi turba recepit.
Paucos atque bonos tibi delige,cum quibus æuum
Ducere securus valeas, & lite remota.
Vt non ergo potes multos vehementer amare:

Sic

Sic tu non potes à multis vehementer amari.
Nam qui non amat, is nullo sit dignus amore.
Est alius civilis amor, communis, & omni
Præstandus populo, quo quisq; bonúsque; malúsque
Diligier debet, quum nulla ex parte nocemus
Factis aut dictis cuiquam, quum taliter ipsi
Vivimus, vt nemo meritò nos carpere possit:
Quum sumus erga omnes blandi, vultúque benigno
Quemque salutamus, laudamus, honorificamus.
Sed tamen in primis est vtile, conuersari
Rarò, vel nunquam cum multis, si tibi cordi est
Vitare insanas lites, pacemque tueri.
Præsertim quos esse malos nosti, aufuge: namque
Haud facile est tribulos & spinas inter euntem
Illæsos habuisse pedes, illæsáque crura.
Nec cures si te non diligit improbus: at si
Non odit, satis esse puta. non oderit autem
Si longè fueteris: absenti non nocet anguis.
Vel conuersari tibi si quandoque libebit
Cum populo, & stolidæ interdū te adiungere turbæ,
In primis studeas moderamina ponere linguæ,
Et caue quid dicas, sempérque libentiùs audi.
Rarò autem loquere: est mentis grauitate carentis
Indicium sermo nimius, peccátque frequenter
Multiloquus: verùm parcè, cautéque loquentes
Laudantur: decus est ingens prudentis in ore.
Præsentem, absentemue aliquem ne læde loquendo:
Hoc sis præcipuum monitum, sit regula prima:
Atque ea ne dicas quæ nil referre videntur:
Nec verba in cassum & nulla ratione profundas.
Nam te ridebunt homines, fatuúmque vocabunt.
Verùm siue rogas aliquem, seu fortè roganti
Responsurus eris, prius ipsam consule mentem,
Quàm vox exiliat: quæ postquam est edita, retro
Haud remeare potest. verbum semel ore soluto
Emissum

Emissum longè, nequit ad sua claustra reuerti.
Gratia magna etiam est, sapientum dicta referre,
Atque loquēdo aliquos vatum interponere versus:
Interdum exempla historijs inuenta probatis,
Talia namque solent sermoni inserta decere
Apprimè, modò sint non ab re. idcirco frequenter
Nunc hos, nunc illos opus est euoluere libros;
Atque vt apes, varios passim decerpere flores.
Iram pelle procul, tecumque superbia non sit;
Nam tales homines non possunt prorsus amari.
Verùm te mitem, blandúmque ostende; placebis
Omnibus hoc pacto. at si quis te læserit, ipsum
Ingenio studeas magè quàm superare furore.
Ingenio vires cedunt, prudentia victrix
Cuncta domat: rabidæ tigres, tumidique leones
Mansuescunt arte, arte rates vasta æquora tranant:
Arte gerit turrim barrhus, iuga taurus, & arte
Asper equus tolerare equitem, frænósque iubetur.
Viribus ingenium moderatur cuncta ministris.
Infirmi & timidi est nimirum, multa minari:
Verbaque fœmineæ vires sunt, facta virorum.
Dissimulat prudens, fortis tacet: ast vbi venit
Opportuna dies, facienda viriliter audet.
Ergo prius caueas nequis tibi iure molestus
Esse queat: quòd si iniustè lædêris ab vllo,
Ipsum quando potes tu contrà vlciscere iustè:
Sin tibi non licet hoc, inclusum corde dolorem
Dissimula, atque tace, ne deteriora subinde,
Damna feras: stultum est hostem irritare potentem,
Atque malum maius tumidis sibi quærere verbis.
Expectat tempus sapiens, iramque coërcet:
Sæpe etiam vtiliter cedit, placidisque furentem
Demulcet dictis, & dulcibus allicit hostem
Blanditijs, donec deceptum in retia mittat.
Callidus indomitum pullum sic vincit equiso,

Sic

Sic insueta boui sensim iuga ponit arator,
Sic trahitis Cybeles torui sarraca leones,
Sicque feræ tigres Bacchi paretis habenis.
Nimirum magna est prudentia, vincere blandè,
Atque animi ad tempus pressum celare dolorem.
Hoc aliud quoque seruandum est: quocunq; manebis
In cætu, laxes ne turpiter ora cachinnis:
Sed quum opus est, parco moderatoque vtere risu.
Nempe est imulidæ mentis, capitisque minuti
Indicium, ridere nimis. contrà esse seuerum
Semper, inhumani est animi; fuge cautus vtrumque,
Atque tene medium: medio sedet inclita virtus.
Non volo te scurram sed, si potes, esto facetus.
Iam videor dixisse satis, iam iussa peregi,
Propter quæ imperio matris descendimus ad te.
Nunc tempus remeare monet, locaq; infima mundi
Deserere, & superas volitando reuisere sedes:
Vnde ego tellurem soleo spectare frequenter,
Admirans adeò paruum minimamque videri,
Exiguique instar pomi pendere rotundam
Aëris in medio, fultam molimine nullo,
Atque suo tantùm libratum pondere. cerno
Inde etiam Oceanum totas circundare terras:
Pérque ipsas flexo, velut anguis, serpere cursu
Nerea cæruleum, modici sub imagine riui.
Inde Padus: Tanais, Ganges, Histérque videntur
Agrorum fossæ, quoties implentur ab imbri.
Quumque tua aspicio, quamuis ingentia, Nile,
Ostia, tam longè, septem reor esse canales.
Sæpe etiam video telis pugnare coruscis
Agmina, purpureóque vndantes sanguine campos:
Et stolidos reges, bona dum fugitura sequuntur,
Séque putant non posse mori, diuersa mouere
Prælia, & insontes populos opponere morti,
Traderéque inuitis spectacula tristia diuis.

Inde

Inde etiam mutare locum freta, flumina, fontes
Aspicio: fieri valles ex montibus altis,
Inque altos montes imas consurgere valles,
Temporis anfractu longo, & nemora alta secari
Vomeribus, cultísque prius sucrescere sylvas,
Oppida transferri huc illuc, & cuncta nouari.
Fœlix, cui talem speculam contingit habere,
Vnde Asiam mollem videat, Libiénque ferocem,
Europámque armis & fertilitate superbam:
Inque ipsis varias gentes, quos Carcinus vrit
Æthiopas, primóque Indos sub sole iacentes:
Getulos, Nomadásque agiles, Cilicásque rapaces,
Sauromatas, Parthósque arcu pugnare peritos,
Thuriferos Arabas, Thraces, validósque Arimaspas,
Hispanos, Italos, Gallos, rigidósque Britannos:
Tútque alios populos, quos suprà quum rediit sol,
Aut quum decessit, radijs illuminat infrà.
Nónne illuc velles conscendere posse, liceret
Hoc si mortali cuiquam, nisi membra grauarent
Te tua? sed nobis tantùm conceditur istud
Cœlicolis, quibus est concretum ex æthere puro,
Non elementorum primorum pondere corpus:
Vnde feras, donec tandem sit morte solutus
Spiritus: interea valeas, iam separor abs te.
Protinus his dictis, me respondere parantem
Deseruit: nec non ventis velocior ipsis,
Digrediens iterum cœlestia templa petiuit.

Liber Quintus.

LEO.

NOn ego diuitias Arabum, rubrive lapillos
Æquoris insignes cupio, nec quicquid Iberus
Amne

Amne Tagus rutilante vehit, populosque superbos
Sceptrigera dominare manu: non fata dedere
Talia, nec doleo nobis non fata dedisse.
Nam bonus atque malus, nullo discrimine diues
Esse potest, auroque potens, plerumque videmus
Expertes animi indignos diademate crines
Cingere, sarranóque amplè vestitier ostro.
Illa mihi vestem mundi concederet autor,
Quæ nec habere valent praui, neq; mentis egentes,
Quæ verum efficiunt hominem diuisq; propinquũ.
Iuppiter omnipotens, abs te sapientia quare
Aut nulli, aut adeò paucis donatur? vbique
Formosos reperire licet, robustus vbique
Nascitur, & diues: contrà rarissima tellus,
Qui sapiat quenquam, tam vasto gignit in orbe.
Num in eliis fortasse putas & dignius, esse
Stultorum regem ac dominum: nempe illa potestas
Nobilior, sub qua positi sunt nobiliores.
Dignius est certè castris aut vrbibus amplis,
Quam stabulis aut armentis, gregibúsue præesse.
Forsitan hoc facis, vt tibi sint mortalia ludo
Facta, & habes hominem pro scurra: nempe videtur
Vita hominum nil esse aliud quam fabula quædam.
Vtqúe mouet nobis imitatrix simia risum,
Sic nos cœlicolis, quoties ceruice superba
Ventosi gradimur, quoties titubante cerebro
Diuitias nimium, nimium affectamus honores,
Spiramusque acres piperosis naribus auras,
Grandia iactantes, & grandia multa minantes.
Qui mimus, quæ scena datur, quum sceptra tenẽtem
Aque coronatum bubonem, asinumque verendum
Aspiciunt alto in solio sublime sedentem,
Spernentémque alios omnes; sit cætera tanquam
Turba hominũ sine mẽte pecus: dominũq; volentem
Dici & adorari, & pedibus sibi basia figi?

Nec

Nec vides iosanus quid sit, quàm friuolus, & quàm
Turgenti bullæ similis, pappóque volanti.
Non ego sum talis, nec prorsus talia curo.
At vos æstherei ciues, quibus esse beatis
Contingit solis, quibus est æterna voluptas,
Humanas si fortè preces attenditis, & si
Non penitùs miseros homines auertitis, uto,
Egregiam purámque mihi concedite mentem,
A falso verum discernere quæ sciat aptè,
Quæ bona cognoscat vera & contraria veris:
Ne stultus fugienda sequar, fugiámue sequenda.
Nam si mortali cuiquam licet esse beato,
Arbitror hoc pacto fieri me posse beatum.
Sed fallor, mecúmque omnes qui talia credunt.
Nemo etenim fœlix est, aut fuit, aut erit vnquam:
Non si possideat totum dicissimus orbem,
Non si plus sapiat quàm quiuis natus in orbe.
Sed dubitat fortasse aliquis, nisi pagina præsens
Id firma ratione probet: quare aspice libri
Huius materiam, quicunque hoc discere quæris,
Qui melius poterunt, te carmina nostra docebunt.
Pandite Pierides vestro sacra ostia vati,
Et satiate auidum scatebris Parnassidos vndæ,
Secretos reserare aditus, ostendite verum:
Vos etenim nostis quicquid fuit, aut erit, aut est.
Principiò expediam, quis fœlix atque beatus
Debeat à nobis haud falso nomine dici:
Post hoc progrediar, quò me deducet Apollo.
Dico igitur, solus fœlix est iure vocandus
Is quicunque bonum summum iam possidet: at non
Omnes hoc norunt verè, cùm quilibet illud
Quod sibi plus placeat, melius putet: hordea mulus
Aut asinus, pluris quàm lauti obsonia rhombi,
Quàm leporis clunes, quàm turdos æstimat assos:
Sic & auarus opes, sic ambitiosus honores,

Sic venerem mollis super omnia laudat & optat.
Heu mihi quàm pauci possunt dignoscere verum!
Quàm densa errorum caligine nostra premuntur
Iudicia! id propter, quòd paucis integra mens est.
Quisque vt habet mores, ita iudicat, atque ita fatur.
Sed bona sunt quædam per se, quæ tempore nullo
Esse mala, & nullo quæ tempore lædere possunt.
Sunt etiam quædam non per se, quæ modò prosunt,
Nonnunquã officiunt: hæc sunt bona corporis, atq;
Externa: Vsus enim causa est, vt sint bona, vel non.
Vt si quis patriam natiuo robore seruet,
Esse bonum robur dicetur: sed noceat si
Indignis, ciuesque suos hoc robore perdat,
Esse maluim rursus robur censebitur ipsum.
Sic de diuitijs & honoribus, imperijsque,
Et cunctis alijs dico, quin talia propter
Sæpe perit, quinquam vtatur possessor honestè.
Sic obsunt sua mella apibus, sic inguina libro.
Hæc eadem fugiunt rapidi ceu fluminis vnda,
Nec stant certa diu, dubiòque errore vagantur.
Summa bona idcircò non sunt: nec quisquis abũdat
Talibus, esse potest verè, dicitur beatus.
Immo etiam si quis plenè vult vera fateri,
Non bona sunt, quæcunq; valent prodesse & obesse.
Nam sic esse bonum poteris censere venenum,
Cum sæpe ex ipso fiat medicina salubris:
Et nil esse malum toto inuenietur in orbe,
Cùm res nulla adeò sit praua & noxia, quæ non
Possit prodesse interdum, atque afferre salutem.
Illa autem bona quæ sunt per se & semper, habentẽ
Fœlicem efficiunt: sed quæ sint talia, non est
Omnibus explicitum, quare hic quærenda sagaci
Sedulitate mihi sunt, aspirante Minerua.
Atqui aliquis dicet, non res hæc ardua scitu est:
Nam cum fortunæ non sint & corporis, ergo

Sunt animi bona, quæ nos reddunt sola beatos.
Dictum hoc est aliquid, sed nondum missa sagitta
Perfectè potuit signum tetigisse petitum.
Vnde prius quædam communia discere oportet,
Quæ monstrent iter, obscura vt sunt alia nocte.
Omne quod est, opus est aut est operatio quædam,
Aut operans: sed opus quendam finem esse fatemur,
Principium est operans, mediũ est operatio: quod sit
Horum nobilius, meliúsque requirere refert.
Omne mouens moto, quantum sunt talia, semper
Dignius est: patet hoc, mouet autem finis agentem.
Nam quis agit, nisi finem animo conceperit antè?
Ergo est nobilior: nec non operatio fine
Vilior, hac eadem poterit ratione probari.
Proinde bonũ summũ finẽ quendã esse putandũ est.
Optimus est autem non omnis finis: at ille
Duntaxat, quisquis cunctorum est vltimus, ad quem
Omnes procedunt alij recto ordine fines,
Omnia ceu currunt in vastum flumina pontum.
Quippe ad perfectum imperfectum tendere par est,
Et fieri propter melius quod deterius sit:
Non aliter bonus ac rectus seruabitur ordo.
Ergo id quod rerum cunctarum est vltima finis, (est.
Eximium esse bonũ & summum primumq; necesse
Præterea rerum quas ingens continet orbis,
Absque anima quædam sunt, & viuentia quædam.
Ast ea quæ viuunt, alijs sunt nobiliora.
Viuere proinde opus est, quicquid laus prima bono-
Illorũ quoq; quæ viuunt, quædã ratione (rum est.
Prorsus egent, ijsdemque vti sermone negatum est.
Ast alijs sermone vti ac ratione tributum est.
Nobiliora ideo sunt hæc, sunt & meliora.
Ergo bonum summum perfecto more loquendo,
Perfectæ rationis erit. compluribus autem
Ex his quæ possunt vti ratione, loquíque

Plena voluptatis vita est, sed plena laboris
Est alijs etiam complurabus, ac meliora
Sunt quæcunque hilari vita dulciqúe fruuntur.
Ergo boni summi lætissima vita putanda est.
Illorum verò quæ vivunt dulciter, annos
Post paucos pereunt quædam, sed longa quibusdam
Fila trahunt Parcæ: quibus est dimmaroior ætas,
Pluris erunt: quare longissima sæcula viuit
Illud quodcunque est cunctorum summa bonorum.
Hoc autem vocitare Deum, vocitare Tonantem,
Atque Iouem mortale genus solet. Ille tremendo
Cum strepitu vibrat fractis de nubibus ignem:
Ille ciet nigros imbres, & fortia mittit
Flamina, quæ vastis cum fluctibus Amphitriten
Funditùs euersam clamosa ad littora pellant,
Ac terram quatiant imis inclusa cauernis,
Vnde arces quandoque ruunt, atque oppida tota.
Sed fortasse aliquis dubitat, si Iupiter iste
(Quem summũ esse bonũ iam dixi) est finis: eundẽ
Quoddam opus esse patet, veluti diuisimus antè:
Nec non principiũ, mediumq; habuisse fatendũ est.
Id verò nemo sapiens existimat: imò
Semper erit, semperque fuit, nec terminus illi
Esse potest: hic cuncta facit, nec factus ab vllo est:
Nil fuit ante ipsum, post ipsum prorsus erit nil.
At nos huic dubio sic respondemus: agentem
Primum, cunctarum rerum, totius & orbis,
Dicimus esse Deum: finemqúe putamus eundem
Cunctarum pariter rerum, totius & orbis:
Non tamen idcirco esse opus ipsum credere fas est,
Quandoquidem non est opus omnis finis, agensqúe
Non hoc præcipuè quærit; sed cogitat vltra.
Quidam aliud melius: veluti qui fabricat arcam,
Non hanc præcipuè vt faciat fabricando laborat:
Ast vt eam vendat, vel quicquam seruet in ipsa.

Quanto

Quanto est posterior, tanto est præstantior omnis
Finis, & ad melius quæ sunt peiora feruntur.
Sic Deus est finis postremus & vltimus, in quem
Omnia contendunt, propter quē mundus & omnis
Res mundi est: siquidem propter se ipsa omnia fecit,
Non propter nos, vt soliti sunt dicere quidam,
Clamando in templis, doctores stultitiarum,
Et deceptores vulgi, errorúmque magistri,
Insanos homines ex stultis efficientes.
Nam quæ nobilitas, aut quæ sapientia nostra est,
Quæ nostra est probitas, propter quā cōdere mundum
Debuerit tantus Princeps? nos vndiq; pleni
Criminibus, stultíque sumus: vix vnus in orbe est,
Quem vel auaritiæ pestis, vel fœda libido
Non premat, aut quem non ventosa superbia vexet;
Quem non præcipitem trahat ira, aut cæca voluptas.
Ergo quibus meritis nostris motum esse putamus
Tam magnum artificē, vt pro nobis cuncta creauit,
Frugiferas terras, fluidum mare, stelliferúmque
Æthera? sed forsan dices, nos ipse benignus
Diligit Immeritos: stultum est hoc credere. nam quis
Diligit immeritos, nisi demens? præterea, quæ
Sunt tam dissimilis naturæ, quomodo possunt
Sese diligere? est etenim Deus omnia vincens
Sæcula, cui nullus finis, nulla extat origo;
Cunctarum tamen est rerum finisque & origo,
Optimus, omnipotens, immensus, quo melius nil,
Et quo nil maius, nil excellentius vsquam
Esse potest: qui re nulla indiget, & tamen ipso
Omnia egent: qui cuncta videt, nec cernitur vlli:
Omne bonum in sese retinens, expérsq; malorum.
Contrà nos miseri fœdo de semine nati
Ad planctum & lachrymas, ad mille pericula, sēper
Aut his aut illis morbis affligimur, æuum
Degentes breue & incertum, plenúmque laboris.

Heu quibus errorum tenebris versamur: & omnes
Quàm sumus exiguæ mentis, quàm sæpe malignis
Casibus impliciti, nunc hæc nunc illa dolemus,
Innumeris tantùm vitijs & fraude potentes!
Qui postquam passi sumus mala plurima, tandem
Angustam & miseram & sceleratam linquere vitam
Cogimur, & putri deponere membra sepulchro,
Mox carne absumpta fieri sine nomine pulvis.
Ergo inter nos atque Deum distantia maior,
Quàm si collatus fuerit pulex elephanto.
Quis tam distantes nodus coniunget amoris?
Nunquid amare potest elephas cum pulice iungi?
Nempe inter similes amor & concordia: contrà
Inter dissimiles odium & discordia regnant,
Vel saltem nec magna fides, nec gratia magna est.
Hinc aliqui, quos esse iubet lex nostra prophanos,
Hæreticósque vocant collegia tecta cucullis,
Nos esse insanos aiunt crassique cerebri,
Speramus quoniam cœlum & consortia diuûm,
Æternúmque ænum fœlici ducere cursu,
Innumerásque alias nugas, quas stultus hebésque
Promittit nobis animus, & garrula lingua:
Quæ facit vt cedant animalia cætera nobis.
Nam si sermo homini non esset munere diuûm
Concessus, geminæque manus, quibus omnia fiunt,
Nullum animal foret in terris miserum magis, atque
Infelix homine, his nostra est natura duobus
Nobilior, meliorque: hinc tota superbia nostra est:
Hinc ætei venium tam præsens voce ponetur,
Quid faciat cauta ætate absenti scripta loquuntur.
Pandere si possent animalia cætera fando,
Vt nos, arcano clausos in pectore motus,
Mutuaque inter se dictare & reddere verba,
Ac varios aptos digitis conscribere libros,
Interdum nobis sapientior esset asellus,

Plúsque aliæ interdum pecudes rationis haberent,
Progeniémque suam auderent præponere cunctis:
Diceret & nobis asinus, se nobiliorem.
Lingua manúsque igitur faciunt succumbere nobis
Omnia, non ratio: hæc aiunt illi. insuper addunt,
Si truncis manibus, mutíque parentibus orti,
In silvis homines degant, agrisque remoti,
Sintque ipsi pariter manibus linguáque carentes,
Vt pecudes aliæ; humanum quid quæso valebit
Ingenium? quæ nam ratio apparebit in illis?
Nónne aliæ vt pecudes inculto corpore viuent?
Quid sapient melius quàm cætera turba ferarum?
Spiritus in cunctis animalibus vnus & idem est:
Dissimilis tamen ac varius proinde esse videtur,
Corpora quòd non sunt cunctis animalibus æqua,
Et variis membris varia est concessa facultas.
Sic plures fabri licet inueniantur eadem
Prorsus in arte pares, atque æquo examine docti,
Si ferramentis careat pars altera, multùm
Dissimiles, multùm inter se differre videntur.
Nil etenim poterunt agere hi quibus omnia desunt
Quæ faciunt ad opus: nec secum saxa ferásque
Oeagrius vates ducet, si barbitos absit:
Nec Paris armatus Pelidæ cedet inermi.
Talibus ergo illi nos tarpiter argumentis
Sollicitant: verùm hæc aliàs fortasse requiram,
Quũ de anima humana fuerit quandoq; loquendũ.
Quippe hanc diuinam immortalémque esse docebo:
Quæ duo de brutis non est concedere tutum.
Nunc ad iter primum redeo: Deus ipse supremũ est,
Eximiúmque bonum propriè, veréque vocandus:
Quem qui habet, is debet fœlix dici atque beatus.
Sed quis habere potest ipsum? nã quicquid habetur
Vilius est illo quod habet, possessáque res est
Possessore suo semper minor, ocyus omnem

Oceanum parua poteris concludere concha
(O mortale lutum, ventisque obiecta lucerna)
Quàm tantum Dominum pacto complectier vllo.
Omnia solus habet Deus ipse, & solus habet se;
Ipse igitur solus fœlix, solúsque beatus.
Quoddã aliud tamen est summũ bonum, & illud ha-
Omne potest animal, sed nõ est omnibus vnũ: (bere
Nam diuersa ipsis multùm natura tributa est.
Conuenit hoc illis, alijs aliud magis. ergo
Esse potest fœlix genus vnumquodque animatum:
Si non simpliciter, perfectéque, vt Deus ipse,
Ast aliquo saltem pacto, paucisque diebus,
Dum possit quod conueniat sibi maximè, habere
Semper: & aduersi nihil vnquam perpetiatur.
Sed missis alijs, de homine est nunc dicere tempus:
Qui tunc est fœlix quum possidet omnia quæ sunt
Naturæ ipsius bona conuenientia, quumque
Nil damni tota in vita, nil sentit acerbi.
Hoc etenim esse bonum summũ, concedere fas est,
Quod bona cuncta in se complectitur, & mala pellit
Omnia, cui nil triste datur, nil dulce negatur.
Nam virtus sola, aut fœlicem sola voluptas,
Non facit, vt quidam scribunt de gente Pelasga:
Quandoquidẽ bona multa simul meliora putantur,
Quàm pauca, vt grano frumenti magnus aceruus.
Non vnum, licet eximium, primumque, beatos
Reddit: at omne bonũ simul omni ex parte rotun-
Sic etiam solus Princeps non efficit vrbem, (dum:
Sic etiam non est solo pollice dextra.
Cùm nobis igitur duo sint, corpúsque animúsque,
Qui verè est fœlix, parte est perfectus vtraque.
Est agilis, pulcher, robustus, fanus, & idem
Est sapiens, fortis, prudens, doctúsque, bonúsque,
Perfectósque tenet sensus, perfectáque mentis
Munera, pauperiem nescit casúsque malignos:

Etsi

Et si non implet longæuæ tempora vitæ:
Non est dicendus fœlix, licet omnia sunt huic
Commoda. nàmq, bonum paruo quòd tẽpore durat
Est propè nil, veluti quidam dixere priores:
Ver non vna dies, non vna reducit hirundo:
At postquàm vitæ iam meta nouissima venit,
Mors huic contingit facilis, minimóque dolore
Soluitur, & stygias lætus descendit ad vndas,
Nec viuendo illi aut moriendo gloria desit.
Sed nunquid cuncta hæc habet ex mortalibus vllus?
Credo equidem nullum talem reperitier vsquam,
Aut perquam rarum, cui nil optabile desit,
Cui nil triste vnquam toto contingat in æuo,
Qui fœlix viuat, fœlici morte recedat.
Hic phœnix ille est, quem fingere Græculus audet,
Græculus insani capitis, qui posse putauit
Ex vno speciem fieri, putrémque fauillam
Gignere auem, cuiquam non vllo tempore visam.
Sed modò mira canat, nil curat dicere verum
Gens hæc, & tota est monstris ac dedita nugis:
Qua duce nostri etiam deliraueré Latini.
Est igitur fœlix, vt Phœnix rarus: at omnes
Heu sumus haud dubiè miseri: tamẽ hic magis illo:
Quandoquidẽ non est cunctis status vnus & æqua
Conditio. quicunque tenet bona plura, minúsque
Aduersi patitur, fœlix censetur: at ille
Plurima quem versant incómoda, cui bona pauca
Contingunt, miseri nomen sibi vendicat aptè.
Quare cùm nemo sit fœlix, dicere oportet,
Quomodo possimus saltem miseri minus esse
In tertis, quæ sit viuendi forma modúsque
Nobilior meliórque, & vitæ blandior vsus:
Si non fœlices, saltem minus infœlices
Quo fieri pacto liceat nobis igitur quod
Fermè omnes credunt, verum non arbitror esse,

Pon-

Pontifices summos, & mundi sceptra tenentes,
Viuere quàm reliqui mortales dulcius æuum.
Namque in diuitijs, veluti in cunctis quoque rebus,
Extremum quodcunq; malũ est, mediumq; salubre;
Omne nocet nimiũ: propter quod quisq; habet plus
Quàm satis est, nõ est melior quã quisquis eget plus
Quàm satis est, paribúsque malis vexatur vterque:
Vt pinguis crassúsque nimis, qui sesquipedali
Ventre tumet, non est leuior, citiusue mouetur,
Quàm cui sicca cutis miseris tantũm ossibus hæret,
Huic desunt macie atque exhausto corpore vires,
Ille autem nimio fit carnis pondere tardus.
Vtque ingens pelagus surgit maioribus vndis,
Excelsósque æquat montes, dum tartara Ditis
Ima aperit fluctus inter, tamen atra silenti
Gurgite sæuit hiems, tacitéque profundius æquor
Sed magis à dira ventorum peste mouetur:
Contrà cum strepitu magno, multóque fragore
Paruus arenoso versatur littore Nereus.
Sic qui summa tenent rerum fastigia reges,
Sollicitudinibus maioribus atque tumultu
Iactantur grauiore quidem: sed vulnera vulgo
Tanta latent, tacitique gemunt, celántque dolorem.
Adde aliud quoque, quod cruciat comes improbus
Assiduè, metus atq; timor: suspectaq; eisdẽ (ipsos
Omnia sunt. hinc insidias, hinc dira venena
Concipiunt, soli nec possunt ire, nec audent,
Nec sine fas illis prægustatore comesse.
O bona libertas, pretio pretiosior omni!
O summũ primumq; decus? qua prorsus adempta,
Nil gratum, nil dulce viris, & viuere mors est.
Ast pauper nocte atque die securus vbique,
Et quò fert animus graditur, siue ire per vrbem,
Et varios lustrare locos, & cernere ludos,
Aut monumenta cupit: siue extra mœnia manuli,

Per

Per cultos hortos, per florida prata vagari,
Aut desiderio ruris torquetur amœni;
Nil prohibet, solus vadit, non indiget vllo
Seruorum strepitu, & comitantum nube clientum
Et quoties stimulis agitur famis & sitis, ore
Haud dubio, tutúsque dapes ac procula sumit.
Vilibus exiguísque cibis vescuntur in altis
Liberæ aues melius siluis: & dulciùs escam
Quæsitam in campis, multóque labore paratam
Accipiunt, quàm si canea teneantur eburnea,
Aut in gemmato atque aurato carcere clausæ
Pinguescant epulis regalibus, vberibúsque.
Sæpe igitur miser atque infœlix est etiam rex,
Nec quenquam, mihi crede, facit diadema beatum.
Sed stulti exterius dulce admirantur: at illud
Quod latet interius non contemplantur amari.
Illum autem vitam meliori ducere cursu
Arbitror, est cuicunque magis fortuna modesta,
Cui non est census nimius, nec sordidus, & cui (est
Non cõducta domus, sed honesta habitatur. agerq;
Quantus sufficiat domino bene, cultus abundè
Qui det hero segetes & vinum sufficienter,
Fertilis, atque alias fruges producat inemptas.
Fœnerat ò quantum tellus bene culta! colonus
Sedulus ac prudens, non multis rebus egebit.
Plurima seu scrobibus longa ordine figitur arbos
Diuersi generis, minimo quæ maxima sumptu
Emolumenta ferat: varium seu fortè legumen
Mandatum sulcis, cumulo maiore refertur:
Seu magis hostorum delectat cura, labórque,
Ex quorum reditu conuiuia lauta parantur,
Nec regum mensis cedentia luxuriosis:
Ni seruire gulæ quis mauult quàm rationi.
Ergo est optandus potiùs census mediocris,
Quem vel sors tribuat, vel testamenta, vel vxor,

Aut

Aut artis labor assiduæ: aut industria mentis
Sollicitæ, mercando aliquid quod tempore possit
Vendi alio, aut alibi plurimo vel multiplicando
Per subolē pecus, & gregibus stabula atq; armentis
Implendo, aut Paphijs sublimia tecta columbis,
Melliferisue apibus præsepia multa parando,
Aut statuendo oleis nigris brumale trapetum,
Aut etiam Cereri saxa opportuna terendæ.
His alijsque modis multis, solertia lucrum
Illis ostendit, qui non torpere veterno
Sunt soliti, quos dulce malum, blandúmq; venenum
Desidia, atque animi languor non reddit inertes.
Præcipuè tamen hoc fortunæ munus opúsque est.
Hæc etenim quos vult, facilè euehit, ac locupletat.
Hæc domina est rerum, & donatrix diuitiarum.
Insuper optandum, nulli seruire: deces nil
Libertate magis generosum pectus. at ille
Natura est seruus, natura ignobilis, imò
Infelix prorsus, incessus miser, alterius qui
Esse potest, vltróque aliena facessere iussa.
Et quicunque aliqua lucri spe ductus, iniquum
Fert placida cernice iugum, non iugera tanti
Plurima sunt, non omne aurum, non quicquid arenis
Indus erythræis cupidus legit: vt patienter
Vel stomacho alterius comedas, capiasque quietem
Ad sonum alterius, dominóque iubente feraris.
Nunc huc, nunc illuc, velut ipsa, missus ab illo.
Interdúmque hominis te longè deterioris,
Indocti, insani, viuosi, luxuriosi,
Imperio parere velis turpissima res est.
Nimirum, possis cùm liber viuere paruo,
Quærere seruitio maioris præmia census:
Ac libertatem, sine qua laudabile nil est,
Vendere, & imperium domini tolerare superbi.
Degeneres animi, procerum quid quæritis aulas,

Dede-

Dedecus vt vobis, illis tributis honorem?
Væ vobis, qui ceu pecudes pastoris egetis,
Tam viles, vt non valeatis viuere per vos.
Qui seruus quocunque modo est nulla esse bestia
Parte potest: asini est, clitellam ferre libenter.
Ingenuis igitur quicunque parentibus ortus,
Nobilibusue magis, quantum sibi sufficit aptè,
Possidet, iniuste queritur de numine diuûm.
Sed forsan multi dubitant an celibe vita
Coniugium melius: namque vxor sæpe superba est,
Litigiosa, ferox, demens, & adultera sæpe.
Adde quòd & grauis est natorum sollicitudo:
Nunc morbo ancipiti languent, nunc lumina vxor
Intempestiuo sublati funere linquunt:
Filia iam grandis poscit cum dote maritum:
Vel mœcha est, maculátq; domum: vel filius est fur,
Scortator, vacui capitis, rixosus & effrons.
Ille etiam penitus liber non esse videtur
Cuicunque est vxor: mores mutare necesse est,
Et iuuenilem animum compescere, linquere lites,
Stare domi, non ire procul, longinqua videre
Oppida, nec tota per vicos nocte vagari,
Has illas pulsando fores, & scorta petendo.
Ast opus est grauius tunc viuere, sollicitéque
Rem curare, minor ne fiat sed magè crescat:
Ne premat extremam pauperies dura senectam.
Hæc quamuis ita sint, melius tamen arbitror esse
Quærere legitimas tædas, sanctósque hymenæos,
Naturámque sequi, quæ nobis prouida monstrat,
Exemplo volucrum, pecudum, pariterque ferarum,
Quòd mas ad prolé iungi cum fœmina habendam,
Atque manere simul debet, sobolémque creatam
Enutrire simul iusto placidóque labore,
Ne genus intereat, sed cuncta in sæcula duret.
Quandoquidé ad Venerē compellimur exercendam

Non

Non modò nos, verùm omne animal, terræque ma-
Naturæ imperio: facias peiora necesse est, (risque,
Si non fœminei sorberis ab ore barathri.
Præterea tandem sterilis morieris, & hæres
Parta labore tuo, & sudore alienus habebit:
Cúmque senex fueris, aut morbo oppressus iniquo,
Quis tibi succurret? vel quis tua damna leuabit?
Nunquid cognatus, vel frater? nunquid amicus?
Hi te sandapila mallent efferre repostum,
Résque tuas auidi expectant sibi morte referri:
Te captant viuum, vt possint spoliare sepultum:
Nummos quisque tuos, non te reueretur, amátque.
O scelus, ô rabies, & habendi infanda cupido!
O miseranda lues totum diffusa per orbem!
Vtile nunc omnes spreta virtute sequuntur.
Quis iustum curat? quis non contemnit honestum,
Sit modo spes lucri? dominatur legibus auum,
Auri maiores vires quàm sanguinis, auro
Venalis pudor atq; fides, cultúsque deorum est.
Ast vxor patrem, ac matrem, propriósque penates
Deserit, vt maneat tecum noctésque diésque,
Et pariat fœcunda tuo de semine prolem,
Constituúntq; nouam tecum gentémque domúmq;,
Sítque tibi auxilio, & simul obsequiosa laboret:
Ambobus commune bonũ est, commune periclum;
Alterutri quicquid damno est, vtrique nocebit:
Alterutro quicquid lucro est, vtrique placebit.
Si te debilitat morbus vel grandior ætas,
Fatur, & hortatur, solatur & auxiliatur,
Subuenit, assistit, vigilat, vigilando, ministrat:
Hoc etiam faciunt nati, charúmque parentem
Qui possunt ratione fouent: communis enim sunt
Amborum commixta caro, communis imago,
Quumque dies venit, postquam tibi nulla dies est,
Non totus moreris, viuusque videris in illis.

Sed

Sed malunt quidam incertos de pellice natos
Sumere, propterea que vxorem ducere nolunt:
Hos ego non laudo, nec sanæ iudico mentis.
Namque vxor te dote iuuat, nil dat tibi pellex:
Vxoris sunt affines, sunt pellicis hostes:
Illam tutus habes, & honestè, hanc turpiter atque
Sollicitè: fida est illa, hæc infida timénsque
Dissidium, rapit occultè, sibi congregat, vnde
Si fuerat dimissa, queat pòst viuere. demum
Si tibi sit pellex, tibi erit non tuta supellex.
Quid quòd legitimos certósque ex coniuge natos,
Infames dubiósque nothos de pellice gignis?
Ergo vxor ducenda, prius tamen aspice quæ sit.
Præcipuè matris mores aduerte, patrisque:
Nam similes fiunt nati plerumque parentum:
Qualis quæque arbos, tales solet edere fructus.
Consule vicinas clàm, vel tibi siqua fidelis
Est mulier, mitte vt videat, sed dissimulanter,
An sit formosa, an vitiato corpore & ægro,
An sit iners, nec nere sciat, nec texere telam,
Nec suere. hæc etenim mulier, quæcunque pudica
Exercet, ne ignaua domi, neu languida cesset.
Otium enim fomes vitiorum est, otia mentem
Ad mala multa trahunt, otî comes ipsa libido est:
Otia fœlices euertunt funditus vrbes.
Quod nisi lanarum studio Lucretia quondam
Dedita, si telæ non Penelopea fuisset,
Sed pigræ medijs sedissent ædibus ambæ,
Huic de mille procis placuisset forsitan vnus,
Illi non tantum laudis mors casta dedisset.
At melius si fortè potes, tute ista videbis.
Namq; alijs non certa fides: fermè omnibus est mos
Fallere: mentiri potius quàm dicere verum,
Cuique placet: raros poteris reperire fideles.
Si non vis falli, si vis tibi crescere cuncta

In

In melius, strabis res ipse agnoscere præsens,
Et curare tuas, quáque nupiger omnia cerne.
Ergo iterum atque iterum videas (si forte licebit)
Quæ sit, quam tibi vis vinclo sociare iugali,
Ne frustra doleas, ne facti pœniteat te.
Si tamen (vt fieri contingit) coniuge praua
Mœres, deceptus fato, & Iunone sinistra:
Hanc blandè priùs admonitas, placidisque frequen-
Castiges verbis, interdum munere placa (ter
Iratam, illecebrisque domi: nunc brachia collo
Injice: nunc etiam inuitæ blando oscula fige.
Quóque potes conare modo sedare furorem
Dulcitur: hoc si non prodest, tunc vere amaro.
Succense, inclama, & vultu conuitia torno
Adde, minisque simul terre quòd si minus ista
Sufficiunt, nec verba timet, tu verbera misce,
Tergáque tunc duro resonent pulsata bacillo.
Si tibi suspecta est vxor, dubiisque pudoris,
Non habeas pulchros famulos, pulchrósve sodales,
Cum quibus illa domi versetur, decipieris
Si quemquam fidum credes: est nemo fidelis
In venere: illa dolis incautos fallere gaudet.
Fraude parator amor, Veneri gratissima fraus est,
Sed tua præcipuè non intret limina quisquam
Frater, vel monachus, vel quauis lege sacerdos;
Hos fuge: pestis enim nulla hac immanior hi sunt
Fex hominum, fons stultitiæ, sentina malorum,
Agnorum sub pelle lupi, mercede colentes,
Non pietate Deum; falsa sub imagine recti
Decipiunt stolidos, ac religionis in vmbra
Mille actus veteris, & mille piacula condunt:
Raptores, mœchi, puerorum corruptores,
Luxuriæ atque gulæ famulis cœlestia vendunt.
Heu quas non iugas, quæ non miracula singunt,
Vt vulgus fallant, optatáque præmia carpant?

Inde

Inde ſuperſtitio, & ludibria plurima manant:
Quæ dij, ſi ſapiunt, rident, renuúntque videre.
Non pretio, ſed amore, Deum vir iuſtus adorat.
Deme autem lucrum, ſuperos & ſacra negabunt.
Ergò ſibi, non cœlicolis, hæc turba miniſtrat:
Vtilitas facit eſſe deos: quã nempe remota,
Templa ruent, nec erunt aræ, nec Iuppitet vllus.
Hos impoſtores igitur, vulpéſque doloſas,
Pelle procul; quantúmq; licet tua iamna vitet.
Pelle procul, ne te probitas ſimulata maritum
Caprarum efficiat. nec ſi tibi comparet vllus
Contingit, nimium confidas: namque ſub iſto
Nomine peccandi procliuior eſt via multis.
Hoc etiam ſerua, ne ſæpius egrediatur
Sola domum, neu tecta adeat vicina: frequenter
Vicina latitare domo conſueuit adulter.
Illi da comites caſtas, vitæque probatæ:
Infames venulas, & lenas cautus auaras
Secum ſtare veta, longéque arcebis ab illa.
Nec tu aliam Venerem atque aliena cubilia quæras,
Nec te concubitus delectet pellicis. eſt nil
Quo doleat magis, ac vehementiùs excrucietur,
Quod magis vlciſci cupiat, quàm fœdera lecti
Inſtabili temerata fide: tunc ardet & odit;
Fallere tunc vellet ſimili ratione maritum:
Siquepoteſt fallit. bilis tunc maxima feruet,
Tunc furit, vt Thyas nimio ſtimulata Lyæo.
Crede mihi, rara eſt quæ non ſit adultera, quando
Legitimo fraudata thoro ſua gaudia perdit:
Saltem animo, ſi non conceſſum eſt corpore, peccat.
Labitur in vitium vitio irritata voluntas.
Si deprenſa tamen fuerit, tunc legibus vti
Ne pudeat, legum tibi ſit reuerentia ſemper
Præcipua: eſt etenim noſtræ lex regula vitæ.
Ne temerè iratus maiorem crimine pœnam
Infligas, lædáſque Deum, vulgíque ſequaris

Ingenium & mores: qui non ratione mouetur,
Sed veluti pecudes furijs atque impete fertur.
Nec ducta vxore idcirco non liber haberis,
Quod tibi non licet esse malo, neq; nocte vagari,
Nec multis alijs rationibus insanire.
Non hæc libertas, sed prauæ licentia dici
Debet: qui sic est liber, seruire videtur.
Talis libertas non est cupienda, frequenter
In mala præcipitem quàm plurima mittit habentẽ.
Est melius, non posse malum committere, quàm si
Vndique peccandi pateat via: quot perierunt
Ob talem libertatem? quot sæpe fuerunt
Incolumes, quoniam frænos habuere tenaces?
Si verò nati morbo vexantur ab vllo,
Quid facias? cur te crucies? succurre medelis.
Quæ si nil prosunt, & mors tibi surripit illos,
Æquo animo sufferre velis: non solus in isto
Gurgite iactaris, comitum tibi maxima turba est.
Quæ mala cum multis patimur, leuiora videntur.
Nascimur hac omnes lege vt moriamur: ab ortu
Exitus ipse fluit: cunctis mensura dierum
Certa datur, stygias citiùs vel serius vndas est,
Quisque petet. quinquã mors vltima meta malorum
Nec forti metuenda viro quid munere vitæ
Defunctos tantis opus est deflere querelis?
Est ne adeò miserum moriendo relinquere mundi
Stultitiam, & sese innumeris auferre periclis:
Prõque tot ærumnis, tranquillam acquirere pacẽ?
Aut mors est æterna quies, aut ianua vitæ:
Esto etenim doleas quantumuis, tempore tandem
Cessabunt lachrymæ & gemitus. quẽcũque dolorem
Finit longa dies, dissoluunt tempora curas.
Si tibi lasciui, aut alia ratione pudendi
Contingunt nati, tu tu culpandus, & huius
Causa mali es, demens pater, & quatiende flagellis.

Qui

Qui pueros neglexisti, nec moribus, ætas
Dum mollis poterat flecti, faciliq; labore
Instrui, nondum vitiorum astricta catenis,
Curasti imbuere, & virtutibus exornare:
Neglectis animis, aluisti corpora tantùm,
Vt pecudes facimt. hinc est vrtica, silixque,
Et caprificus iners, quibus vrbs nunc omnis abûdat.
Quisque illos mores, quos primis hausit ab annis,
Cùm senuit, retinere solet: peccabit adultus,
Si puer hoc fecit. tenera est dum virga recensque,
Flectitur huc illuc, vt vis: quæ pòst vbi creuit
Iam robusta arbor, flectenti cedere nescit,
Et quem parua locum tenuit, non deserit vltrà.
Sic puer ad vitæ partem est quamcunque paratus
Dum tener est animus: qui postquam duruit æuo,
Quam priùs ire viam assueuit, mutare recusat.
Nimirum quicquid primis inoleuit ab annis,
Non facilè aufertur. naturam parturit vsus,
Ipsaque non multo est natura potentior vsu.
Optandum tamen vt tribuant bona semina diui
Inclusis vtero: nam qualis quilibet illic
Concipitur, talis vincndo est: qui malus inde
Exierit, rarò poterit iustúsque bonúsque
Esse, licet doceat sanctos Academia mores,
Et licet hinc atque hinc habeantur mille magistri.
Naturam frænare potes, sed vincere nunquam.
Cultura est etenim natura potentior omni.
Nonnihil ipsa tamen longo mollitur ab vsu.
Sic cultu assiduo steriles compescimus agros,
Sicque feri discunt homini parere leones.
Omnis ad assiduo nimirum ars nascitur vsu.
Ergo dum mollis, dúmque est tractabilis ætas,
Instrue filiolos virtutibus, & doce honestas
Maturare vias, nec eos permitte vagari
Huc illuc, quocunque volunt. res perniciosa est

Libertas pueris : tu si sapis, admoue frænos,
Et cohibe: namque in vitium mortalia quæque
Naturæ instinctu, nisi sint adiuta labore,
Sponte ruunt : nil perfectum natura sine arte
Ferre solet. quoniam non vult Deus ipse veterno
Nos torpere graui, sed curis atque labore
Excitat, & segnes tanquam calcaribus vrget.
Est locus ætherei prærupto in vertice montis,
Delicijs plenus, quo non fœlicior alter
Creditur esse vsquam, cui cedunt Thessala Tempe,
Elisijque lares, & fortunata vireta :
Hic habitat vicina polo, conterminaque astris,
Immmeríisque bonis fruitur sanctissima virtus :
Sed salebrosa via est, angusta, atque ardua, densis
Sentibus hinc atque hinc horrens, quò tendere viles
Ignauique animi & terrena fæce grauati
Haud possunt, sursumque vehit mens ignea paucos,
Quos Deus ad cœli sedes elegit habendas.
Difficiles aditus virtus habet : at vitiorum
Prona via est, illuc vltro descendimus omnes.
Quocirca quicunque bonam, nullaque pigendam
Parte cupit prolem, instituendo laboret.
Non etenim fieri egregiũ ac memorabile quicquam
Absque labore potest. vis est immensa laboris
Assidui, longúsque labor dura omnia vincit.
Curandum in primis, vobis dico patribus, ne
Filioli vestri cum prauis conuersentur.
Consuetudo potest quoscunque inducere mores:
Corrumpunt etiam sanctos commercia praua.
Vitent præcipuè iuuenes : nam prona iuuentus
In quodcunque malũ est, semperq; obscœna loqũ-
Inter se iuuenes, & semper turpia versant. (tur
Luxuriæ tota est hæc ætas dedita : quare
Ne iuuenum celebrent cœtus, omnino caueto
Tu cuicunque bonam mens est educere prolem.

Corripe

Corripe nunc verbis duris, nunc vtere virga,
Si sit opus, monstraque viam, qua incedere oportet:
Nec faueas illis, patriamque iratus amorem
Dissimula semper. nil pernicioſius est quàm
Blanditi pueris: animos ad crimina ſumunt.
Tunc nil non audent quum tu quæcunq; loquuntur
Vera putas, aſinuſque bipes oracula credis,
Ac nimis indulges, veſano captus amore.
Damnoſus fauor est pueris, ſoloque timore,
Non ratione ſcelus fugiunt: peccantque libenter
Ac promptè, ſi non duris cohibentur habenis:
Vt ſæpè in vitium nullo impellente labaſcunt,
Sic rarò à vitijs nullo reuocante recedunt:
Quales quiſque ſibi natos eduxit, habebit.
Vltra hæc nitendum, vt viuamus corpore ſano:
Quippe valetudo est cenſu præſtantior omni.
Robuſtus foſſor rege est fœlicior ægro.
Scire igitur cauſas debes prius, vnde fluant tot
Agmina morborum, humanum vexantia corpus.
Perceptis etenim cauſis, vitare malignos
Effectus poteris meliùs: cauſiſque remotis
Effectus pereunt, quicunque ſequuntur ab illis.
Ergo morborum quorundam cauſa & origo
Natura est, quoties ſub iniquo ſidere quiſquam
Naſcitur, atque in ſe cœli tormenta recepit:
Vel quum corrupto de ſemine gignitur, ipſi
Sunt cauſa ægrorum natorum ſæpe parentes,
Quum malè diſpoſiti coeunt, nec ſanguine puro.
Sunt aliæ plures cauſæ, requieſque, laborque,
Et calor, & frigus, ſomnus, cibus, ac Venus: horum
Singula debilitant vires, atque artubus obſunt,
Vtimur his quoties nimium, nimiúmue caremus.
Vtrumque extremum damno est, vſus mediocris
Non nocet: immò etiam prodeſt, vitamque tuetur.
Immodici affectus animi quoque gignere morbos

Consuêrunt, nimiusque timor, mœrorque, doloriq;
Lætitia interdum nimia officit, interimitque:
Si sit habenda fides scripturis historicorum.
Noxius est aër, est noxius humor aquai
Corporibus, quando vitium contraxit vterque.
Hinc pestes subeunt, hinc viscera discruciantur,
Communisque lues dat plurima corpora morti.
Affert nonnullos etiam contagio morbos,
Et rixæ, & casus, & mille periçula vitæ.
Hos igitur fontes, hæc fundamenta malorum
Si sanus vis esse, omni ratione cauето.
Si tamen ægrotas, quoniam ægrotare necesse est
Nonnunquã, quid agas non tu medicamina differ:
Sed citò curã adhibe, tenuis dũ morbus adhuc non
Assumpsit vires, nec ineſt penetralibus hostis.
Ignis ab exiguã nascens extinguitur vndã:
Sed postquã creuit, volitantque ad sidera flammæ,
Vix putei, fontes, fluuij succurrere possunt.
Ergo festina morbi cognoscere causam:
Vtque illi facilè occurras, contraria sume.
Opposita oppositis curantur: frigora si te
Lædunt, calida opponis: si cuta, laborque,
Siue cibus nimius nocuit, contraria semper
Exerce, hæc sese expellunt permutque vicissim.
Consule item, si opus est, medicum, vel clinicus ille,
Vel sit chirurgus: chirurgi certior est ars:
Nam quid agat certum est: & aperta luce videtur:
Clinicus ipse autẽ, qui nũc physicus quoque ferrur,
Dum lotium infœlix spectans, inde omnia captat,
Dum tentat pulsum venæ, dum stercora versat,
Fallitur & fallit. sed non discriminis æqua
Conditio: ille miser moritur, causamque canendi
Linigeris caluis præbet, caluisque cucullis:
Hic aliis contrà sceleris mercede receptã,
Causatur superos, ac fatis imputat ipsa

Siquis

Siquis obit, lætusque implet multo ære crumenam.
Heu mihi, penè omnes casu, non arte medentur:
Quippe aliquam quicunque artē benè nouit, agendo
Aut nunquam, aut saltem rarò peccabit: at isti
De quibus est sermo, de centum vix erit vnus
Quem sanare queant, quem non fortasse trucident.
Vnde istud? nisi quòd pars horum maxima nescit
Quid faciat, quid sit prorsus medicina: sed ipsi
Dum tantùm incumbūt sophiæ, & dialectica discunt
Vincla, quibus valeant indoctum nectere vulgus,
Vix elementa artis medicæ & primordia libant.
Sic labyrinthæis ambagibus ad sua tecta
Instructi redeunt, atque enthymemata vibrant:
Hinc tumidi incedunt, hinc publica præmia poscūt:
Id satis esse putant (nec decipiuntur) ad hoc, vt
Carnifices hominum sub honesto nomine fiant.
O miseræ leges, quæ talia crimina fertis!
O cæci reges qui rem non cernitis istam!
Vos quibus imperium est, qui mundi frena tenetis,
Ne tantum tolerate nefas, hanc tollite pestem,
Consulite humano generi. quot nocte dieque
Horum carnificum culpa mittuntur ad orcum?
Vel perfectè artem discant, vel non medeantur.
Nam si aliæ peccant artes, tolerabile certè est:
Hæc verò nisi sit perfecta, est plena pericli:
Et sæuit, tanquam occulta atque domestica pestis.
Non multum est igitur tutum his committere sese,
Quorum doctrina est, pretiosa in veste videri,
Gemmatoque auro digitos ornare cynædos.
Aſt hoc quod dicam, vt valeas, seruare memento:
Sit victus tibi cura tui, ne noxia sumas,
Néue nimis comedas, solet hoc mortalibus esse
Maxima pernicies, hinc plurimus ingemit æger.
Præsertim hoc caueas, tanquam lethale venenum,
Ne nouus in stomachum cibus intret, si benè nōdū

Consumptus fuerit prior, & digestus ad vnguem.
Nec non quaque die, iusto exercero labore
Corpus, vel pedibus gradiendo, vel quid agendo.
Quo moti caleant artus; nam causa caloris
Est motus, stomachumque iuuat, roburque reducit,
Humoresque superuacuos putresque resoluit.
Noli etiam iusta vitam fraudare quiete,
Corporis instaurat somnus vires animique:
At vigilando nimis, corpus corrumpitur & mens,
Præterea procul est mœror pellendus; & omnem
Tristitiam de corde fuga: nam macerat artus
Deformatque ipsum corpus, canosque capillos
Ante diem reddit: contrà præcordia læta
Ætatem efficiunt viridem, robustaque membra.
Cætera tu videas quæ paulò diximus antè.
Postremò est aliud quiddam pretiosius, atque
Nobilius, per quod fœlices efficiuntur
Mortales, similesque deûm, cœloque fruuntur
In terris posse: quamuis ea gratia paucis
Tradita sit, pauci tanto dignentur honore.
Si quæris quid sit, dicam, sapientia nempe est,
Nempe bonum quodcunque aliud sapientia vincit.
Hoc homini nequeunt diui dare munere maius.
Huic cedit, quidquid rubra reperitur arena:
Huic cedit quicquid Tagus, & Pactolus, & Hermus
Aurifero gignunt (si verum dicitur) alueo:
Huic par esse potest nullius gloria regni.
Hæc est semideûm genitrix, & maxima virtus.
Fœlix, ô verè fœlix, verèque beatus,
Humano quantum generi conceditur, is quem
Maximus ille pater donauit munere tanto.
Sed fortasse aliquis quærit, sapientia quid sit.
Nil aliud certè est, nisi prima scientia per quam
Mens pura, & nullo mortali pondere pressa,
Libera terrenis affectibus, atria cœli

Scan-

Scandit,& æthereа cum dijs versatur in aula,
Omnia despiciens prorsus mortalia,tanquam
Friuola,& assiduè tendens velut ignis in altum,
Inferiora parum curans,sublimia semper
Cogitat,& verè quæ sint bona,quæ mala nouit,
Ac verum à falso rectè distinguit:& illa
Quæ cæci & miseri mortales maxima rentur,
Regna,voluptates,& opes,timidósque triumphos,
Pro quibus vsque adeó noctésque diésque laborant,
Pro nihilo pendens,curas miseratur inanes,
Ostendens rectè viuendi iter ac moriendi.
Præfulget sapiens alijs,ceu sideribus sol,
Fortunæ imperium totus contemnit,& omnes
Calcat sub pedibus constanti pectore casus.
Quin etiam nullo mortis terrore mouetur,
Nec timet infernas pœnas sibi conscius: imò
Lætus obit,ridens pauidi phantasmata vulgi:
Non dubitans miserũ hoc,plenumq; laboribus æuũ
Linquere, & æternam moriendo acquirere pacem:
Demum vno minor est sapiens Ioue. quatuor autem
Ipsi conueniunt: quoniam benè consulit, atque
Iudicat,errore amoto,rectéque gubernat,
Et contemplari diuina humanáque,ad ipsum
Pertinet: extremum hoc quod dixi,maxima res est,
Vltra quam nihil est melius quod possit haberi.
Nemo tamen sapiens fiet prius, expulerit quàm
A sese omne nefas,purgatus crimine ab omni.
Quippe habitare negat fœdum sapientia pectus,
Impuráque odit,cùm sit purissima,mentes.
Nemo etiam fiet sapiens, nisi sit prius idem
Prudens,multarúmque peritus doctrinarum.
Hos scito esse gradus,per quos sapientia habetur.
De qua plura quidem loquerer: sed claudere oportet
Iam librum,sit cauda meo prolixa Leoni est:
Quapropter núc Musa tace,& requiesce parumper.

LIBER

LIBER SEXTVS.
VIRGO.

CRedo aliquos tetricæ mentis, nasique seueri,
Qui solos se scire putent & noscere verum,
Atque sibi solis diuûm bonitate tributum
Omnia iudicio perplexa expendere recto,
Dicturos, nunquam me degustasse beatos
Aoniæ fontes, & sacras Phocidos vndas,
Nec prorsus hauro dignum, titulóue poëtæ,
Quòd non inflatas nugas, mirandáque monstra
Scribimus, ac nullas fingendo illudimus aures.
Nam solas tribuunt fabellas vatibus: ac si
Vera loqui, fœdúmque foret, vetitúmque poëtis.
Horum ego iudicium falsum & damnabile duco:
Nilque mihi melius, nil dulcius esse videtur,
Quàm verum amplecti: vemlis puerísque relinquo
Has nugas, alij eructent sem bella Gigantum,
Harpyiásque truces, & Gorgonas, & Cyclopas,
Et captos blando Sirenum carmine nautas,
Adde his monstrifera Circe, triplicémq; Chimæra,
Stelliferumq; humero cœlum qui fulcit Atlanta,
Mutatum saxo, & fulcantem Persea nubes,
Tantalon & Tytion, miserique Promethea furti,
Belidas: & quicquid delirans Græcia nostros
Tempore iam longo docuit garrire Latinos.
Non mihi sit tanti potasse Aganippidas vndas,
Bellerophontæi quas protulit vngula monstri,
Nec mihi sit tanti Phœbææ gloria lauri,
Atque Corymbiferis hederis ornare capillos,
Vt sic delirem, pudet ah, pudet esse poëtam,
Si nugis opus est puerilibus insternire,
Et iucunda sequi spreto mendacia vero.
Tradita (crede mihi) est multis facundia, paucis

Con-

Consilium: : multi sublimia carmina condunt,
Sunt & Romano & Græco sermone diserti,
Et cùm multa sciãt, sapiũt tamẽ aut modicè, aut nil.
Verba nitent phaleris: at nullas verba medullis
Intus habent, sola exteriùs spectatur imago,
Et pictura levis: verùm quis succus in illa est?
Quam mens inde capit frugem? qui talia legit,
Quid didicit tandem? quid scit nisi somnia, nugas,
Quæ nihil ad vitam faciunt, nihil vtile ponunt?
Quæ scire & nescire, pari discrimine refert.
Ergo seu vulgus me iudicet esse poëtam,
Seu neget, haud ideo mendacia vana sequemur,
Sed verum: quoniam verum est perfectio mentis.
Quod quicũque magis nouit, magis est similis dijs,
Atque magis fœlix: licet hunc inscitia vulgi
Non merito extollat plausu, meritóque fauore
Excipiat, licet huic non grandia nomina donet.
Quare iam Musæ adsunto, Cruciq́ue valento.
Ecce viam ingredior, quam plurima taxus vtrinque,
Atque cupressus iter funesta protegit vmbra.
Iam video tristes campos, pallentia regna
Persephones, quos obscuris perlabitur vndis
Lethæũsque ambit torrens, latè arua papauer
Lutida somniferum vestit, ripásque silentes.
Quo me Calliope ducis? quæ monstra videre,
Quas voces audire iubes? bubonibus omnis
Cretum silua tonat, mœstos dat noctua cantus,
Non desunt vlulis miseræ strygibusque querelæ.
Quò me musa rapis? lachrymosa en murmure colles
Et valles resonant, respondet planctibus Echo.
Quis dolor hic tantus? quæ tanti est causa doloris?
Heu quæ gens illa est, ater quàm vestit amictus,
Syrmata pulla trahens? quæ sic velamine nigro
Flens adoperta caput, clamoribus æthera complet?
Heu mihi, quas cædes, quàm multa cadauera cerno

Passim

Passim strata solo? quis funera tanta peregit?
Quis dedit hanc late stragem? quot corpora regum
Pontificúmque iacent? agnosco insignia, nunquid
Mors est illa procul? quæ visu & falce cruenta,
Horribilis, furibunda venit? præcedere mille
Agmina morborum, paritérque pericula mille
Aspicio, ô nimium sæuis armata ministris!
Nescio quid magno veniens clamore profatur:
Audio quid dicat, referámque audita libenter.
Mors ego sum: quæ fœni instar viuentia quæque
In terris hac falce meto: mihi Iupiter orbis
Iura dedit, iussitque simul me parcere nulli,
Sed magnos humiléque pari prosternere lege.
Vnde manus, viréque meas euadere nemo,
Et nemo vitare potest. ego grandia regum
Colla premo, sternóque animos fastúsque superbos
Pontificum: nobis nulla est non debita cetuix:
Siue quis arctoas fugiens penetrauerit oras,
Riphæásque vltra rupes concesserit, iram
Sentiet hic nostram, nostros hic sentiet ictus:
Siue quis ad manes imos descenderit, austri
Qua plaga pressa iacet, qua sunt incognita nobis
Sidera, me inueniet tamen, inuentáque peribit.
Falx hæc occasum, falx hæc populatur & ortum.
Nón ego diuitias vereor, nec stemmata priscis
Credita imaginibus, solio detraxit ab alto
Quot mea dextra viros, & nigra in tartara misit
Præcipites? Priamum memini, quum cæsus ad aras
Victima nostra fuit. Macedûm dux ille superbus,
Qui tot regna suis pugnando euerterat armis,
Par animo cuius totus non extitit orbis,
In Babylone cadit telo confessus ab isto.
Quid memorem heroas Latios, Martísque nepotes,
Terrarum dominos, quorum clarissima virtus
Imperium Oceano, famam coniunxerat astris?

Nónne

Nónne omnes potui cæſos demittere ad orcum?
Prunáq; manus ſceptris, diademate crines,
Os verbis, & luce oculos, membra omnia motu,
Corporáque obſcuro clauſi exanimata ſepulcro.
Me timet Indus, Arabs, Maurus, Scythaudeniq; quiſ-
Europámq; Aſiámq; colit, Libycóſq; calores. (quis
Nullum ego diſcrimen facio generiſque locíque,
Tempora nec ſexuo, nec mores curo, nec annos:
Improbus atque probus, ſapiens, ſtultúſque peribit.
Infantes, iuuenes, longáque ætate grauatos,
Formoſos, turpes, æqua ratione trucido. (tentem,
Hûc quoq; quem video procul hinc mea regna pe-
Quum ſua fata ſinent, mittam pallentibus vmbris.
Edidit hæc Stygio diua implacabilis ore.
Tunc me cõcuſſit timor ingens, membráq; ſanguis,
Vndique dilapſus venis, extrema reliquit,
Inque imum pectus coijt, ſuccurrere cordi.
Præcipuè, quum tartareos dea ſæua miniſtros
Præſentem in turbam, quæ latos plurima circum
Errabat campos, tantæ ſecura ruinæ,
Mitteret: irrumpunt illi, prendúntque, tenéntque
Quiſque ſuum: ſternuntur humi languentia paſſim
Corpora, multiplicíq; gemunt vexata dolore.
Mox ipſa adueniens, nonnullos falce necabat:
Nonnullos etiam, quorum ſubtegmina nondum
Finierat Lacheſis, iuſto illis debita fato,
Præteriens, cædi ſeruabat diua futuræ
Tunc ego ſic mecum, attonitus, totúſq; tremiſcens,
O curas, ô vota hominum, vanóſque labores!
O ſpem fallacem, ô cæcæ ſolatia mentis!
O fluxum decus humanum, ô variabile tempus!
Quàm breuis incerta, & multorum plena malorum,
Et quantis noſtra eſt obnoxia vita periclis!
Quæ iucunda quidem facie, dulciſque videtur,
Sed quantum intus habet fellis, quantúmq; veneni?

Quid

Quid sumus, ô miseri, nisi puluis motus ab aura?
Et fragili vitro similes, vmbræque fugaci?
Atque rosis, quæ mane nitét, mox vespere langueni?
Nunc vini atque hilares, paulò pòst vermibus esca:
Nunc pulchri & validi, paulò pòst turpe cadauer.
Heu mihi quid prodest congesta pecunia nobis?
Quid gemmæ, argentú, atq; aurum, pretiosáq; vestis?
Quid populos, magnasque vrbes diuine tenere,
Marmoreósque habitare lares, vultúque superbo
Omnes despicere, atque parem se credere diuis?
Si mors cuncta rapit, si tanquam puluis & vmbra
Deficimus miseri, si tam citò fastus & omnis
Gloria nostra perit, nullum reditura per æuum?
Hæc ego cùm loquerer summisso murmure mecum,
Pallentem vultu aspiciens, gelidúmque timore
Incertóque gradu titubantem Orpheia mater:
Quid te (inquit) tanta obsessum formidine cerno?
Esto audax: animi vilis timor argumentum est:
Nec decet ille viros. cedò, quæ te causa timere
Mortem adeò cogit? nunc sic ego: Diua necesse est:
Naturæ impulsu; quippe hanc animalia quæ non
Horrescunt, fugiunt? hæc vitam tollit, & omnes
Diuitias ac delicias, corpúsque resoluit
In nihilum, remanétque nihil, nisi puluis & ossa,
Quæ pariter puluis longo post tempore fiunt.
Deniq; cuncta bona hæc adimit, sumúq; malorú est.
Ergo tam dirum & tam formidabile monstrum
Quem non terrebit, nisi cui sit ferrea fibra?
Tunc Ioue nata, mihi subridens, sic ait, Erras,
Nimirum veri specie deceptus & vmbra.
Non cuiuis facile est ipsum cognoscere verum.
Hic ille est ramus, medium quem maxima silua
Arboribus densis cinctum, atque erroribus atris
Obductum celat: nec multis aurea virga
Conspicitur, nisi cui puræ ostendêre columbæ.

At

At mihi quæ sata sum fœlici semine cœli,
Verum nosse licet:verum tibi dicere possum,
Si me audire voles.ego tunc,Dea,nil magis opto,
Respondi.illa autem,Nos hinc diuertere oportet
Paulisper,sequere:& secum me duxit in altum
Non adeò procul inde locum,quo lumina solis
Cernere erat,radijs ferientibus ardua montis,
Iucundumque iubar tenebras disiecerat atras:
Sedimus ad fontem quendam,laurique sub vmbra.
Tunc mea dux tandem pulchro sic incipit ore,
Simia cœlicolûm,risúsque iocúsque deorum est
Tunc homo,quú temerè ingenio confidit,& audet
Abdita naturæ scrutari,arcanáque diuûm,
Cùm reuera eius crassa imbecilláque sit mens.
Si posita ante pedes nescit,quo iure videbit
Quæ Deus et natura sinu occuluere profundo?
Omnia se tamen arbitratur noscere ad vnguem,
Garrulus,infœlix,cæcus,temerarius,amens,
Vsque adeò sibi palpatur,seséque licetur.
Stultitiæ fons est & origo philautia vestræ,
Caligóque ingens,quæ vos cognoscere verum
Posse vetat:tolle hanc,oculi meliora videbunt:
Et quæ nunc bona prima putas,fortasse negabis
Esse bona:& quæ nunc credis mala maxima,forsan
Non mala sunt dices,pulsis à corde tenebris.
Ergo scias,mortale genus nihil esse,nisi vtrem
Æolijs plenum ventis:quem iugiter vrget
Huc illuc lapidi insistens fortuna rotundo.
Cui,si quid saperet,vita mors gratior esset:
Cum viuendo,malis homines sine fine premantur:
Exiguísque bonis,sed nec sine felle fruantur.
Quod verum credes,puto,si bona,si mala vitæ
Mortalis referam,quanta breuitate licebit:
Collatísque ipsis,tunc vita humana patebit
Quæ sit,& an tantum mors debeat ipsa timeri.

Princi-

Principiò de diuitijs,quas omnis vbique
Gens sequitur,laudat,quærit,miratur & optat,
Dicere constituí,& quid sint ostendere nitar.
Tunc ego,Diua(inquam)si vis,huic parce labori:
Quandoquidem prius hoc olim referente Minerua
Edidici,nunc perge aliò, nec nota recense.
Déque voluptate vbertim quoque rettulit olim
Nobis diua Arete,missúsque à matre Timalphes.
Quare id transi etiam quæso, & quodcunq; aliud vis
Expedias.tunc Diua inquit,De nobilitate
Dicá igitur,quoniá bona prima hæc inter habetur.
Quilibet hanc hodie sibi vult,sibi dicit ineſſe,
Plus licet inde absit,quàm distet Iberus ab Indo,
Sed quid nobilitas aut quanti est?vera fateri
Conabor:quanquam quid prodest vera fateri,
Credere si renuunt?fugiunt animalia quædam,
Oderúnque diem,tenebris ac nocte vagantur:
Sic homines multi lumen cognoscere veri
Nec possunt,nec amant:adeó natura,Deusque
Distinxit mortale genus,rectéque videnti
Vna hominum species animalia cætera monstrat.
Vsque adeò mores varii mortalibus,& mens
Dissimilis:multi tenebras vmbrásque sequuntur,
Nec verum spectare queunt,solémque nitentem
Infirmis oculis,quem fixo lumine pauci
Aspiciunt,quibus est animus diuinior.ergo
Nobilitas,veluti vulgus putat inscius,aut est
Copia nummorum,& collectio diuitiarum:
Aut sanguis,quoties generoso è stemmate quisquam
Natus,auos,atauósque suos gentiliáque arma
Iactat,& eximios laudat virtute parentes.
Iudicium tamen hoc vulgi mendaciter errat,
Vt plerumque solet.communis opinio multis,
Paucorum ratio est,si nobilis ille putari
Debet,quicunque est diues: sic nobilis esse

Credo

Credo poteſt lanius, tonſor, piſcator, equiſo,
Paſtórque, & piſtor, coriarius, atque bubulcus,
Et leno, & latro, & quiuis de plebe lutoſa.
Nanque ex his multi rebus nummiſque potentes
Et ſunt, & poſſunt fieri. fortuna frequenter
Extollit miſeros: eadem detrudit ad imum
Sæpe illos quos antè rotæ commiſerat altæ.
Nobilis ergo fuit tantùm quum mœnia victor
Æneadum intrauit Marius, plaudente ſenatu
Ac populo, inſignis lauro, niueiſque quadrigis:
Sed poſtquam electus Syllanis viribus, exul
Minturnis latuit, latuit quoque carcere fœdo:
Vel quum mendicus panem per Punica rura
(Pro ſuperûm leges, & non bene nota poteſtas!)
Quæ rebat panem duris foſſoribus aptum,
Non erat infœlix tunc nobilis: abſtiterat tunc
Nobilitas, fugiens longè: mox ipſa reuertit,
Quum Marius redijt, mutato ſidere, Romam.
Nimirum ſtulta hæc ſententia, ſi ſit ab auro
Nobilitas, certè de terra naſcitur aurum,
De fraude & furto, de fœnore: naſcitur ergo
De fraude, & furto, de fœnore, nobilitas. ô
Iudicium vulgi inſanum! ô ſine pectore turba!
Nobilitare hominem non vlla pecunia, nullæ
Diuitiæ poſſunt: pretio nam dignior omni eſt
Nobilitas; hæc non emitur, nec venditur auro.
At genus ille ſuum iactat, laudéſque ſuorum
Incalcat, cum ſit turpiſſimus: atque recenſet
Geſta patris, monumenta auiti, patruíque trophæa:
Et quanquam innumeris, demens, ignauus, abundet
Criminibus, virtutis inops, tamen eſſe putatur
Nobilis, eſt alto quoniam de ſanguine natus.
Cur aliena tibi tribuis? laudémque tuorum
Eſſe tuam cenſes? cùm tu ſis dedecus illis,
Degener, infamis? mentito nomine cygnum

Graculus appellat sese: cornicula plumas
Paonis furata, cupit pauo ipsa videri:
Sed natura vetat, quæ nobilitatis origo est.
Hinc animi viles, hinc & cœlestia corda
Proueniunt: hæc larginur sûa semina cunctis.
Nempe animũ propter, non propter corpus haberi
Nobilis, & dici debes: nam corpora multa
Seruorum, pulchra, & magna, & robusta videntur.
Nobilitas quidam est animi proprius decor, atque
Vis quædam nativa, cupit qua grandia semper,
Vilia contemnit, qua sursum tendere vt ignis
Nititur, & summas penetrat velut ardua nubes,
Infima despiciens. hanc vim qui munere cœli
Accipit, ille bonus fier, patiensque laborum,
Consilióque potens, curis vigilantibus, vt quid
Dignum laude gerat, vt sit laudabilis ipse.
Sed tantum natura bonum non omnibus, imò
Perpaucis donat, quorum fama inclyta longo
Tempore, post cineres populorum in pectore viuit.
Attamen (ô mores, ô mira insania) quis non
Vult dici & credi nunc nobilis? ô nebulonum
Turba audax, ô vile pecus! te nomina clara
Delectant, tibi fama placet, tibi gloria: cur non
Et labor & virtus etiam placet, vt meritò sis
Nobilis? an mauis sapiens iustúsque vocari,
Nomine mentito, quàm vero? cur tibi nummus
Falsus, cur panis falsus, cur cætera falsa
Non sunt grata, velut mendax ac futile nomen
Nobilitatis amas? ô larua, ô simia disce,
Disce prius frænare animum, compescere cæcos
Affectus, ratione vti, vitare nefanda,
Iusta sequi: te nosce prius, durósque labores
Amplecti ne te pigeat, vilemque fugato
Desidiam, vt possis culmen virtutis adire.
Tunc iure ac meritò dicêris nobilis: hæc est,

Hæc

Hæc est nobilitas vera: hæc sunt illa deorum
Munera, ab indoctis non intellecta: per istam
Incessêre viam Phrygia de gente Quirites,
Hac duce Romanum imperium se sustulit astris:
Hac abeunte iterum, in præceps descendit ab astris.
Nam simul ac segnes consurrexêre nepotes,
Iam parto imperio, iam prospérioribus annis,
Delicias, luxúsque leues, luxúmque secuti,
Degenerâre suis cœpere à partibus, vnde
Nobilitas reales homines exosa recessit
Protinus ad superos, donec crescente nepotum
Luxuria & vitio, deleta superbia Romæ est.
Non igitur genus est, non sanguinis, non statuarum
Mutarum series, non auri copia, quæ te
Nobilitet: Virtus, virtus: hac nobilis Hector,
Alcidésque fuit: fuit hac quoque nobilis ille,
Illius æternum cui præbuit inclyta nomen:
Hac proceres alij, quorum tot fama per annos
Durat adhuc. quid te iactas, natalibus ortum
Egregijs? te præcipui genuêre parentes:
Quid tum, si nihili es? si turpis, turpiter omnem
Incestas maculásque domum? tibi dedecus est hoc,
Non honor: ac velut stolidum si gignat asellum
Magnanimus fortísque leo, si simia barrho
Nascatur: monstrum es, claræque iniuria genti.
Non sic nobilitas per testamenta relinqui,
Aut virtus, potis est: velut ædes, rura, supellex.
Hanc natura tuis tribuit maioribus, at non
Omnibus: antiqua repetis ab origine gentem,
Inuenies fortasse tuo de sanguine multos
Cerdones aut agricolas, vtrúmque videbis
Ex humili natum fortuna, nobilitatis
Principium fecisse alijs: quæ tempore creuit
Paulatim, sed pòst quoque tempore victa senescet.
Omnia fert tempus, parit ur rapit omnia tempus.

Quis nunc Pompeij de stirpe, aut Cæsaris esse
Noscitur? aut eius, domitis cognomen ab Aphris
Cui virtus inuicta dedit? quis credere tantam
Progeniem perisse potest? domus alta deorsum
Sæpe cadit, penitúsque ruit: sursumque leuatur
Sæpe humilis: nulla est hominum fortuna perennis.
Sic cœlum variare solet mortalia quæque.
At dices, quale & semen, talis quoque fructus
Inde venire solet. si sum de semine claro,
Clarus ero. non sic: proceri sæpe parentes
Exiguum genuêre hominem, turpemque decori,
Robusti infirmum, sapientes insipientem:
Nec mens, vt corpus, patrio de semine manat.
Non patris est, animum pueris præbere. sed ipsum
Largiri natura solet. quid nobile semen
Egregiúmque feret, faueat nisi debita cœli
Temperies? verum est vulgò quod dicitur, annus
Producit segetes, non cultus: semina quamuis
Optima, si terræ fuerint mandata sinistris
Sideribus, parient lolium, vel iacta peribunt.
Ergo sufficiens non est pater ipse creandis
Nobilibus natis, adsit nisi gratia cœli.
Hinc est, quòd multos humili de plebe videmus
Illustres nasci: qui magnum nomen adepti
Virtute ac meritis, se postmodo nobilitarunt.
Quis fuit ille Maro? quis Tullius ille? quis ille
Tam sapiens sanctusq; Cato? quis Horatius? omnes
De medio plebis geniti. quis doctus Homerus?
Cuius nec patriam certam, certósque parentes
Scimus adhuc. dic quæso patrem Demosthenis, atq;
Euripidis matrem. dic Socratis, illius inquam,
Socratis, in cuius gremio Plato maximus hausit
Diuinos latices, qui solus Apolline teste,
Est visus sapere: hunc genuit, qui marmora fodit:
Nascentes pueros mater capiebat ab aluo.

Non-

Nonnullos etiam reges, de plebe creatos
Nouimus: haud rarus quoq; consul & indupérator,
De populi fæce ad summum peruenit honorem.
Quid quòd equi, pariterque canes ac cætera bruta
Degenerare suo persæpe videntur ab ortu?
Nempe diu res nulla manet, nempe omnia semper
Deteriora solent fieri, in peiusque referri,
Naturæ imperio, & fatorum lege perenni:
Deinde iterum ex alio fœtu instaurata renasci.
Hoc variare, decus mundi est: hæc gloria summi
Artificis, facere ex minimis ingentia, nec non
Ex summis minima, & rerum mutare tenorem
Iugiter, ac faciem, sapienter cuncta nouando.
Non tamen inficior, claros habuisse parentes,
Esse bonum, & claro nasci de sanguine: namque
Hoc verè pulchrũ atq; bonũ est, prosúntque parétes
Auxilio, exemplis, hortatibus, efficiúntque
Sæpe sui similes natos, nisi fata repugnent,
Et natura potens nimium: quam vincere si quis
Nititur, ille etiam congestis montibus, altum
Æthera conscendet, pulso Ioue: qualiter olim
Fama Gygantæos quum sensit Phlægra tumultus,
Enceladum memorat, summi inga maxima Olimpi
Impositisse Ossæ, premeret cùm Pelion Ossa.
Sed tamen hoc non esse satis, concludimus ergo
Quamuis à populo dicaris nobilis omni,
Sisque licet mollis, nitida cute, corpore lauto,
Egregijs vescare cibis, ac veste superbus
Conspicua incedas, referas generéque domúmque:
Nobilis haud ideo es, sed fortunatus, & vti
Aurato similis, similisque ex marmore signo.
Quis tamen hoc curat? satis est de nobilitate
Ac virtute, ipsum nomen; malúmque videri.
Quàm sic esse homines, proh dij, nunc nomina tãtũ
Magnifica, & claros titulos sibi quilibet optat,

Arrogat, affectat, sequitur, rapit: vt meritò iam
Et se asinus pardum vocet, & formica leonem:
Quis non vult sapiens, generosus, iustus haberi,
Et probus & doctus, contentus cortice solo
Atque vmbris rerum? vt tali velamine mores
Occulat infandos: lis est de nomine, non re.
Hoc habeas igitur nomen, sic nobilis esto,
Vt Romæ Pasquillus homo est: vt sæpe vocatur
Nobilis aut latro, aut meretrix, aut nobile marmor.
Esto tamen quod sis & nomine nobilis, & re,
Quid tum? laudabor, dices, decorabor honore:
Nunquid parua tibi hæc, & non cupienda videntur
Præmia? quandoquidem virtus ex nobilitate
Nascitur, ex virtute autem laus surgit honorque.
Non volo, nec fas est virtutem carpere; sed si
Interius videas meliori lumine verum,
Cognosces quanto virtus tam digna labore
Afficiat miseros homines, quàm reddat amaram
(Stoicus id quamuis nolit concedere) vitam.
Moralem primùm videamus: difficilis pars
Nimirum hæc, quam si quærit quis ritè tenere,
Heu quantos opus est subeat toleretque labores!
Naturæ bellum indicat, confligat oportet:
Quandoquidem mortale genus natura creauit
Infirmum, pronumque malo, aduersabile recto,
Prò superi, in vitium facili decurrere lapsu
Quisque solet: cur hæc homini mala semina quōdā
Indita sunt? nunquid fuit hæc tua culpa Prometheu?
An malus hos dæmon humana in pectora morbos
Intulit, (vt fama est) scelerisque iniecit amorem?
Heu quàm difficilis, salebrosa, & plena laboris
Semita, quæ ad mores ducit, vitámque deorum!
Quis bonus est? non sponte vllus: quis non malus?
Qui legis regisue metu, peccare recusat: (ille
Vel qui fortè nequit, quod vult, cōmittere crimen.

Nimirum

Nimirum haud facile est naturæ obsistere, seque
Vincere, & insanos compescere pectoris æstus.
Quapropter pugna assidua, iugique labore
Est opus à puero, vt vitijs ponantur habenæ.
Assuetudo etenim naturæ frangere vires
Sæpe solet, si sit multos firmata per annos.
Ergo militia est hominum vita: hostibus omnis
Plenus ager, multi latitant vbicunque latrones.
Quis tot vitabit laqueos? tot retia cautus
Effugiet? nam quum fortuna est prospera cuiquam,
Acturùm subit & stimulat vesana libido,
Tum sua castra mouet ventosa superbia, tunc &
Desidia atque gula, & petulans audacia surgit:
Contrà, illum dolor atque metus dirúmq; venenum
Occupat inuidiæ atque iræ, quum sorte sinistra
Viuit, & indignam quærit propellere quouis
Pauperiem pacto: tunc fraudibus atque rapinis
Et furtis studet, vt sua damna rependere possit.
Eheu, mortales inter Scyllam atque Charybdim
Iactantur miseri, & vitijs læduntur vtrinque.
Dúmque mala hæc vitare volunt, labuntur in illa:
Si cupiunt fortes fieri, discrimina oportet
Multa pati, & multos coguntur ferre labores.
Si virtutem illam, quæ humanos temperat actus
Affectant, opus est expellere gaudia trifti
Consilio, gratámque parùm deducere vitam.
Si iustus vult esse aliquis, non vtile quærat.
Iustitia est multis laudata, domestica paucis.
Quòd si forte placet cuiquam prudentia, semper
Vt caueat, nulli credat, fidárque necesse est:
Quandoquidem sunt cuncta dolis & plena periclis.
Denique qui bonus est, & mitis, sæpius ille
Læditur: ille minùs tutus, plus insidiarum
Sustinet: hic siquidē mundus, domus ampla malorū,
Ac scelerum patria est: probitas hic exulat, vnde

Imbelles lepores, damæ mites, capreæque,
Idque genus sine felle animalia quæque petuntur
Sæpius, & pereunt: rarus venator ad vrsos
Accedit, tutos conseruat silua leones.
I nunc, & mitis, simplex, innoxius esto,
Vt citiùs fias auidorum præda luporum.
Heu mundus totus quædam est natura tyrannis.
Debilibus robusta nocent, & grandia paruis.
Ales fulminiger timidos infestat olores,
Accipiter laniat turdos, molléſque columbas:
Versicolor coluber ranas, miseráſque lacertas
Deuorat: in siluis fera fortior, ore minorem
Dilacerat: tua móstra tenes quoq; maxime Nereu,
Quæ rapido infirmos absumunt gutture pisces.
Non mare, non tellus, non aër tutus, vbique
Hostis adest: prodéstq; parùm non esse nocentem.
Ergo vide, quàm sit pars hæc virtutis amanda,
Quæ facit esse bonos: nam tanto parta labore,
Hostibus in medijs tandem vos reddit inermes.
At dices, probitas defendi legibus, atque
Principibus solet: ô vtinam fieret. sed vbique
Vincuntur nummis leges, magnóque fauore:
Placantur donis Reges, & voce precantum:
Damnant iura illos quibus aut exhausta crumena,
Aut nullus fauor est: alij quocunque premantur
Iudicio, insontes abeunt. vt parvula musca
In tenui tela quam pendens texit arachne,
Voluitur ac remanet: si grandior horridiórque
Impulerit, frangit casses, & tuta recedit:
Sic leges (velati Scythyca de gente canebat
Barbarus ille sophus) miseros, nectuntque, tenentq;:
Transmittunt laxis fortibus, renuúntque potétes.
Altera virtutis pars, quæ studiosa requirit
Naturæ causas, & vix penetrabile verum,
Quàm sit difficilis, quàm magni plena laboris,

Exper-

Experti norunt.primo coguntur ab æuo
Sub præceptoris ferula,formidine multa,
Verberibus cædi,& lachrymis dictata referre:
Incluſi tanquam in cauea cohibentur, vt ire
Non liceat quoquam,niſi permittente tyranno,
Quanquam ventris onus iubeat, veſicáue turgens,
Et puéris cognata fames,& ludere gratum:
Tempora ſed calidæ poſtquam acceſſére iuuentæ,
Maiori ſtudio eſt opus.hic Antenoris vrbem,
Adriaci tentans rabioſam gurgitis iram,
Parthenopénue petit,Tyrrhena per æquora currés.
At Peruſina alius Romanáue mœnia quærit:
Vt procul à patria tellure, incommoda multa,
Et mala multa ferat,Veneris,ſomníque cibíque
Parcus,& aſſiduus ſtudio,librísque legendis:
Haud aliter quiſquam fiet,niſi nomine, doctus.
Sunt etenim docti re pauci, nomine multi.
Gaudia nempe nocent,nocet illecebroſa voluptas
Apprimè his,cupiunt qui diſcere plurima,& altum
Doctrinæ culmen conſcendere.namque reflectunt,
Ac remouent animos à duro tramite,per quem
Itur ad auricomæ ſacraria celſa Mineruæ.
Nempe labóre opus eſt longo aſſiduóque volenti
Nobile per populos vrbéſque acquirere nomen.
Hinc verò multos cruciat dyſpepſia; multos,
Dum nimium nimiúmq; legunt, ophthalmia vexat,
Præ ſtudio ſtomachus crudeſcit,viſus hebeſcit,
Et pallor venit, & macies & acerba ſenectus.
Nec mirum: quoniam ſcire & cognoſcere verum,
Eſt præter naturam hominis,propriúmq; deorum.
Ac veluti infirmo radianeem lumine ſolem
Noctua ferre nequit: ſic mens humana deorſum
Imbecilla ruit,quoties contendit in altum
Surgere,& audaci cœlum penetrare volatu.
Quod proprimeſt ſuperú,mortales turpiter audent,

Deſi-

Desipiúntque magis, quanto magis illa requirunt,
Quorum cognitio nil prorsus spectat ad ipsos,
Ni forte auxilium ac lumen descendat ab alto.
At dij fœlices, mundum quis, quantus, & vnde,
Atque ipsum mundi dominum, speciésq; animantũ,
Et rerum innumeras norunt, causásque latentes,
Semina, & occultas vires, quibus omnia constant.
Hæc vita est, hæc est ipsorum tota voluptas:
Non cibus, aut somnus, non morbus, cura, labórue,
Non lucri spes, non damni metus impedit illos,
Quin semper valeant optatum inquirere verum.
Ergo cœlicolûm sapere est: prudentia tantùm
Conuenit & confert mortalibus, vt sibi possint
Consulere, & vitare sciant incommoda, nec non
Commoda congerere, & tranquillam ducere vitam.
Quid faciat, quid non, homini prudentia monstrat.
Huic studeat, quicunque cupit bene viuere, & inter
Tot spiritas rerum gradiens non lædere plantas.
Quis non esse putet stultum, qui rebus omissis
Vtilibus proprijsque, alienа & inania quærit?
Dúmque suas nescit vires, maioráque tentat,
Dum nimis alta petit, præceps, velut Icarus, vndis
Mergitur æquoreis: cupiens æquare bibendo
Rana bouem, rupta nunquam bibit amplius aluo.
Dum studet insanus Phaëton cœlestia fræna
Mortali tractare manu, nónne infima pressit
Stagna Padi, currúmq; cadens vitámque reliquit?
Sese metitur prudens & continet intra
Naturæ fines: nec plus quàm debeat, audet,
Excepto, si illum Deus impellitque iumátque.
Curent mortales quæ sunt mortalia: omittant,
Quæ superûm: ne si contendant altiùs æquo
Scãdere, præcipitent potiùs, moueántq; cachinnũ:
Vt si forte velit summa de rupe volare
Bos grauis, aut asinus citharam pulsare canoram.

Esto

Esto autem quisquam doctrina præditus omni,
Vsque adeò, vt multos norit componere libros:
Quid quæso inde boni accipiet? tantúmq; laborem
Præmia quanta manent? dices, laus, gloria, fama,
Inque animis hominum diuturna in sæcula viuit.
Atqui ego quid sit honor, quid laus, quid fama velim
Clarius & melius perpendere. plurima namq; (te
Apparent aliter quàm sint, oculósque mentem
Atque animos fallunt specie, velamine & vmbra.
Hinc bona, quæ mala sint: & quæ sint turpia, pul-
Censentur: scatet hinc fons omnis stultitiei. (chra
Sæpe sub argento latet æs, ferrúmque sub auro,
Et sub sincero clauduntur cortice putres
Castaneæ, multósque lupos sub pelle videbis
Agnorum. nónne aulæis catiosa teguntur
Ligna, vel antiquus paries, rimisque pudendus?
Est acies mentis potior, quæ perspicit intùs
Quicquid in abstruso est, quicunq; hac vtitur, ille
Verus erit rerum iudex, & mira videbit. (laus
Quæro igitur, quid fama iuuat? quid gloria? quid
Oppressos somno, aut viuendi munere cassos?
Nil plus quàm surdú citharæ, aut spectacula cæcum.
At respondebis, viuentes & vigilantes
His gaudent, nec non pro talibus omne periclum
Vltro adeunt, vltróq; animas cum sanguine fundant.
Nimirum ambitio multos ad fortia, tanquam
Calcar agit, multósq; trahit virtutis ad arcem,
Torpentes vrgens stimulis compellit, vt armis
Grande aliquid faciant: vel si non viribus audent,
Ingenio saltem exhibeant memorabile quicquam.
Ipsa tamen vitium est: vnde ambitiosus haberi
Nemo velit. quicunque etenim ambitione tenetur,
Creditur esse leuis, ventosus, turpis: vt olim
Romulidæ orabant iacto post terga pudore
Plebeios, quoties suffragia venabantur,

Cer-

Cerdonúmque animos precibus seruilibus atque,
Turpibus obsequijs captabant, muneribúsque,
Vt proprijs rebus curarent publica omissis,
Pérq; forum medium multis comitantibus irent,
Inflati vt vento folles, ac fronte superba.
Propter se virtus petitur, non propter honorem:
Ipsa licet propriè ac verè mereatur honorem.
Quid? quòd vulgus iners nescit virtute moueri?
Hanc potius ridet. fauet fortuna necesse est,
Diuitiæque adsint: tunc lux, honor, & decus omne
Aduenient, virtus sine censu languet vbique:
Quanquam nil refert, si gallo sordet iaspis,
Nec minùs idcirco est preciosa & nobilis: vnde
Vir bonus, & veræ compos virtutis, abundè
Contentus, vulgi laudes contemnit & odit.
Nec fumum quærit, nec inani pascitur aura.
Insignis facies fucis non indiget. aurum
Quod per se pulchrum est, nudum monstratur: at ille
Qui non est, aliqua saltem cupit arte videri,
Personámque sibi inducit velut histrio. quare
Si rectè aspicias, vita hæc est fabula quædam,
Scena autem mundus versatilis: histrio & actor,
Quilibet est hominum. mortales nam propè cuncti
Sunt personati, & falsa sub imagine, vulgi
Præstringunt oculos: ita dijs risúmque iocúmque
Stultitijs nugísque suis per sæcula præbent:
Ergo honor & fama, & mortalis gloria, laúsque,
Somnia sunt, prorsus nil conducentia: quando
Sorte magis quàm virtute acquiruntur. ac esto
Quòd tantùm dignis tribuantur: dic mihi nunquid
Corporibus prosunt? certè nil. dic, animísne?
Tantundem: hos inflant potius, tumidósque leuésq;,
Nec non sollicitos reddunt. se subdere multis,
Et seruire solet multis, ambire, peccari,
Munera largiri, quisquis sectatur honores.

Vita

Vita igitur talis misera est, & plena tumultus,
Subiacet inuidiæ, & magnis quandoque periclis.
Virtutem veram qui possidet, ille quietus,
Ille satis fœlix: permittat cætera diuis.
Sufficiens honor est homini, quũ dignus honore est:
Qui datur indigno, non est honor: est onus, imò
Ludibrium, veluti in scena quum ludius est rex.
Iam mala quæ humanũ pariter genus, adnumerabo.
Principiò postquam è latebris malè olentibus alui
Eductus tandem est, materno sanguine fœtus,
Vagit, & auspicio lachrymarum nascitur infans:
Vt puto, quàm mala sit vita hæc, quã plena periclis
Natura monstrante videt. sic per mare longum
Mercator facturus iter, terretur, & alto
Pectore dat gemitus metuẽs, scopulos, freta, ventos,
Naufraginm, occursus piratarum, omnia demum
Terribilis quæcunque tenet discrimina pontus.
Vix natus, iam vincla subit, teneróque coërcet
Fascia longa artus, præsagia dira futuri
Seruitij. quis enim liber? iunt legibus omnes
Subiecti, nec non & regibus, & vitijs &
Iudicijs hominum: seruit quoque quilibet vltro
Spe pretij, faciendo aliquid, vel fortè coactus. (quò
Omne animal postquã natum est, subitò ambulat, &
Cunq; libet graditur: non sic homo, tempore longo
Non pedibus, non ore valet, non mente: sed instar
Vocalis statuæ, solis vagitibus omnem
Nocte diéque domum vexat, turbátque quietem.
Post vbi iam valido se poplite sustinet, & iam
Ritè loqui didicit, tunc seruire incipit, atque
Iussa pati, sentítque minas ictúsque magistri;
Sæpe patris, matrísque manu, fratrísque frequenter
Pulsatur: facient quid vitricus atque nouerca?
Fit iuuenis, crescunt vires: iam spernit habenas;
Occludítque aures monitis; furere incipit, ardens

Luxu-

Luxuria atque ira: & temerarius omnia nullo
Consilio aggreditur, dictis melioribus obstat,
Deteriora fouens: non vlla pericula curat,
Dummodo id efficiat, suadet quod cæca libido:
Rixatur, nec iura timet, cerebrosus & exlex.
Nempe agimur furijs: insanum pars maxima: pauci
Quos frænat mens, aut pudor, aut prudentia, recto
Tramite sinceram ducunt sine labe iuuentam.
Sucte dit grauior, melior, prudentior ætas:
Cúmque ipsa curæ aduenant durique labores.
Tunc homo mille modis, studióque enititur omni
Rem facere, & nunquam sibi multa negotia desunt.
Nunc peregrè it, nunc ille domi, nunc rure laborat,
Vt sese, vxorem, natos famulósque gubernet,
Ac seruet, solus pro cunctis solicitus, nec
Iucundis fruitur dapibus, nec nocte quieta.
Ambitio hunc etiam impellens, ad publica mittit
Munia: dúmque inhiat vano malè sanus honori,
Inuidiæ atque odij patitur mala plurima: deinceps
Obrepit canis rugosa senecta capillis,
Secum multa trahens incommoda corporis, atque
Mentis: nam vires abeunt, speciésque colórque:
Nec non deficiunt sensus: audire, videre
Langueſcunt, gustúsque minor fit: denique semper
Aut hoc, aut illo morbo vexantur inermi
Manduntur vix ore cibi, vix crura bacillo
Sustentata meant: animus quoque vulnera sentit,
Desipit, & longo torpet confectus ab æuo.
Ergo suis subiecta malis est quælibet ætas.
Plurima sunt etiam mala quæ communiter omnis
Ætas ferre solet. nunc frigus lædit acutum,
Hybernæque niues, nec non fumbundus ab arcto
Riphæíque iugis Boreas, quum stiria pendet
Horrida culminibus, glacie cùm flumina torpent.
Nunc æstas nimijs insana caloribus vrit,

Quum

Quum tenet ardentẽ Nemees Hyperiona monſtrũ
Aruáque flameſcunt,& tellus arida aperto
Ore vocat pluuias:nullus morientibus herbis
Humor adeſt,lamæ ſiccæ,ſiccæque paludes
Torrentur,candet cœleſtibus ignibus aër.
Nunc ſitis atque fames,nunc & penuria rerum
Vulnum cruciat.quis poſſit carmine morbos
Innumeros,quibus eſt obnoxia vita,referre?
Quot febres,quot languores,quot vbique dolores,
A capite ad plantas?humanum corpus vt extra,
Sic intus patitur:per ſingula membra venenum
Infudit natura homini.caput & manus,& pes,
Et latus,& ſtomachus,grauiter torquentur,& aures
Atque oculi & fauces.renes:quid cætera dicam?
Quid cupio nnmerare grues quot Strymonis vnda
Excipiat?vel quot Phrygius Mæander olores?
Mens etiam plerumque ſua de ſede recedit,
Vel philtris,vel carminibus,vel turbine morbi,
Vel quum Cæritus cacodæmona pectore quiſquam
Baiulat inſano,vel quum furit improbus Euan:
Quinquam & auaritia,ambitio,dolor,ira, voluptas,
Non minùs ac vinum humanos confundere ſenſus,
Atque animis tenebras ſoleant inducere:quare
(Dicere ſi verum volumus)pars maxima vuit
Ebria veſanis affectibus.inueniuntur
Heu pauci,qui non titubent,qui lumine ſano
Aſpiciant quid agant,ac ſe ratione gubernent.
Hinc non inſcitè quidam,numerum infinitum
Stultorum dixit.nam quis non indiget albo
Helleboro,& tota Anticyra?vix Græcia ſeptem
Inter ſtultorum tot millia connumerat qui
Credantur vero ſapientis nomine digni.
Humani generis mater nutrixque profectò
Stultitia eſt,ſine qua mortalia cuncta perirent,
Nilque agerent homines in terris.hac duce fiunt

Bella,

Bella,& quæ bellis sunt opportuna tot arma,
Tot clypei,tot signa suis distincta figuris:
Hæc rursus monstrante,ioci,thyasique,chorique
Inuenti,tot deliciæ,tot ludicra,tótque
Ornatus.nónne hinc etiam vis tanta librorum,
Tantus nugarum torrens fluit?omnia saltem
Plurima facta hominum veniunt ab origine tali.
Iam verò tristes casus,& tristia fata,
Sunt quibus expositi mortales,dicere ad vnguem
Nemo quidem posset,quamuis facundus:in vndis
Mergitur hic,auidisque miser fit piscibus esca:
Ille cadit,præcépsque ruens perit,aut malè languet
Perfractis membris:alius niue,grandine,& imbri
Obruitur:multos inopino fulminis ictu
Interijsse liquet:quosdam delapsa ruina
Contriuit:nónne absumunt incendia multos?
Nõne aliquos aut herba nocens fungúsue malignus
Incautos perimunt?nonnullos gutture fixus
In medio cibus elisit.quot bellua morsu
Exanimat?mulúsue malus,vel non equus æquus,
Dum furit atque ferit ferratis calcibus?aut bos
Indomitus,quoties cornu bacchatur acuto?
Quid referam,quot damna homini persæpe venire
Culpa hominũ soleant?adeò vt fera nulla magis sit
Formidanda illi quàm semine natus eodem.
Hinc tot prædones,tot fures,sacrilegi tot,
Tot delatores,tot falso in crimine testes,
Tot mœchi,tot carnifices,mortalia turbant
Otia,ceu lætos turbat lea visa iuuencos.
Ille nocet lingua,hic ferro,pars maxima fraude:
Ille palàm rapit,hic clàm: sunt & qui simulato
Nomine amicitiæ,vel nomine relligionis
Imponant multis,quos credulitate hdéque
Insulsa faciles falli nouere.ferè omnes
(Prò genus infandum) dàmnis gaudent alienis.

Non

Non frater fratri, nec amicus fidus amico,
Nec patri natus. verè hîc sunt tartara, sunt hîc
Cerberus, & furiæ, & chaos, & styxideniq; quicquid
Horribile & fœdum nigri tenet aula tyranni.
Sola quies somni pacem mortalibus affert,
Dum viuunt: nihil hac (nisi tetra insomnia turbent)
Dulcius esse potest: nam curas atque labores
Eximit, & blandis miseros amplectitur alis.
Hanc homini tamen inuidit natura quietem.
Iussit enim vt dirus pulex, ciméxque, culéxque,
Morsibus inficerent huius tam dulcia pacis
Gaudia: ne desint vnquam mala nocte diéque.
Longè igitur melior mors est quàm mortis imago.
Nam quicunque fretum vitæ gaudente carina
Tranauit semel, & tutum tenet anchora portum,
Ille hilaris ventos ridet tumidásque procellas,
Leucotheámque caput sertis redimitus adorat,
Atque Athamanteum donis onerat Melicertam,
Securus celebrans varios in littore ludos.
Mors omnes finit pœnas, mors omnia soluit
Vincula, morte fugit metus omnis & omne periclũ.
Vtque dolor nullus, te nulla vrgebat egestas,
Quum patrios nondum lumbos ingressus, eras nil:
Sic postquam extrema fueris iam morte solutus,
Te nullus dolor, & te nulla vrgebit egestas.
Quis damnosa sibi, quis perniciosa fuisse
Tempora crediderit, quæ tunc fluxere, fuit quum
Ipse nihil, nondum materna conditus aluo?
Quis queritur nocuisse sibi mensésue diésue,
Quos nunquã vidit, vel quos nunquam ipse videbit?
Vel quis noctẽ illã vt paruã, miserámque, grauéque
Vituperet, qua nil sensit? somnóque profundo
Obrutus, vt lignum iacuit, gelidúmque cadauer?
Quid mors? æternus somnus. sõnus? breuis est mors.
Sed multis placet immortales esse animas, &

Viuere defunctos perhibent, membrisque relictis
Nudatos, veluti proprio de cortice tracta
Cochlea nudari solet, ad Plutonia regna
Tendere præcipites, ac tartara nigra subire:
Myrtiferumque nemus fingunt, vbi vulgus amantũ
Ingemit atque adducit feruentes ignibus amnes,
Monstráque vipereum manantia gutture virus,
Distinctáque locis sedes: vbi vagiat infans,
Atque vbi verberibus sæuis facibúsque cruentis
Eumenides agitent comites: vbi rura beatis
Debita perpetuis virtant pulcherrima ramis.
Aſt aliter dicunt alij, & poſt funera credunt
Eſſe quidem manes, ſed qui vixere decenter,
Ac rectè, in cœlum ſublatos iungier aſtris:
Contrà qui pecudum ritu terrena ſecuti
Neglexere deos, pecudum quoque corpora iuſto
Iudicio induere, & mutato carcere pœnas
Soluere tantiſper ſcelerum, dum prorſus ab omni
Crimine purgati cœtheream referantur ad oras.
Quæ ſi verà forent, etiam metuenda foret mors,
Aut ſaltem bene viuendum, vitiiſque carendum.
Namque pijs iuſtiſque daret bona præmia, contrà
Iniuſtis meritas pœnas meritúmque dolorem.
At qui mórte obita ſuperéntne, an ſint potiùs nil,
Et cum corporibus pereant animæ quoq; (tanquã
Sole niues verno) aut nubes Aquilone ſolutæ,
Dicere non noſtrum eſt: videor ſatis eſſe loquutus:
Germanam ſcitare meam, quam nomine Graij
Appellant Sophiam: (namque hæc doctiſſima tales
Aſſiduè verſat curas, ſempérque requirit
Occultas rerum cauſas, & amabile verum.)
Hac igitur monſtrante paues naturam animarum
Noſcere, (ni fallor) ſi te tenet iſta cupido.
Mi ſatis id fuerit tibi dicere, quòd metuenda
Mors non eſt, ſaltem iuſtis, qui pectore puro

Vixerunt:

Vixerunt: quoniam vel dulci pace fruentur,
Æterno addicti somno, vel præmia habebunt
Debita virtuti, & fœlices efficientur.
Quare agedum sanctos mores amplectere, & omnē
Pelle animo noxam pro viribus: hoc tibi pacto
Mors leuis ac facilis fiet, nullóque timore
Depositum reddes naturæ, & lætus obibis.
Quin hæc tecum animo versa, sic cogita & inque,
Quid mihi mors oberit? quo me lux vltima damnó
Afficiet? nullo nimirum. quid mihi demet?
Diuitias? sed diuitijs tunc neutiquam egebo,
Nec re vlla prorsus. cur non ditissimus ergo
Censeri potero? nempe est locupletior ille,
Non qui plura tenet, sed qui minùs indiget. aurum,
Argentum, gemmas, palatia, prædia, vestes,
Atque alia id genus, omninò aspernabor, vti nil
Apta mihi: nec me torquebit adempta voluptas:
Vt neque torquentur pecudes quòd mollia viua
Non habeant, vel melliras croceásque placentas:
Quæ non optantur, quid tum, si non habeantur?
Sed dulces natos, & dulces linquere amicos
Cur adeò miserum est? nónne esset deterius si
Me superante illi morerentur? perpetsóque
In mœrore manerem? vt scribunt Nestora acerbo
Antilochi fato: aut Euandrum funere nati,
Quē Rutulus ferro strauit, Phrygia arma iuuantem,
Æterno in luctu vitam duxisse molestam.
Præcedam? at paruo pòst tempore nostra sequētur,
Quum volet ipse Deus, vestigia, méque reuisent:
Si modò sunt aliquid manes, vt credere par est,
Vt Christi præcepta docent, multique sophorum.
Quicquid erit, non propterea mihi dura videri
Mors debet, quòd diuitias & dulcia vitæ
Gaudia surripiat: namque hæc sunt tradita nobis
Mutuò: & vsuram rerum natura benigna,

Non res concessit miseris mortalibus: ergo
Quum nil sit nostrum, moriendo aliena relinquam,
Nilque meum amittam. quid tum si aliena relinquo?
Quid doleam, si quæ sua sunt natura reposcit?
Nudus ego hûc veni, simul hinc ego nudus abibo.
Múdus enim quoddã hospitiũ est, vbi turba animãtũ
Diuersorum ingens habitat: quæ tempore certo
His fruimur dapibus, quas conuiuator habendas
Vbertim, & gratis permittit: sumite, dicens,
Sumite: non meritis vestris, sed munere nostro.
Hæc bona tradidimus vobis obsonia, donec
Mî fuerit visum vos hinc dimittere, donec
Eia agedum dicam, nostris decedite mensis.
Vescimini, & genio læti indulgete. sed hora
Vltima quum veniet qua vos hinc ire iubebo,
Parcte æquo animo, & venturæ credite turbæ,
Conuiuásque alios ijsdem gaudere sinatis.
Ergo quis, nisi sit demens, ingratus, iniquus,
Talibus auditis alieno excedere tecto
Nolit, & inuito domuno residebit? at ille,
Pessime vnde foras, clamabit, & eijciet vi.
Tunc malè confusus, lachrymãs, querulúsq; recedet.
Cur ego sortiferæ si me vocet arbiter vrnæ,
Mordicus inuitam vitam retinebo, vel ægrè
Migrabo, vt nulli? neque enim fas: imò libenter
Destituã mundũ hunc fœdum, inmmerisq; refertũ
Fraudibus atque dolis, incestibus atque rapinis,
Est vbi nulla fides, pietas vbi nulla, nec vlla
Iustitia & pax & requies, vbi crimina regnant
Omnia, vbi frater fratri insidiatur, vbi optat
Interitum patris natus, muliérque mariti,
Atque vir vxoris: nemo est, vel rarus vbique,
Qui non furetur (modò possit) non rapiátque,
Qui non sit fallax, qui non ficto ore loquatur:
Vt meritò possit mundus spelunca latronum

Dicier.

Dicier. en reges ſub honeſto nomine, necnon
Pontifices, ſpoliant populos. en depeculantur
Certatim ciues, laniantes viſcera matrum.
Quid tot ſtupra loquar? ſunt cuncta libidine plena,
Et paſſim proſtant, & clàm fodiuntur ephœbi.
Quis non mœchatur? myſtæ, vafrique cuculli,
Quos caſtos decet eſſe, palàm cum pellicibus, vel
Furtim cum pueris, matronis, virginibúſque
Nocte diéque cubant: ſunt qui conſanguinearum
Inguinibus gaudent, ineunt pecudes quoque multi:
Et rura, & ſiluæ infames, vrbs quæque lupanar.
Adde tot inſtantes caſus, tam multa pericla,
Quæ impendent ſemper mortalibus, adde labores
Aſſiduos, & tot ridenda ſuperſtitionum
Agmina, queis opus eſt ceruicem ſubdere: quando
(Proh pudor) ignari ſophiæ, caſſique cerebri,
Doctrinæ oſores (quibus eſt ſola alea curæ,
Aut nutrire canes & equos, volucréſque rapaces,
Continuiſque iocis puerilem ducere vitam)
Sceptra tenent, præſunt populis, vrbéſq; gubernãt,
Hinc tanta errorum ſcabies, tot ſtultitiarum
Colluuies, hinc & tot millia flagitiorum.
Talia ſi tecum reputas, animóque reuoluis,
Non metues mundũ hunc tã ſtultũ, tamq; malignũ
Linquere. ſed potiùs rectè feciſſe Calanum,
Atque alios dices, qui ſeſe ſponte necarunt,
Et ſponte hanc ſcelerum caueã, ſtabul úmque ferarũ
Deſerüere, manu ceſſantia fata vocantes,
Nec voluere vltrà moribundum paſcere corpus,
Et miſeræ carni tanto ſeruire labore.
Quòd niſi relligio obſtaret, legéſque Platonis,
Et Deus, hortarer te vltrò dimittere vitam,
Et ſortem infamem & ſceleratas linquere terras.
Non vinum, vt vinum appetitur: ſed tale, bonumq;,
Sic vita, vt vita, eſt nihili, niſi ſit bona: quòd ſi

Est misera, vt vinum corruptum despiciatur.
Esse quidem, per se nec amandū, nec fugiendum est:
Quippe habet hoc quamuis vilissima recula, vermis,
Musca, lapis, cortex: nihil est optabile, dempta
Conditione boni. nisi sit tale, esse bonúmque,
Non video cur optari, cur possit amari.
Quare qui mortem metuit, valde insipiens est,
Quum mala tot tantósque pati sine fine labores
Corporis atque animi malit, quàm vel cruciatum
Omnem cum carne exuere, & requiescere semper,
Æternáque frui ac tranquilla pace: vel ipsis
Depositis membris, nulla re prorsus egentem
Viuere, nec sentire aliquem iam posse dolorem,
Atque vnà cum diuis totum percurrere mundum,
Singula spectando, & ventos superare volando,
Ni fuerit pingui vitiorum fœce grauatus,
Cogatúrque imas terrarum habitare latebras.
Postquam sic fata est Musarum maxima, surgit,
Et me Phœbæa renuentem fronde coronat:
Deinde abiens per inane amplū, sese abdidit astris.

LIBER SEPTIMVS.

LIBRA.

MVsa agedum surge, & melioribus vtere pennis:
Alta pete, atq; humiles iam dudū despice curas:
Rebus in excelsis decus est & gloria maior.
Contemplare deos, terámque per æthera curre,
Est vbi ver æternum, vbi pax æterna, vbi semper
Lucidus apparet Titan, nullúsque tenebris
Lædituralma dies, non illis nubifer Auster,
Vesaníque Aquilo: Zephyri sed blandior aura
Spirat, & ambrosiæ lassissima gramina mulcet.
Hæc spectare igitur: tamen inde relapsa vicissim

A centro ad centrum vario discurre volatu.
Ac veluti speculam quærit, quicunque videre
Optat multa procul: sic te super astra necesse est
Scandere, si vsque Iouis solium hac sublimis ab arce
Subiectum claro spectabis lumine mundum.
Principiũ primũ, immensum, admirabile, summum,
Ex quo cuncti fluunt, tanquam de fonte perenni,
Vnum est dumtaxat, nec rectè plura putantur:
Nam si plura forent rerum primordia, vel nil
Inter se prorsus differrent: sic erit vnum;
Vel magè differrent, & sic fateamur oportet,
Esse aliquod majus, melius, præstantius, inter
Cætera principia, vnde alijs tribuatur origo,
Arbitrio cuius moueantur cætera. nam si
Plura mouent pariter, si vires omnibus æquæ,
Si par imperium est, non est tamen æqua voluntas,
Parque illis animus, crudelia prælia fiunt
Iugiter, atque omnem impellet discordia motum,
Vt si forte ratem parili conatmine plures
Impellant venti, nunc huc, nunc flatibus illa
Ambiguis agitata hæret, cui pareat, aut quem
Audiat, vnde loco semper, periatur eodem.
At si animus cunctis idem est, eademq; voluntas
Principijs, frustra ponentur plura, sed vnum
Sufficiet. nam si non sufficit, atque aliorum
Indiget auxilio, si non nisi iuncta mouere
Possunt, haud dubiè imperfectum erit vnumquodq;,
Nec poterunt verè primordia prima vocari.
Nam perfectum imperfecto prius esse necesse est,
Nec non composito simplex, & pluribus vnum,
Ex misto purum: quod prudens nemo negabit.
Est operæ pretium tamen hoc ratione probare.
Causa suo effectu prior est, authorque operi ipso.
Perfectum verò, quia partes continet omnes,
Nilque illi deest, longè est robustius, atque

Fortius ergo facit, mouet, imperat, vnde putatur
Iure quidem causa atque author: sed debile contrà
Est imperfectum, quia partes non habet omnes,
Huicque aliquid debet proin vincitur, atque mouetur
Perfecti iussu; paret, non imperat: ergo
Iure quidem effectus dici, atque opus esse meretur,
Posteriusque ipso perfecto debet haberi,
Quòd si principium primum, quo cuncta creantur,
Imperfectum esset: miserum foret vsque, & ab illo
Nil posset fieri perfectum: sicut ab arte
Quæ non perfecta est, perfectum non opus exit.
Quare non possunt plura esse exordia rerum,
Aut vnum: quia perfectum non amplius vno est,
A quo fiè rerum æternus deducitur ordo,
Vt monade à prima innumeri numeri generantur,
Est etiam primum ac simplex: nam posteriora
His sunt composita & mista. an componere quisquã
Aut miscere potest, si non prius inueniantur
Ex quibus id fiat? prius hæc extare necesse est
Singula per se, deinde simul coniuncta manere.
Ergo principium primum (ceu diximus) vnum est,
Ac simplex, nec non primum: quod viuere si non
Credimus, erramus: quoniam nisi viueret, vnde
Esset vita aliis, quorum viuant cuncta per ipsum?
Viuit nimirum, atque sapit, quia condere nunquam
Tot bona, tam varia & pulchra, & tãto ordine posset
Ni sapiens foret, & cognosceret omnia ad vnguem.
Nec dubitandum etiam, sed corde atq; ore fatendũ,
Hoc ipsum esse bonum. nunquid bonitate carebit
Illud cunctorum quod origo & causa bonorum est?
Num fonte ex dulci riui effunduntur amari?
Num dulces riui ex fonte effunduntur amaro?
Aut non est nihil esse boni: aut bonus ille putandus
Qui rerum fons est, & mundi maximus auctor.
Hunc homines varie appellant: nos ore latino

Qui

Qui loquimur, plerumq; Deúq; Iouémq; vocamus:
Qui quum sit primum ens, & ab ipso cætera fiant,
Idcirco est per se viuens, sapiénsque bonusque,
A nullo accipiens quod habet, verùm omnia ab illo
Accipiunt. igitur quod habent, amittere possunt,
Si modò nil conferre velit dator ille supremus.
Vt riui possunt arescere, si neget vndas
Fons solitas: tamen haud ideo fons deficit ipse.
Nam per se producit aquas, neque pendet ab vllo:
Sic Deus est per se, idcirco non deficit vnquam:
Nec si cuncta simul pereant, ideo ipse peribit.
Quicquid enim per se est, semper durare necesse est,
Quum nullo indigeat, quum solo pendeat à se.
Quum vi non possit, quum nolit sponte perire.
Demum ipse est totum: sunt autem cætera partes.
Tale tamen totum non est, quod constituatur
Partibus ex ipsis, quum sit super omnia simplex.
Sed virtute (inquam) totum est, quia condidit orbem
Tam vastum, & quicquid tam vastus continet orbis.
Omnia quæ viuunt, & quæ viuentia non sunt:
Omnia quæ apparent, & quæ apparentia non sunt,
Ipse facit solus, solus quoque facta tuetur.
Hac ratione igitur totum est, totúmque vocatur.
Vt semen tota est arbos, quia viribus eius
Quanquã sit minimum, tamẽ ingens nascitur arbos,
Quæ validis ramis spatiosis explicat vmbras:
Multi autem dubitant an corpus corporeúsue
Sit Deus, esse etenim nil præter corpora credunt.
Atque ea corporeo quæ sensu percipiuntur.
Quare nos vtrum hoc sit verum dispiciamus.
Omne quod est corpus, quantúm & quale esse necesse
Atq; duo hæc propter, nimirùm sensile corpus (est,
Redditur: his demptis, quid sensu percipietur?
Quod verò quantum & quale est, componitur: æqui
Simplex est Deus ipse, velut iam diximus, ergo

Neu-

Neutique corpus habet. prædictis adde, quòd omne
Corpus materia saltem, formáque coactum est.
Præterea non finitæ virtutis oportet
Esse Deum, æternus quum sit, ne desinat orbis.
Nullam infinitam virtutem corpus habebit,
Quodlibet est etenim finitum, nempe rotundum,
Corporibus cunctis maius, meliúsque suis est
Limitibus cinctum: sic quod quater angulus, aut ter
Format, sic alias quod habet quascunque figuras.
Ergo infinitæ non est virtutis, & istud
Monstro sic: partes hoc diuide corpus in æquas,
Sítque A dimidum, sit B pars altera: quæro
An possit tantum A, quantum B, & vtrique potestas
Infinita sit? hoc pacto pars altera frustra est,
Altera sufficiet quòd si pars vtraque vires
Finitas habet, & totum tale esse necesse est,
Finitis etenim constare ex partibus ipsum
Infinitum, audet qui dicere, desipit. ergo
Corporis est expers, qui corpora cuncta creauit.
Fortè aliquis respondebit: Deus infinitum
Est corpus: nos verò istud posse esse negamus.
Omne etenim spatium compleret, neq; locus vllus
Restaret vacuus qui clandere cætera posset:
Sic nec mundus erit, nec nos, nec denique quicquam
Præterea corpus viuens, quum nobilius sit
Ac melius quàm quod vita caret: haud dubitandum
Nobiliorem esse ac meliorem corpore vitam,
Propter quam corpus melius sit nobiliúsque.
Quæro igitur nunquid vita est substantia? vel quid
Accidit? hoc si sit, substantia vilior esset,
Nec non deterior quàm quod substantia non est:
Quod certè absurdum, clamabit turba sophorum.
At si vita ipsa est substantia, corpore nullo
Indiget adiuncto sibi, soláque puriùs, atque
Commodiùs per se quàm corpore iuncta manebit.

Nam

Nam quare adsciscat corpus sibi, viuere liber
Quum valeat mundi sator, & sine corporis vsu?
Nempe superuacua est moles, & carceris instar
Continet inclusas vires, animámque coërcet,
Impediens, ne quò vult pergere libera possit.
Ille igitur summus princeps bonus, omnipotensque,
Æternus, sapiens, prorsus sine corpore viuit.
Sed quare hoc multi nolunt concedere? dicam,
Nempe quia in crasso demersi corpore, crasso
Obducti sensu, nil præter corpora norunt.
Vt si fortè oculis vitrum quocunque colore
Infectum obijcias, quicquid spectabis, eundem
Qui vitro, credas decepti habere colorem.
Scire tamen debemus, & omni errore fugato
Credere nec dubiè, esse alia & quàm plurima verè
Entia, vel nullo viuentia corpore: vel quæ
Corpus habent tenue in primis, vt cernere nostri
Haud possint oculi, nec nostra tangere sensus;
Atque ideo nobis meliora & nobiliora.
Quòd forsan tali poterit ratione patere:
Omne graue & crassum quanto plus continet in se
Terrenæ fæcis, tanto fit vilius illo
Quod tenue atque leue, & subtilis materiai
Massa est compositum: docet hoc quodcunq; metal-
Nam simul ac validis Vulcani viribus arsit, (lum.
Liquitur, & partes illius deteriores,
In quibus est terræ plus, & granitatis, habentur
Pro nihilo, in scoriámque abeunt: leuiora magisque
Pura, nitent: meliore sono, melioré figura.
Sic panis melior, qui purior & leuior sit
Ex simila: hunc dominí comedunt: sed crassior esq;
Dat famulis: rursus grauiori & deteriori
Custodes pecoris pascuntur rure molossi. (bentur
Sic aqua, sic vinum, atq; oleum, & liquor omnis ha-
Nobilior tantò, quantò est subtilior atque

Luci-

Lucidior leuiorque: cibus quoque crassior, & cui
Plus grauitatis inest, in sordes versus ab aluo
Pellitur: ast alius terreni ponderis expers,
Fit caro, fit sanguis, sitque vtile nutrimentum.
Cur lapides viles, crassóque, grauique & opaco
Corpore sunt, gemmæ pretiosáque marmora lucẽt?
Nempe quia his minus est terrenæ fæcis: at illis
Materies concreta magis densáque tellus
Dat pondus, lucémque admit, pretiúmq; decoris.
Sunt speciosa igitur minus, & pretiosa, tenent quæ
Plus terræ: vnde etiam possunt minus entia dici:
Vt minus est aurum scoria, & quod vilius auro est.
Namque elementorum certè est vilissima tellus,
Et quasi fæx quædam: idcirco faber optimus illam
Inferiore loco fixit, multúmque remoto:
Vt quantum posset, distaret ab æthere puro:
Densauítque globum, vt minor & contractior esset,
Cœlicolúmque minus turbaret lumina, quando
Immensi spectare velint penetralia mundi.
Ergo vbi tam pulchrũ absoluit Deus amphitheatrũ,
Ornauítque ipsum stellantibus vndique gemmis,
Quicquid vbique fuit scobis immundæque relictum
Passim materiæ, ventos abstergere iussit.
Illi cõfestim domini mandata faceſſunt. (tentes
Hinc Aquilo, inde Notus, Zephyrusque Eurúsq; pa-
Certatim verrunt campos, glomerántque redactas
In medium sordes, varíisque afflatibus vrgent;
Sic facta est tellus, quæ prorsus ab æthere toto
Expulsa, ad centrum sese miseranda recepit.
Non locus alter erat distantior, interiórque,
Ad quem confugiens tandem requiescere posset.
Nónne etiam reliquis infirmior est elementis,
Debiliórque etenim si discindatur ab æstu,
Aut ferro, aut alia quauis ratione, redire
In sese nequit, ac diductas iungere partes.

Ast

Aſt aqua ſi fuerit diuiſa, recurret in vnum
Extemplò, & rurſus veluti priùs integra fiet.
Sic aër, ſic ipſe ignis quum dilanianur,
Quamprimùm coëunt, diſſectáq; membra reducunt,
Et remanet facto de vulnere nulla cicatrix.
Vnde hoc? nimirum quia ſunt meliora, magiſque
Perfecta, & propria poſſunt virtute moueri;
Terra autem per ſe ſtabili grauitate quieſcit,
Immo alijs cauſa eſt vt ſint immota, locúmque
Ne mutare queant. ſiquidem plus eſt vbi terræ,
Plus grauitatis ineſt, minus illic mobilitatis.
At quæ ſunt leuiora, eadem ſunt mobiliora,
Et vitæ propiora quidem: nam cauſa mouendi
Corporibus vita eſt: patet hinc, quòd mortua mota
Cuncta carent. ſed quum viuentia ſint meliora
(Quandoquidem nihil eſt vita pretioſius ipſa)
Haud dubiè, leuius quodcunque eſt, mobiliúſque,
Illud idem melius dicendum nobiliúſque.
Ergo errant prorſus qui credunt entia tantùm,
Quæ apparent oculis, vel tactu percipiuntur,
Et quæ craſſa magis. quid enim ſubtilius ipſo
Aëre? quidue poteſt tangi minus atque videri?
Vnde ipſum multi vacuum, & nihil eſſe putarunt.
Apprimè eſt tenuis: quid ni? veruntamen eſt ens.
Et verum Corpus, primis de quatuor vnum,
Nobilius terra, & terram hume ctantibus vndis.
Tradita proinde fuit ſedes ſublimior illi.
Nam quæ ſunt cœlo & ſtellis propiora beatis,
Debent nobiliora etiam, & meliora putari.
Nónne omnes venti tenues, vt lumina fallant?
Quis tamen eſſe neget ventos? qui ferrea poſtquam
Carceris Æolij fregêre repagula, montes
Ingentes quatiant, validaque à ſtirpe reuulſas
Deijciunt ornos, pontúmque à ſedibus imis
Euertunt: cogunt nubes, ſoluuntque coactas

Terri-

Terribilesque cient tonitrus, & fulmina trudunt.
Quum tantas habeant vires, non entia dices,
Cernere quòd nequeas, vel pressos stringere palmis?
Nimirum stultum est committere sensibus omne
Iudicium: fallunt oculi persæpe videntem,
Próque alio monstrant aliud. demergito in vndas
Perspicuas baculum rectum, apparebit in illis
Incuruus: curtat propè litus adacta phaselus,
Currere tunc litus credas, cessare phaselum.
Fallaces igitur sensus, ætate frequenter
Aut morbo, aut alijs causis mutantur & errant:
Nec sunt cuique pares: quod pulchrum iudicat ille,
Contrà hic turpe putat: dulce ille, hic dicit amarum:
Ille alget, calet hic: variantur corpore sensus,
Inque alijs sine carne alij, partesque sequuntur
Interdum per quas operantur. vt ebrius vnam
Esse duas credit flammas, & fixa moueri:
Quippè moto turbati oculi, turbant quoque visum:
Aër præterea solet ipsos vertere sensus: (nunc,
Namq; modo est clarus, modo turbidus, humidus est
Nunc siccus, nunc est densus, nunc rarus: ita ipsos
Illudit varié sensus. hinc sanguineus sol
Apparet, minor, hinc vel maior luna videtur:
Hinc clamante aliquo sinuosa resultat imago,
Decipiens stolidas iteratis vocibus aures.
His alijsque modis possunt errare: sed ipsa
Certior est ratio. duce qua mens inuenit inter
Mille laxas nugas & inania somnia, verum.
Hanc amat, hanc sequitur, totis huic viribus hæret,
Qui sapit ingenióque valet, cui viuida mens est,
Æthereúsque animus: sed crassa obtusáque turba
Non videt hanc lippis oculis: hinc plurimus error,
Vanaque credulitas, & opinio cæca tenáxque.
Prudentum rectrix ratio est, at opinio vulgi.
Nos igitur rationis iter, quà possumus omni

Ipsa

Conatu ac ſtudio quæramus & ingrediamur.
Ipſa etenim ratio ſol eſt, qui tramite certo
It ſemper, per quam à brutis diſtare putamur:
Obſcuram incertamque imitatur opinio lunam.
Quid demum ratio dictat? vicentia multa
Eſſe quidem, noſtros fugiant quæ tenuia ſenſus.
Nam niſi feciſſet meliora & nobiliora,
Quàm mortale genus, fabricator maximus ille,
Nempe videretur non magno dignus honore:
Nempe imperfectũ imperium aeq; ignobile haberet.
Infra etenim naturam hominis, pecudéſque ferásq;
Exiſtunt, vales omnes ac mente carentes,
Et miſeræ, & ventri tantùm ſomnóque vacantes.
Quòd ſi nullum animal melius natura creaſſet,
Quidnã aliud foret hic mundus quàm turpe ferarum
Ac pecudum ſtabulum, ſpinis ſquè ſimóque refertum?
Quidnã aliud foret ipſe Deus quàm paſtor heruſque
Multorũmque gregum, multoſſimque animantorum?
Atqui hominem fecit: nimirum maxima laus hæc,
Nimirum ſi tui hoc: ohe, fieri melius nil
Debuit aut potuit? iamiam perfectior orbis
Eſſe nequit: fuit hæc Iouis infinita poteſtas?
Sed videamus vtrum ſit fas hoc credere. non eſt,
Non eſt hoc (inquam) fas credere, nec ratio vult.
Nã quid homo eſt? animal certè ſtultũ aeq; malignũ,
Præque alijs miſerum, ſi ſe cognoſcat ad vnguem.
Quis non ſponte malus? vitiorum lubrica & ampla
Eſt via, quà properant omnes, vtróque ferimur,
Nec prohibere valent monitor, lex, poena, verſuſue.
Contrà, virtutis ſalebroſa, anguſta, nimiſque
Ardua, quà pauci tendunt, ijdémque coacti.
Quis ſapit? an mulier? nunquid puer? aut cerdonum
Tota cohors? ecce ſtultorum maxima turba eſt.
Cæcis verſamur tenebris, & ducimur omnes
Affectu: aut nulli aut pauci, quos rector Olympi

Bre-

Præcipuè sibi delegit, ratione reguntur.
Quis contemplari valet: aut vnde otia nobis
Sunt, vt possimus latitans inquirere verum?
Distrahimur varijs curis: pars plurima vitæ
Conteritur somno, reliquum morbi atque labores
Assidui impediunt; paupertásue improba turbat,
Desidia interdum, interdum furiosa voluptas.
Hinc stulti sumus, hinc nobis sapientia desit.
Nanque ea continuo studio longóque paratur,
Pacatúmque animum poscit, mentémque quietam.
Quàm verò genus humanum miserum sit, abundè
(Ni fallor) sexto libro, monstrauimus antè.
Ehen pœnarum scelerúmque & stultitiarum
Hic locus est: hæc est tenebrosi regia Ditis,
In qua nemo quidem non multa incómoda suffert.
Turba tamen stupida & crassa hoc non cogitat: imò
Inter continuos, detestandósque labores,
Sæpe canit demens, & ridet, nec miseram se
Agnoscit, patitur pœnas, obitérque iocatur,
Et subitò obliuiscitur omnia, dummodo parua
Dulcedo subeat, lethen hæc mentibus infert.
Prouida sed tales voluit nos esse, sagáxque
Natura; vtiliter certè nam si saperemus,
Quis ferret miseræ tot tantáque tædia vitæ?
Tristitiam, curásque graues sapientia gignit.
Ipsa etiam natura hominem spe lactat inani,
Quia sine quisque sibi mortem consciscerет vltrò,
Ergo stultitia & spes sum duo pharmaca nobis
Tradita, prudentis naturæ consilio, ne
Tot tantisque malis affecti deficiamus.
Quòd si hodie haud vnum est animal præstantius ipso,
Mundi auihor quid erit? stultorúmque & miserorum
Et sceleratorum dominus, princeps, pater, & rex.
O bellum imperium ô summum ac mirabile regnũ?
O bellos comites? quid quæris Iupiter vltra?

Iam

Iam non es solus : tam pulchrum condere mundum
Scilicet hos propter decuit te. seruiat istis
Cœlum, sol, luna, astra, aër, tellus, mare, quid ni ?
Sed mox in nihilum redeant, pereatque velut nix
Adueniente æstu, aut hyberno tempore frondes.
Quanti sunt quæ tam imbecillo corpore constant ?
Quanti sunt quæ tam imperfecto tempore durant ?
Nunquid credibile est, terram pontúmque habitari
Duntaxat ? quæ sunt cœlo collata fere nil ?
Quid tellus pontúsque simul? punctum propè dicas,
Si mundi spatium immensum ac mirabile acuto
Perpendas animo : quin ipsis quodlibet astrum
Est maius, veluti perhibent qui talia notunt.
Ergo tam exiguus locus, & tam vilis habebit
Tot pisces, homines, pecudes, volucresque, ferásq; :
Cætera erunt vacua, & proprio cultore carebunt ?
Atque aër desertus erit, desertus olympus ?
Delirat quisquis putat hoc, hebetisque cerebri est.
Immò illic longè plura & longè meliora
Viuere credendum est, longéque beatiùs atque hîc.
Denique si verum volumus sine fraude fateri,
Est hominum sedes, brutorúmque infima tellus :
Ast aër vltra nubes, cœlúmque beatum,
Pax vbi perpetua & nitidi lux clara diei
Assiduè regnant, domus est & regia diuûm.
Quos licet haud possit mortalis cernere visus
(Est etenim tenuis nimium natura deorum)
Sunt tamen innumeri, bibulæ quot corpora arenæ
Littoribus cunctis, cunctis quot gramina campis.
Qui credit cœlum tam immensum, tamq; decorum
Desertum omninò ac solum, vacuumque colonis,
(Quum teneat vilis tam multa animalia tellus)
Delirat, crassa mentis caligine pressus,
Nec minùs ac pecudes terrena in fæce sepultus.
Nec mirum puto, si fortunatæ inueniuntur

Insulæ in Oceano, loca cunctis plena bonis et
Delicijs, veluti quidam scripſêre, vbi vitam
Nunquam vllus dolor aut casus contaminat vllus.
Sed cœlum, Oceani nomen, quia concolor illi est,
Et velox apprimè, ideo fortasse recepit:
Omnis stella autem censebitur insula: quid ni?
Nónne domos etiam multas ita sæpe vocamus,
Quòd solæ à reliquis sint omni ex parte remotæ?
At si aliter dicunt quàm nos exponimus, errant.
Non etenim in nostro Oceano sunt talia: Reges
Hæc loca non sinerent armis intacta, suóque
Imperio vellent adiungere, si quis ad illa
Accessus foret, & cuperent consistere in illis.
Sed quid non fingit nugarum Græcia mater?
Nempe suos aër cœlumque ac sidera ciues
Indigenásque tenent: quod qui negat, ille beatis
Inuidet, atque Dei maiestatem inſipienter
Blasphemat. nunquid non est blasphemia, cœlum
Dicere desertum, & nullis gaudere colonis?
Atque Deum nobis tantùm, brutisque præ esse,
Tam paucis, & tam miseris animalibus, & tam
Ridiculis? certè sciuit, potuit, voluitque
Omnipotens genitor, nobis meliora creare,
Quæ viuant meliore loco: vt sua gloria maior,
Maius & imperium foret, & perfectior orbis.
Nam quo plura facit, quo nobiliora, relucet
Hoc magis & mundi decus, & diuina potestas.
Sed dubium est an sint puræ & sine corpore formæ:
An varia (vt nos) membrorũ compagine constent.
Nimirum dictat ratio, quòd in aëre & igni
Corpus habent quæcunque manent animalia: nam si
Non sunt corporea, ergo aër desertus & ignis
Prorsus erit, vacuúsque locus dicetur vterque.
Quippe locum præter corpus, nihil occupat: illi
Cui non est corpus, non est locus, idque loco nil
Indiget:

Indiget: vt satis ostendunt præcepta sophorum.
Sed nunquid morti debentur? credere par est,
Viuere longa quidem & fœlicia sæcula, tandem
Desinere, atque mori. nam si corrumpitur aer
Atque ignis, cur non pereant viuentia in illis?
Nempe loci naturam haurit, sequiturque locatum.
Fortè aliquis, quali specie, qualive figura
Sint hæc scire velit: par est quoque credere talem
Esse illis faciem, qualem nec terra nec vnda
Ferre solet, nostra meliorem ac nobiliorem:
Qualem nec fas est, nec cernere possumus ipsi.
At quibus in stellis vita est, & in æthere puro,
Cœlicolæ, nunquam pereunt: quia nulla senectus
Astra terit, nulla vnquam ætas labefactat olympum.
Credendúmque ipsis maiora & lucidiora,
Et formosa magis, magis & valida & leuia esse
Corpora quàm reliquis quæcunq; sub æthere viuût,
Atque elementa colunt, & tempore mensurantur.
Sed quid agunt? gaudent sensu ac ratione vicissim:
Nunc hoc nunc illo vtentes: mirísque fruuntur
Delicijs, quas humanum nec fingere posset
Ingenium, nec mortalis percurrere lingua,
Illic est verus mundus, vera entia, veræ
Diuitiæ, veri mores, & gaudia vera:
Ast hîc sunt vmbræ tantùm, simulacráque rerum
Friuola, quæ paruo momento vt cera liquescunt.
Illius mundi quædam est hic noster imago: (illo.
Quantũ pictus ab hoc, tantum hic quoque distat ab
Extra ipsum verò cœlum & supra omnia corpora
Esse alium mundum meliorem incorporeúmque,
Qui non percipitur sensu, sed mente videtur,
Nonnulli credunt: nec res est dissona vero.
Nam si nobilior sensu & præstantior est mens,
Cur habeat proprium mundũ, propria entia sensus,
Quæ verè existant, quæ percipiantur ab ipso:

At mens sola manens, proprio non gaudeat orbe?
Nilque habeat per se existens? sed somnia tantùm
Apprendat, tenuésque vmbras, & inania spectra.
Quæ non existunt per se, vera entia non sunt.
Aut igitur mens est nihil, aut natura creauit
Menti consimilem mundum, qui continet in se
Res veras, stabiles, puras, immateriales,
Quæ per se existunt melius quàm sensibiles res.
Hic ille archetypus mundus, perfectior isto
Sensibili, quanto sensu perfectior est mens:
In quo sol Deus est summus, dijque astra minores.
Ergo plura etiam quum sit perfectior in se
Contnet, ac diuersa magis quàm materialis
Corporeúsque orbis: sed nil corrumpitur illi,
Nil motum, nil tempus habet: sunt omnia fixa,
Æterna, absque loco & nullis obnoxia damnis.
Illic sunt causæ, & cunctarum semina rerum.
Sensibilis mundus mundo defluxit ab illo
Mentali archetypo, est quædam est illius imago.
Omnia sed perfecta illic, atque vndique tota:
Hic sunt particulæ rerum, quæ multiplicantur
Materiæ vitio. sic plures efficiuntur
Cerui: namque illic virtus est vna creatrix
Ceruorum: vulpes facit hæc, facit illa leones.
Sic de alijs dico quæ noster continet orbis:
Quæ numero plura, ic specie claudantur in vna.
Omnia prouenient suntque à virtutibus illis.
Haud aliter fabri magna exercentur in vrbe,
Quisque suo incumbens oper, diuersa laborat.
Quare ex particulis hic mundus constat. at ille
Ex totis, viuis per se, distantibus à se.
Singulæ nonnulli credunt quoque sidera posse
Dici orbes, terrámque appellant sidus opacum,
Cui minimus diuûm præfit: quia nubibus infrà
Imperium teneat, producátque omnia solus

Corpora

Corpora quæ æquor habet tellúſq; atq; infimus aër
Vmbrarum Dominus, ſimulachráq; viua gubernás,
Cui data ſit rerum cura & moderamen earum:
Quæ quia non durant, ſed tempore corrumpuntur
Exiguo, propè nil poſſunt vmbræque vocari.
Hic reor eſt Pluton, à quo tenebroſa teneri
Regna canunt vates: namque infrà nubila nox eſt.
Suprà autem lux clara nitet, ſplendórque perennis.
Huic igitur, tanquam minimo, Deus ille deorum
Rex genitórque dedit viliſſima regna, alioſque,
Vt quiſque eſt melior, melioribus addidit aſtris,
Imperiúmque ſuum natis diuiſit habendum.
Sed tamen hæc hominum nulli certa eſſe putamus.
Nam ſecreta Dei quis nouit? quis fuit vnquam
In cœlo, redijtque iterum, potuitque referre?
Non tanti eſt mortale genus, mens noſtra labaſcit
In rebus ſummis, nec ſpectat noctua ſolem.
Quiſque ſuo ingenio fretus, noua fingere gaudet:
Præſertim vates, quibus eſt fiducia maior.
Traditur his, quacunque velint, impunè vagari:
Nam furijs agitantur Iacchi, & Apollinis œſtro:
Quanquam nil prohibet furioſos dicere verum;
Et verum dixit quondam furioſa Sibylla.
Sit ſatis (hoc veluti promiſimus) oſtendiſſe
Multa eſſe, & nobis longè meliora, videri
Quæ nequeunt, viuunt tamen & ratione fruuntur.
Imò aliqui in primis docti ſcripſêre ſophorum,
Tales eſſe animas quoque noſtras, corporibuſque
Exutas non poſſe mori, æternaſque fatentur.
Sic Plato, ſic Samius voluit, ſic ſenſit & ille
Diuinus verè Plotinus, ſitque poëtæ
Non pauci cecinêre: igitur par eſſe videtur,
Atque operæ pretium (quoniam digniſſima ſciu
Res eſt) hanc etiam meditando euoluere partem.
Quid melius quàm ſe cognoſcere? corpora quid ſint

Norunt vel pueri ; puluis de puluere : verùm
Difficile est naturam animi cognoscere ad vnguem.
Quare hanc, Pierio confisus numine, totis
Viribus ingenij & solerti indagine, posthac
Quærere conabor, facilique ostendere versu.
Quo facto, Libram egressus, tua Scorpio adibo
Signa, vbi fatorum vires ac iura requiram,
Si modò non obstant scribenti fata poëtæ.
Sed quia in ambiguis rebus bene percipiendis
Progressus bonus est ac debitus ordo, vt ab illis
Quæ manifesta magis, magis & certa, incipiamus,
Hoc nos facturi sumus hac in parte. etenim si
Principia obscuris fuerint abstrusa tenebris,
Quæcunque ex illis veniunt, incerta sequentur.
Friuola si fuerint fundamina, tempore paruo
Deficiet quicquid super his fabricare volemus.
Effectus verò certi magis ac manifesti
Sunt nobis quàm causæ : igitur sumamus ab illis
Principium, & foribus rem perspiciamus apertis.
Iámque ideo à motu (quia per se sponte moueri
Possunt, quæ vitam retinent : quia denique motus
Præcipium vitæ indicium est) priùs incipiemus.
Nempe ipsum corpus, necnon membra ipsa quiescunt
Per se, & putrescunt : calor est fortasse mouendi
Causa, aut calfactus sanguis. sed viua frequenter
Stant immota, insit licet his sanguisque calórque,
Quandocunq; volunt requiescere. proinde volútas
Ipsius motus fons & causa esse videtur.
Sæpe volunt tamen, & nequeunt animata moueri :
Ergo vtrunque simul motum creat : imperat vnum,
Exequitur reliquum : iuber hoc, iussa efficit illud.
Velle quidem nihil est, sit desse posse. sed vnde
Vult animal mutare locum ? quia nempe voluntas
Mentis bonum monstrante videt, deinde ipsa mouetur
Virtute obiecti, & trahitur, velut ignis ab esca,

Vt

Vt lapide Idæo ferrum, paleæque minutæ
Heliadum lachrymis. miro sic ordine mundum
Instituit pater omnipotens, vt plurima nexu
Iungantur facili, & coëant: sed plurima contrà
Discordent inter sese pugnentque vicissim.
Vnde aliqui meritò esse aiunt primordia rerum,
Litem & amicitiam, pérque hæc fieri omnia credùt.
Ergo bonum mouet, à quo deinceps mota voluntas
Membra agitat, corpúsq; vrgens huc mittit & illuc.
Non tamen esse bonum cunctis animantibus vnum
Credamus: neque enim cunctis est vna cupido.
Diuersis diuersa placent, sua gaudia cuique
Distribuit natura: aliud puer optat amátque
Quàm matura ætas. nam qualia corpora, tales
Sunt plerumque animi, & talis plerunque voluntas.
Propterea nunc hoc volumus, nunc illud amamus:
Et quæ grata priùs fuerant, mox despiciuntur:
Nimirum, quoniam corpus mutabile, nunc hos
Nunc illos habitus diuerso tempore sumit,
Naturámque animi secum trahit. hinc sitis, hinc &
Macra fames, veneríque oritur genitiua cupido.
Atqui ipsum corpus mutant complura, vel ætas,
Vel tempus, vel casus, item potus, cibus aër,
Sideráque interdum, vt quidam scripsêre periti,
Non igitur solum obiectum, sed corporis ipsa
Conditio, nos velle facit diuersa, mouétque.
Sed ratione aliqui potiùs ducuntur, & illa
Procedunt monstrante viam, & virtute trahuntur:
Qui perquàm rari existunt. nam lumina mentis
Haud secus obducunt affectus corporei quàm
Phœbæum iubar inspissatus aëra fumi.
His demùm exutis corpus mortale mouetur,
Vis autem motiua animæ, cui mota voluntas
Imperat, imperium exequitur, membríque quietis
(Indupedita modo hæc non sint) infunditur horsum

Illorsum impellens, sed cur lassata labore
Langueſcunt? ſic crura dolent, ſic brachia torpent,
Hinc credo, quoniam ſanguis feruore ſolutus
(Feruet enim motu nimio) ſubducitur, atque
Deficit exhalans paulatim: non aliter quàm
Ægrorum extenuant quum pallida corpora febres.
Sāguis enim, aut alius vice ſanguinis humor, in ipſis
Diffuſus membris, animam vehit, atque alit ipſum
Corpus: quo vegetante, mouens vis concitat artus.
Spiritus eſt etiam quidam tenuiſque, leuiſque,
Quem generat calor, ac ſanguis reſolutus ab ipſo,
Ceu ſolet à radijs Solis reſoluta creare
Vnda leues agil éſque auras. hic ſpiritus intra
Viſcera concluſus paſſim fluitanſque cauernis
Corporeis, animæ præſtò eſt, animæque miniſtrat,
Quum vult ipſa aliquid fieri, corpúſque moueri.
Verùm hi qui ſomno oppreſſi ſunt, quomodo motū
Exercent? nam ſæpe aliquis per ſomnia ſurgens
Arma capit, vel ſternit equum, vel ſcribit, vt aiunt:
Vel citharam digitis pulſat ſopitus inertem:
Scire opus eſt, rerum in nobis ſimulachra manere,
Quas viſu aut alio ſenſu percepimus: hinc eſt
Quòd quaſi præſentē, abſentem ſpectare videmur,
Quòd iam præteritas voces audire putamus.
Has igitur ſpecies, cerebri penetralibus altis
Incluſas, turbat ſtomacho qui ſurgit ab imo
Euolitátque vapor: tunc mens deluſa, mouetur
Atque mouet corpus, fuerit ſi ſortis imago.
Sed caudam colubri abciſſam, caudamque lacertæ
Motantem ſeſe, nunquid mouet ipſa voluntas?
An potius vis illa animæ, quam nomine Graij
Phantaſiam dicunt? ceu quos vel dira phrenitis,
Vel Bacchi liquor immodicus, vel ſomnia vexant?
An ratione alia id contingit? forſitan intra
Nodoſas caudæ partes, vegetabilis ille

Spiri-

Spiritus incluſus, toto conamine quærit
Quà data porta fugam, & finuoſa volumina torquet,
Perque vias tenues ſenſim eluctatur in auras:
Vel pars illa animæ qua corpus ſentit, in illo
Stat diuiſa loco, & motum ciet. arbitror autem
Iudicio quæcunque carent, non poſſe dolorem
Aut aliquid ſentire. etenim vis maxima ſenſus
Cognitione fluit. qui plus cognoſcit, habétque
Iudicium maius, patitur magis, & magis idem
Gaudet: ſed ſtupidi atq; hebetes minùs omnia curãt,
Lædunter minus, & metuunt minùs, & minùs algẽt,
Atque calent, vix dignoſcunt aduerſa ſecundis.
Non igitur quoniam doleat, cauda illa mouetur.
Nil etenim ſentit, quia vis quæ iudicat, illic
Non eſt, ſed capitis parte in meliore remanſit:
Vnde prior mihi cauſa magis vera eſſe videtur.
Sic igitur motus fit, quo viuentia ſeſe
Propiunt. tamen hoc prædictis addimus vnum,
Quòd quandoq, bonũ præſens, quũ poſſit haberi,
Non mouet aut petitur: quia non cognoſcitur. ergo
Cognitio, motus etiam cauſa eſſe videtur:
Imò præcipua eſt: quis enim cupit illa petitue
Quæ prorſus neſcit? cæca eſt per ſe ipſa voluntas,
Nec quicquam ſibi velle poteſt, ſine lumine mentis.
A quo ſi fuerit minus illuſtrata, ſiniſtrum
Carpit iter, ſpecieque boni decepta labaſcit.
Verùm hæc de motu ſatis. hinc videamus vt ipſum
Viuentis corpus grandeſcat, quomodo fiat
Crementum, & certo cur tandem limite ſiſtat.
Ætherea quidam eſt ignis, qui animantia quæque
Viuificat, clauſus membris ac pectore cæco:
Hunc humor genitinus alit, ceu flamma lucernæ
Occaſo iam ſole, leui nutritur oliuo.
Hic ſtomacho immiſſas epulas coquit, inde per artus
Sparguntur ſubtiles, vnde medullæ,

Oſſa,

Ossa, caro, nerui, sanguis gignuntur, & omne
Paularim augescit corpus: velut imbribus herbæ
Ac plantæ crescunt, Solis virtute iuuante.
Si multus fuerit validúsque hic ignis, & humor
Conueniens adsit, quantum calor ipse requirit,
Fit magnum augmentum, tandem finitur, & vltrà
Non tendit, quum sit virtus finita caloris:
Quo demum languente, solet decrescere corpus.
Hoc patet in senibus, fiunt hi nanque minores,
Incuruíque, cauo spectantes lumine matrem.
Deficit ignis enim, & languet calor ille animalis:
Deficit humor item natiuus, quo sine vita
Stare nequit, veluti non lucet flamma lucernæ,
Si desint alimenta illi, redeúntque tenebræ.
Iam verò motus animi dicamus, & vnde
Proueniant: res abstrusa est, tamen excutienius,
Qua mens nostra tenus poterit pertingere verum:
Ac de ira primùm. audaces facit ira, pericli
Contemptrix, auget robur, virésque ministrat:
Qua suadente, hostem impauidi, Martémq; cruentũ
Aggredimur, raptísque in prælia currimus armis.
Causa est nimirum sanguis qui accenditur, & cor
Flammiuomum, fellísque liquor diffusus amari.
Iræ etenim sedes fel creditur, ipsaque bilis
Materiam præbet stimulis cæcóque furori.
Hinc, quæ felle carent animalia, neutique possunt
Irascí, pacémque colunt, ac bella recusant.
Hinc quibus est sanguis feruentior, atque caloris
Vis maior, tumidam citiùs labuntur in iram.
Sic iuuenes, sic & quorum mera vina replerunt
Plus æquo fibras, facilè excandescere notum est.
Ergo anima indignans, bilem cum sanguine miscet;
Deinde manus ab bella armat, mox vulnera fiunt.
Nam prius ipsam animam lædens iniuria turbat:
Quæ turbata, dehinc corpus mouet: vnde videntur

Errare

Errare hi quicunque animam non posse moueri
Contendunt: nam si nunquam moueatur, oportet
Stare loco, atque gradu corpus quoq; semper eodē.
Motus enim varius varium simul indicat esse
Motorem. sol mutatur, mutantur & vmbræ.
Cur nunc has reddunt, nunc illas organa voces?
Nempe quia huc illuc volitat manus, & diuersos
Dum tactus agitat, variam dat fistula cantum:
Sic anima affectus prius accipit ipsa latenter:
Quos vbi vult fieri notos, tunc vtitur huius
Aut huius membri officio, impertitur & illi
Id quod habet latitans in se, vt videatur & extet:
Haud aliter quàm quum fido rex dicit amico,
Atque aperit secreta animi, quæ postmodo cunctis
Diuulget populis, & diuulgata patescant.
Sic etiā sit amor. nam quum mens dulce quid optat,
Vsa ministerio cordis, tunc pandit amorem.
Corde amor, ira, timor, votum, spes, cura, voluptas,
Tanquā arce in quadā, cum anima versantur, & inde
Membrorum officio excurrunt per corporis vrbem.
At de istis aliàs forsan dicemus abundē,
Si Deus annuerit nobis, faciléque Camœnæ.
Sufficiat nunc, affectus fieri priùs omnes
In natura animi, causis venientibus extrà:
Deinde hos vel membri vel sanguinis aut humoris
Cuiuscunque opera effundi, in lucemque propelli.
Iūcta etenim cū sint corpúsque animusq; necesse est
Communes motus, communia vulnera vtrisque
Accidere, inque vicem sese mutare: quod vni
Infertur, quam primùm aliud quoq;, sentit, habétq;
Sympathiam, tanto se fœdere complectuntur.
Post hæc de sensu, quoniam properamus ad ipsum
Chelarum finem, breuiter mea Musa loquamur.
Quinque dedit sensus natura animantibus illis
Quæ sunt perfecta: ast alijs non tradidit omnes,

Atque

Atque ideo possunt meritò imperfecta vocari :
Quales lumbrici, & talpæ, conchæque marinæ,
Cochleáque, & spinis circumvallatus echinus.
Hos inter sensus præstantior esse putatur
Visus : quandoquidem menti certissimus hic est
Nuntius, ostendens illi quæ plurima terris
Naturæ ingenio ac mira virtute creantur,
Tot flores, herbas, fructus, animalia, plantas,
Tam multas lapidum species, tam multa metalla :
Ostendens etiam quos pascit in æquore Proteus
Squammiferos populos, & monstra natantia ponto.
Quodque his est maius, cœlestia templa deorum,
Stellarúmque globos, & sancti lumina Solis :
Mitto ea quæ faciunt homines, quæ lingua referre
Nulla potest. ergo hic sensus pulcherrimus atque
Optimús est, in quo sedes bene creditur esse
Præcipuámque animi hospitium : quotiésque videre
Aut affari aliquem volumus, tunc lumina nostra
Eius in aduersos oculos intendimus, ac si
Totus homo atque animus totus consisteret illis.
Nempe oculos, animi speculum quicunque vocarit,
Verus erit: nam blandus amor lucescit in illis,
Apparentque odium, feritas, clementia, mœror,
Læti, ia, improbitas, pietas, prudentia, nec non
Stultitia, ambitio, timor, ira, audacia, culpa.
Sed visus, quo sit pacto ? diuersa sophorum
Iudicia exquirant alij, nos prodere paucis
Conemur quicquid vero quadrare putamus.
Scire opus est, vnã esse animam, minimámqs, videri
Vt nequeat: tamen innumeris prope viribus aptam,
Quas illi natura dedit, summúsque creator.
Hæc auget, nutrit, generat, mouet, afficit, audit,
Gustat, odoratur, tangit, videt, & cognoscit :
Quæ vis præcipua est & maxima, cœlitibúsque
Cognata ac propria. has igitur per corporis artus

Diffu-

Diffundit vires, quæ certis partibus hærent,
Perque oculos lucem admittit, variósque colores
Percipit, atque omnes dijudicat ipsa figuras
Papillæ officio, & totum considerat orbem.
Sic quoque per nares diuersos prendit odores,
Pérque aures haurit voces, strepitúsque sonósque:
Per gustum hæc eadem sentit genus omne saporis:
Per tactum à calidis discernit frigida, duráque
A minimè duris, à læuibus aspera: demum
Sunt quinque ipsius comites, fidique ministri,
Per quos cognoscit res omnes: queis sine prorsus
Inscia, lethæo torpebit pressa sopore.
Ergo oculi quum sint vitrei, densóque nitore
Perspicui, apprendunt rerũ simulachra, tenentque,
Non secus ac speculum soleat, præsentia quando
Luminis interfit: cuius virtute creantur
Sensificæ species, fuerit nisi pupula læsa.
Has species menti (capitis namque arce suprema
Mens habitat, sloióque sedet regaliter alto)
Ostendunt oculi, tunc prudens illa, sagáxque,
Cognoscit rem, cuius adest formalis imago.
Hæc eadem, vocum discriminia mille, sonósque,
Innumeros, mira vi percipit, ingreditur quum
Incolumes aures aër elisus ab ipsis
Corporibus. namque est aër tenuissimus, atque
Nobilis in primis: qui quum se corpora pulsant,
Deprensus medio actu, tum diffultat ab ictu,
Irrumpítque cauas penetrans violenter in aures,
Ianua clausa licet fuerit, clausæque fenestræ:
Vsque adeo tenuis est, & penetrabilis aër.
Quin etiam pisces, piscantum gurgite ab alto
Horrescunt strepitus, pauidique in retia currunt:
Quippe aër penetrare potest in viscera Nerei.
Inde tument fluctus, inde importuna, minaxque
Sæuit hyems, qua vrgeute vouẽt pia munera nautæ.

Dura

Dura igitur quoties collidunt corpora sese,
Aut quoties aër pulsus vehementer, in illa
Concava præsertim per stricta foramina transit,
Diuersæ ac variæ fiunt vocésque soníque.
Vt varia est rerum natura, & forma locorum,
In quibus ipse aër gignit vocésque sonósque.
Sic tuba longè alium reddit quàm tibia cantum.
Sic Pelusiacis discordant nablia sistris.
Ac veluti iactu lapidis percussa mouetur
Vnda in multiplices orbes: sic percitus aër
Diffundit spiras longè latéque rotantes:
Atque ideo multis vox insonat auribus vna,
Vt multis etiam speculis vna hæret imago.
Ast odor vt nares intret, dicamus: ab ipsis
Rebus pertennes fumi egrediuntur, & auras
Inficiunt latè: veluti quum thura videmus
Panchæa, aut prunis cinyreia dona cremeti.
Fit gustus linguæ officio, cuiusque palati:
Namque his percipitur rerum gustabilis humor,
Qui penetrans tangit sensum, ingenerátq; sapores.
Tactum autem, sanguisque & spiritus efficiunt, qui
Passim per corpus fluitant animantibus iste
Sensus inest cunctis, cunctis quoque gustus inesse
Creditur: alt homini meliórque, & maior vterq; est.
Hinc etiam est homini quàm aliis prudentia maior.
Sunt qui aliter credant hæc prædicta, negántque
Acceptas oculis species causam esse videndi:
Aëre nec medio esse opus aiunt, vt videantur
Res, aut audiri possint: nanque omnipotens rex
Tot vires animæ concessit, quot genera ipse
Effinxit rerum, vt posset comprendere cuncta.
Quæq; suum agnoscit genus aptè, ac percipit vltrò:
Ac contemplatur mens omnia, & omnia cauto
Iudicio expendit, quæcunque à sensibus hausit,
Et verum atque bonum diuino examine librat.

Mens

Mens igitur sol est animæ, sunt sidera sensus:
Sic perhibent quidam. sed nos properamus, & ista
Linquimus exquirenda aliis, hinémq; propinquum
Appetimus: quia iam Chelarum extrema tenemus.
Colligitur tamen ex dictis, ac perspicitur, quòd
Est anima ætherum quiddam, sine corpore viuens,
Omnia viuificans, cognoscens omnia, diuûm
Quatenus ille hominúmque pater permisit: ab illo
Tradita cuique rei est certa & finita potestas.
Illi autem soli vis est sine fine, potéstque
Omnia quæ fieri possunt, à lege solutus.
Nam si anima & sentit, & cuncta intelligit: ergo
Non est corporea, aut corpus, quia corpora nulla
(Non terra, vnda, aër, ignis, neque condita ab istis)
Has per se vires retinent. non est dubitandum
Esse animam semen quoddam cœleste, Iouisque
Progeniem æternam, cui tantum cognitionis
Cessit, vt immensum valeat comprendere mundum.
Quid si atomi, quas nonnulli finxêre sophorum,
Sunt animæ potius quàm corpora? corpora namq;
Omnia sunt quanta. & possunt vtcunque secari:
Nempe anima est indiuidua, atque immaterialis,
Et velut centrum quoddã, ad quod plurima tendit
Linea per sensus, quia cuncta ferunur ad illam
Vndique, ceu fluuij concurrunt vndiquem æquor.
Quare illos miror qui dicunt tempore eodem
Ipsam animam extingui & corpus paritérq; perire.
Nam licet hoc esset, debet tamen vsque taceri:
Non sunt hæc dicenda palàm, prodendáque vulgo.
Quippe hominum plerique mali, plærique scelesti:
Qui si animam credant nihil esse à funere, nilque
Posse pati, postquàm semel est egressa, nec vllam
Defunctis pœnam infligi, formidine adempta
In scelus omne ruent, confundent fasque nefásque.
Præterea multi, qui sperant posse beati

Post

Post mortem fieri, & versari cum Ioue semper;
Atque ideo sese dedunt virtutibus vltrò,
Ac bene de multis quæ possunt parte merentur,
Si post fata dari sibi præmia nulla putarint,
Illicò torpebunt, & tot benefacta peribunt:
Tot spatiosa etiam templa & speciosa, tot æræ
Insignes auro & peregrino marmore; demùm
Religio & pietas & honor, cultúsque deorum
Ad nihilum venient, si homines nil morte relinqui
Crediderint, animásque in ventos prorsus abire.
Semiferum vulgus frænandum est religione,
Pœnarúmque metu. nam fallax atque malignum
Illius ingenium est semper, nec sponte mouetur
Ad rectum, virtus inuisa molestáque vulgo est.
Religio generis decus est & gloria nostri,
Quæ nos conciliat superis, & iungit olympo.
Nemo igitur bonus & prudens audebit apertè
Dicere, mortalé esse animã, & corrumpere vulgus.
Nunc tamen est multa nobis ratione probandum,
Hanc esse immunem lethi, æternámque manere,
Vt Christi cultor testatur, bruciphagúsque
Iudæus credit, præputia nostra perosus:
Quæ Deus haud faceret, si non faciendi putaret:
Ac gens fermè omnis concordi prædicat ore.
Principio, quicquid simile est magis omnipotenti
Cunctorum domino, diuturnius esse fatendum est,
Perfectúmque magis: nam quod durabile non est,
Sed citò dilapsum perit, imperfectius esse
Quis neget? atque ideo durant cœlestia semper,
Quòd diuina magis sint & perfecta: sed ista
Proxima quæ terris, quæ cœlo amota videntur,
Quum sint imperfecta, breui fugiúntq; cadúntque.
Ergo animus noster, quum vita & cognitione
Diuinæ similis naturæ apparat, intra
Corporeos fines claudetur? nec magis ipse

Quàm

Quàm caro durabit, neque viuet longiùs æuum?
Præterea corrumpi animus nequit, hac ratione,
Quòd simplex & materia seclusus ab omni est.
Huc accedit item quòd corpore debilitato
Vis animi crescit: quare imbecilla senectus
Consilio superat iuuenes, mentisque vigore.
Ingenio plerumque caret qui robore præstat.
Rarò vtrumque Deus cuiquam largitur, vt idem
Sit sapiens, & sit robusto corpore pollens.
Quare si longo fractis iam viribus æuo,
Fortior est animus, non ipse à corpore pendet,
Sed per se est aliud quiddam, & post funera viuit.
Nónne etiã quũ pes dolet, hunc mens ipsa dolorem
Indicat? haud dubiũ est sed quomodo mẽntis ad arcẽ
Peruenit iste dolor? num sursum tendit ab imo,
Paulatim ascendens vt fumus? non: quia multæ
Partes, non solum (si sic) pes ipse doleret,
Nec pedis, at potius partis quæ proxima menti,
Tunc sentiretur dolor, vnde probatur apertè,
Corpoream non esse animam, & sic morte carere,
Quum medij nullius egens distantia tangat (quam
Adde his, quòd quoties reminisci aut fingere quic-
Egregiè volumus, vel quicquam intelligere aptè,
Tunc animum reuocare opus est à sensibus. vnde
Nonnulli vt melius meditentur, lumina claudunt,
Aut sese à turba abducunt, loco sola petentes:
Vel quum nox piceo terras velamine texit,
Et iam lethæo torpent animalia somno,
Peruigilant, tacitique toro extinctáque lucerna,
In tenebris acuunt contractam à corpore mentem.
Nempe animum turbant sensus: populantur eundẽ
Affectus, reddúntq; hebetem, inuoluúntq; tenebris:
Non secus ac nitidum prætexunt nubila solem.
Ergo si proprijs residens penetralibus, intra
Ipse suas latebras, fugiens à sensibus, atque

Corporeis crucibus, melius sapit: esse profectò
Quum poterit liber, moribunda à carne solutus,
Cuncta animus meliore modo cognoscet, & ipsi
Hærebit vero magis ac perfectius absque
Corpore, & æternum viuens durabit in ævum.
Deniq; quum sit homo medius bruta inter & ipsos
Cœlicolas, commune aliquid retinebit vtrisque.
Corpus brutorum est, animi natura deorum.
Altera pars moritur, nescit pars altera lethum.
Non igitur prorsus delet mors omnia: namque
Lethiferis animus lædi nequit ipse sagittis.
Prædictis etiam possum connectere, quòd si
Nil superat nostri post fata, videbitur esse
Inuisus Deus, atque malis præbere fauorem.
Quippe hi dum viuunt, lætis plerunque fruuntur,
His neque diuitiæ desunt, neque grata voluptas.
Hos decorat præclarus honos, & gratia vulgi:
Contrà sæpe bonos vexat fortuna, malignis
Casibus inuoluens: nunc paupertate premuntur,
Nunc morbis, aliquo semper tristantur amaro.
Quare animus busto superest, scelerumque suorum
Dat pœnas: vel si bonus est, bona præmia sumit.
His aliisque modis multis ostendere possem
Immortalem animi naturam, incorporeamque.
Sed satis est: iam me finis vocat. haud equidem sum
Nescius, harmoniam dici quoque, non tamen aptè,
Ipsam animam: ac veluti mistis ex vocibus exit
Harmonia, & varijs fiunt bona pharmaca rebus
Compositis simul, vnde oritur vis ipsa medendi:
Sic elementorum certa ratione modóque
Iunctorum, & cœli pariter virtute creari
Quidã animam rentur: quæ partim corporis intra
Septa manet, partim causas sortitur ab extrà:
Vt visus, virtute oculi, externóque creatur
Lumine, nam cœlum causa est, qua hæc omnia fiunt:

Quo

Quo sine nec tellus quicquam, nec gigneret æquor.
Nimirum hæc falsa est, & peccat omnia, namque
Si sic, non posset corpus consurgere contrà,
Et carni vnde oritur capitale indicere bellum
Ipsa anima, & vario motu in contraria ferri:
Sed semper foret vna eademque, vt quæ libet est vis,
Quæ solet ex mistis diuino numine nasci:
Vt patet in genere herbarum, gemmisque beatis.
Quidam etiam censent, animam nihil esse soluto
Corpore, quòd somnus, qui mortis fertur imago,
Et sensum & mentem nobis auferre videtur:
Vel quia diuersis causis ægrescere cernunt,
Ac multis variisque modis, ne munere possit
Ipsa suo fungi, mentem lædique premique
Aspiciunt, nec non cum corpore crescere, & vnà
Deficere, vt patet in pueris, senibusque, virisque.
Ignarus puer est, prudens vir, desipit ætas
Vltima, corrumpit corpusque animumque senectus.
Quinetiam dicunt, Si anima est diuina, potestque
Viuere seiuncta à membris mortalibus, vt quid
Se miscet carni insinuat? cuius vitio tot
Perpetitur mala, & admittit tot flagitia? ergo
Stulta est, si sponte hoc facit: ac si inuita nefandas
Corporis ingreditur latebras, quis cogit? an ipse
Iuppiter? ergo Deus nequaquam hanc diligit: imò
Carcere quam clausis tam turpi, odisse videtur.
Et quum nec corpus nec quanta existat, ab ipso
Corpore non credunt vlla vi posse teneri.
Præterea per se (nisi discat sollicitè) quum
Nil sciat, ac subeant percrebra oblivia mentem;
Per se animum nihil esse putant post corporis vsum.
Discere tunc etenim potenit nil, sensibus ipsis
Corruptis morte, vnde omnis doctrina paratur.
Quidam aiunt vnam esse animam duntaxat in orbe,
Quæ vitam tribuat cunctis viuentibus; vt sol

Vnicus, est oculis animantum causa videndi:
Æternamque putant illam, licet extinguantur
Corpora: vt extinctis oculis æternus adest sol.
Has non difficile est nugas ratione potenti
Vincere: sed vereor ne sim prolixior æquo.
Non deerit qui rectè istis respondeat olim
Quæsitis, nodosque omnes dissoluat ad vnguem.
Vir macte ingenio, viuet tua gloria mecum,
Nostráq; (quid dubitas) laudabunt scripta minores;
Aude opus egregium, & cœlestia dissere terris.
Vnum hoc adijciam, quod quiuis nosse valebit:
Æternam esse animam, & diuino semine natam,
Si sensus atque affectus compresserit omnes:
Si spernens prorsus mortalia gaudia, sese
Abdicet à curis terrenis, assiduóque
Conetur studio ad superos extollere mentem.
Tunc etenim sapiens fiet, poteritque futura
Cernere, vel vigilans, vel somno oppressus inerti.
Hoc pacto cecinêre olim ventura Prophetæ.
Sobrius ergo animus propior fit ad ætheta, quanto
A terris magis atque à carnis amore recedit.
At pecudum ritu sequitur pars maxima sensum,
Nec bona cognoscit nisi quæ sunt corporis. hinc est
Quòd plærique putant animam succumbere morti,
Quandoquidē nequeunt infirmo lumine quicquam
Diuinum spectare, atra caligine pressi.
Sed de anima sint ista satis; redeamus ad ipsum
Authorem mundi, quem concludamus ab omni
Corpore seiunctum: & sine corpore millia multa
Esse, quot in siluis frondes gignuntur opacis:
Vel si corpus habent, tenue est, nec prorsus ab vllo
Percipitur sensu, sed sola mente videtur.
Atque hæc in primis sunt entia vera, suique
Iuris; nulla etenim carnis contage laborant.
Tu verò hic iam Musa tace: mox quum volet ille

Qui

Qui mea libra mouet, mecum scrutabere causas
Rerum, quas fieri sub lunari orbe videmus,
Contingant fato, an nulla ratione ferantur.
Interea dum sol Nemeæi terga leonis
Torret, & insanæ sub opaca fronde cicádæ
Ingeminant raucos strepitus, quæramus in vmbra
Aut lauri aut myrti suauem spirantis odorem,
Propter aquæ crepitantis iter, Pimplæa, quietem.
Ipsa quies animum reficit, reuocátque vigorem,
Mox vbi regressæ fuerint post otia vires,
Rursus ad altisonos (adsis modò diua, tuóque
Numine me foueas) tentabo accedere cantus.
Et si fortè mihi vultu fortuna benigno
Auxilium tulerit, longos miserata labores,
Pauperiémque procul, curásque fugárit amaras,
Totus ero tecum, tuaque intra limina semper
Versabor, sola hæc fuerint solatia nobis:
Tunc Aganippæis vbertim explebimur vndis,
Insuetúmque melos Cirrhæa in rupe canemus

LIBER OCTAVVS.

SCORPIVS.

CVr tam diuerso mortalia tramite pergant,
Hæc in honore æuum ducant fœliciter, illa
In tenebris iaceant, multo vexata labore:
Pieri pulchra doce. tibi enim fas nosse deorum
Consilia, & rerum causas aperire latentes.
Sunt qui cuncta putent cæco contingere casu,
Nec mundum ratione regi: quòd plurima cernunt
Indignis decorata bonis, & plurima contrà
Indignis agitata malis, discrimine nullo
Prudentes iustósque premi, regnare scelestos,
Virtuti vitium præferri, & templa cremari

Fulminibus, prodesse etiam sua crimina multis.
Talia quum fieri videant, pars maxima credunt
Aut non esse Deos, aut illos spernere quicquid
In terris fiat, solique incumbere cœlo.
Hinc temere incertoque aiunt ferri omnia casu,
Ast aliqui tibi dant regimen Fortuna, vocantque
Te dominam rerum, mortalia sceptra tenentem,
Instabilique rota versantem cuncta proteruè:
Erexitque aras tibi quondam ignara vetustas,
Et cecidit votiua tuis sæpe hostia sacris.
Non desunt quoque qui committant omnia fatis,
Et credant certis fatorum legibus orbem
Desponi atque regi, æterno stabilique putantes
Ordine, ceu choreas & pompas, cuncta moueri,
Cuique suas partes tribui, ac si fabula agitur,
Quas implere opus est, dum totum transigat ætium,
Vtilis est certè, pulcherrima, difficilisque
Quæstio, nec nostris prætermittenda Camœnis.
Nunc igitur primum dicamus, quod sine causa
Esse potest nihil, aut fieri: sed causa necesse est
Vt suo ab effectu distet, dinexaque res sit:
Quandoquidem nil se gignit, nil prouenit à se,
Nilque sui causa esse potest. ergo infinitus
In causis processus erit? minimè. sed oportet
Nimirum esse aliquid primum, à quo maximus ordo
Causarum incipiat, qui à summo tendit ad imum.
Hanc igitur seriem causarum dicimus esse
Fatum: quod Deus ipse semel quasi fatus, vt ista
Omnia sic fierent, decreuit lege perenni.
Sed quo quæque magis causa est contermina primæ,
Et vicina, hoc est aliis mage digna, potensque,
Subiectasque sibi mouet, ac dominatur eisdem.
Ens primum causa est, & non effectus: at imum
Effectus tantùm debet, non causa vocari.
Quæ media existunt, his nomen adhæret vtrunque.

Quòd

Quòd si causarum non esset nexus & ordo
Perpetuus, si alia ex alia non pendeat, ac si
A summo iunctis nodis ducatur Olympo
Longa catena, vsque ad nigri regna infima Ditis,
(Quod dictu absurdum est) plura vno prima dabũtur
Principia, & causæ primæ multæ inuenientur.
Tunc discordabunt inter se, ac magna ciebunt
Prælia toereges, quia regni summa potestas
Non patitur plures: sic mundus non erit vnus,
Nec pulcher: namque est ordo pulcherrima rerum.
Sed dicet fortasse aliquis, descendere ab vno
Principio rerum summo plures simul, inter
Sese distinctas causas, vt Solis ab orbe
Plures emanant radij discrimine quodam
Disiuncti, quorum non hic dependet ab illo,
Sed pariter cuncti à fonte egrediuntur eodem:
Sic non esse opus vt pugnent, seséque vicissim
Impediant: siquidem via non est omnibus vna.
Non modus hic malus est, non hæc sententia multũ
Displicet. at forsan vera est: tamen aspiciamus
Interiùs, procul excussis à mente tenebris.
Quippe humana nequit mens lucem attingere veri
Tam citò, tam facilæ, & falli solet ipsa frequenter.
Hinc tam diuersæ sectæ, & contraria dicta,
Hic ait, ille negat: propria est ita opinio nobis,
Vt diuis ratio, certi mortalibus est nil.
Ergo si plures causæ sunt immediatè
A prima (vt dictum est) quæro an sit quælibet æquè
Perfecta, haud vllus tunc ordo patebit in illis.
Nãque vbi nil primũ, & nullus gradus, aut discrimen
Cernitur, ordo illic poterit quoque nullus haberi.
In quouis genere inuenies primum, mediumque,
Nec non postremum: genus est absque ordine nullũ.
At si non æquè perfecta est quælibet, ergo
Imperfectum aliquid Deus efficit? hoc mihi dictu

Difficilie est aliis possim concedere causis.
Quare vnus primæ causæ tribuatur, & idem
Optimus, atque omni perfectus parte putetur.
Effectus reliquus autem, quòd quæque secedit
A prima magis; hoc plures, minus at perfectos
Crediderim facere: vt plures quoq; gignere fructus
Arbos non bonis consueuit, sed deteriores.
Semper plura bona mala sunt, & tristia lætis.
Verùm inter causas quo quæque potentior, atque
Altior est, hoc & vitæ & rationis habet plus.
Simpliciórque eadem, magis & substantia pura est.
Inferior contrà quæcunque est, debiliórque,
Possidet illa minus vitæ, minus & rationis.
Sed concreta magis, magis à substantia abhorrent.
Quod patet in terris; vbi paruos tempora durant
Omnia, vbi rátio apparet vix vlla, vbi parumper
Nil est, sed multis ex rebus omnia constant.
Mista & compósita in terris sunt cuncta, videbis
Vt nusquam possit substantia quæ nihil ipsa
Pendetur hic, solis honos obtingentibus alti est.
Conditur illa intus, cæcis abstrusa latebris.
Hinc est quòd plures bona corporis ac fortunæ
Fama quàm virtus animi, substantia namque est.
Fermè hominis virtus at in hoc, substantia mundo
Exulat: illi etenim patria & domus, & sua sedes
Cœlúmque vbi habet fidos comites, verúmque bonúmq;
Hoc igitur pacto ex causis conectitur orbis,
(Vt dictum est) seruans æterno fœdere cuncta:
Nec talem, nisi fortè Deus soluisse catenam
Vlla potest vis, aut series immensa dierum.
Ex his quicquid erit, vel nunc est, vel fuit olim,
Exoritur causis, vires quibus omnibus ipse
Rex superáns, certis metis, & tempore certo
Constituit, certisque modis procedere iussit.
Atque non nescire opus est, conquirere plures

Inter

Interdum causas, vt quicquam fiat ab illis,
Continget tamen haud temere hic concursus, & ista
Mistio causarum, sed fatorum ordine certo
Cuncta meant, certis subiecit legibus omnia
Omnipotens ille astriferi faber amphithiatri,
Mensurámque dedit rebus, quascunque creauit.
Quare non verum est quod nonnulli asseruere,
Esse nihil certi in rebus, contingere casu
Omnia, nec curare Deum mortalia quenquam.
Errant nimirum quibus hæc sententia adhæsit,
Quandoquidem casus nihil est, nisi opinio quædam
Futilis, haud multum distans ab imagine somni.
Quicquid Aristoteles vel quiuis dicat, eorum
Dicta nihil moror, à vero quum fortè recedunt.
Sæpe graues magnósque viros famáque verendos,
Errare & labi contingit, plurima secum
Ingenia in tenebras consuerunt nominis alti
Authores, vbi conniuent, deducere easdem:
Tantum exempla valent, adeò est imitabilis error.
Nemo putet sibi me addictum, mihi flectere mentē
Sola solet ratio, ratio dux fida sophorum est:
Hanc scrutator amet veri, imprimisque sequatur.
Quòd verò casus nil sit, me credere cogit
Ipsa rata atque potens ratio; nam si omnia certis
(Vt dictum est) causis, certo ordine, tempore certo
Supremi iussu rectoris progrediuntur,
Quo fit perfectus mundus, ne noxius error
Tantum soluat opus, quam sedem casus habebit,
Ambiguus, varius, Vertumnum & Protea vincens?
Vt vacuum, sic & casum natura recusat.
Incertum in mundo nihil est, sunt omnia certa:
Ipse Deus, natura, æther, elementa & ab illis
Quicquid vel factum est, vel fit, vel fiet in æuum.
At si quid foret incertum, non omnia certè
Mens sciret diuina, aliquis cadet error in illam:

Quod

Quod dictu absurdũ est: nam qui facit omnia, nouit
Omnia, nilque potest ipsum ylla ex parte latere.
Quanquam aliqui dicunt, quòd si mortalia nosset
Æthereì mens illa patris, vilesceret. atqui
Errant: namq; ualus nemo est, quia non bona nouit,
Nec vilis, quia non pretiosa intelligit: albus
Non sit proinde aliquis, quòd rẽ bene percipit albã:
Nec sol deterior, quoties illustrat iniquos:
Nec quia fortè lutum radijs ferit, est ideo ipse
Fœdus: non sordet lumen quum sordida tangit:
Sic non vilescit quum vilia fortè capit mens.
Imò decet nouisse malum, at fecisse nefandum est.
Ergo Deus nihil ignorat, scitque omnia quæ sunt,
Quæque fuere olim, & quæ mox ventura supersunt:
Quæ nisi certa forent, scit; non posse fatendum est.
De certis etenim tantùm ipsa scientia habetur,
Quinetiam vates, referunt si quando futura,
Prædicunt certósque dies, & nomina rerum
Certa canunt: quod non fieret nisi quæque futura
Certa forent, veluti quæ sunt, quæ & præterierunt.
Attamen hic fieri casu nonnulla videntur:
Vt si imbrex deiecta alto de culmine tecti,
Vi Boreæ quanquam feriat, vel si quis opertos
Thesauros reperit, puteum dum defodit altè:
Talia nimirum casu contingere vulgus
Autumat: ast eadem non est sententia nobis.
Nam licet eueniant præter spem talia multa,
Incertis nobis atque imprudentibus: ergo
Propterea in rebus debemus ponere casum?
Nostrum scire quidem, aut nescire, nihil variat res.
Non est proinde ignis calidus, nix alba, nitens sol,
Quòd scimus sic esse: imò magis ordine verso,
Nascitur ex ipsis humana scientia rebus:
Atque ideo scimus sic esse, quòd ipsa ita res est,
Et mens nostra potest falli, non res. ego de re

Nunc

Nunc loquor, & quæro an casus dominetur in illâ?
Nec mihi nunc curæ est, fieri rem nécne sciamus.
In nobis igitur tantùm, non rebus in ipsis
Est casus: quoniam fieri casu illa putamus,
Quorum causa latet nos, ipsis cognita diuis.
Omnia certa igitur: nam motu semper eodem
Versatur cœlum, atque eadem nascuntur eisdem
Seminibus semper, semperque elementa tenorem
Ipsa suum seruant: & partes annus easdem
Semper habet. siquidem post ver, feruentior æstas
Extemplò subit; hanc pontis comitatus & vuis
Autumnus sequitur; post quem sua frigora secum
Ducit hyems, gelidisq; Aquilonibus omnia torpent.
Non herbæ mutant vires; animalia semper
Ex ijsdem constant membris & moribus ijsdem.
Nec fieri aut errore, aut casu monstra putandum,
Quum certas habeant causas, vt tristia monstrent.
Vnde illis nomen, quare & portenta vocantur.
Sponte sua hæc natura facit: quæ sæpe iocatur
Informes edens partus, ludicra creando:
Vt pictor, qui causa animi quandoque figuras
(Sit licet ipse opifex bonus, egregiusque magister)
Gibbosas, naso ingenti, labrôque tumenti,
Pingit: digna satis vano spectacula vulgo.
Ergo cuncta modo quum fiant semper eodem,
Rarus & instabilis casus, nil iuris in orbe
Prorsus habet: quem summa Dei sapientia torquet:
Vt faesse agnoscet qui quàm miro ordine, quámque
Perpetuò, quàm concinnè & bene machina mundi
Condita sit, secum reputet, quàm membra animantil
Sint proprijs aptisque locis disposta, suisque
Vtilia officijs & conuenientia pulchrè:
Quàm nihil incassum faciat natura Deúsque.
Qui secum hæc reputat, non casu, sed ratione,
Consilio iussuque Dei fieri omnia dicet.

Sed

Sed tamquid fortuna regit mortalia, sicut
Non pauci credunt? pulchrum & laudabile scitu est
Hoc quoq; quare animi vires huc flectere oportet.
Ipsa tamen fortuna prius cognoscere quid sit,
Est operæ pretium: prisci hanc coliiere, putantes
Este deam quandam, terris, cœlóque potentem:
Atque illi struxere aras: & vota tulere.
Est ego non reor esse deam, nec cœlicolarum
Fœmina vel mas est quisquam. nam sexus ab illis
Prorsus abest: nec gignuntur, nec morte teruntur,
Vt quidam cecinere olim; fortasse putantes
Esse deos nostri similes. ô pectora cœca!
O capita Anticyræ succis curanda meracis!
Creditis esse deos, vt nos? thalamósque deorum
Ingressos, blando compressu gignere prolem?
Ergo deum quendam potius dicamus, & imum
Degenerémque, ideo terræ pelagique tenentem
Vilia regna, vbi tot sunt crimina tótque dolores,
Tot pestes, vbi nil tutum: namque insidiarum
Omnia sunt plena & fraudum. Deus iste vocatur
A Christo & Paulo princeps mundi huius. eundem
Laurigeri appellant Ditem ac Plutona poëtæ,
Qui stultis fauet atque malis, insontibus asper.
Hæc domus, hæc sedes, hæc tali digna tyranno
Regia, quem vulgò fortunam dicimus. atqui
Omne malum est infra lunam: nox atra, procellæ
Terribiles, frigus, calor, importuna senectus,
Pauperies malesuada, labor, dolor, improbitas, mors.
Supra autem lunam lucis sunt omnia plena,
Nec non lætitiæ, & pacis; non tempus, & error,
Et mors, & senium est illic, & inutile quicquam.
Fœlix, ô nimium fœlix cui sedibus illis
Tam pulchris, & tam iucundis, támque beatis
Viuere concessum est supremi munere Regis.
Cæterùm opinantur quidam, plenum esse deorum
Mundum hunc, & multos ipsorum degere vitam

Aëris

Aëris in campis latis, quos dæmonas Argi
Indigitant, curámque hominũ gerere arq; animarũ
Quotquot alit tellus, & naufraga Amphitrite:
Arbitrióque suo bona vel mala tradere, honores,
Gaudia, diuitias, atque his contraria. quare
Grande operæpretium est, illis vtcunque placere.
Quod fieri & sacris & carmine & arte magorum
Censent nonnulli: ac nobis (modò ritè vocentur)
Apparere aiunt, nostrísque adsistere votis:
Nilque homini melius contingere posse, nihilque
Dulcius in vita quàm conuersarier istis
Cum dijs, præsentes affari, audire loquentes:
Quod certè paucis mortalibus arbitror esse
Concessum: iustis tamen, & qui desidioſæ
Illecebras carnis, lasciuáque gaudia temnunt,
Terrenasque abigunt curas, cœlestia tantùm
Mirantes, tantúmque pium rectumque colentes.
Quanquiã etiã sunt qui credunt, hos dæmonas inter
Esse malos quosdam, atque malis parère, coactos
Carminibus magicis, fierique hoc plurima pacto
Turpia. nil moror hoc, nèc nunc locus: vltima Solis
Sidera, squammosis radiantia fratribus, istud
Forsitan expedient, vbi de dijs plurima dicam,
Si Deus ipse volet, qui nunc mihi carmina dictat.
Missa ergo hæc faciamus. ego vix credere possum,
Esse Deum quenquam prauum. sapientia numquam
Peccatum parit: at contrà est insitia mater
Erroris, culpæ, & sceleris: mihi nemo videtur
Sponte malus: vult namque bonũ sibi quæq; voluntas
Semper, iudicio nisi falso decipiatur.
At dæmon sapit, id nomen si conuenit illi.
Verùm vtcunque sit, aut terras fortuna gubernet,
Dæmones aut ipsi humanas moderentur habenas,
Nil extra fatum est. meritúrque omnia summi
Mens regis, cuius sine numine fit nihil vsquam.
Sed dubium ex dictis oritur, nodúsque profectò

Diſſ-

Difficilis,qualem Alcides vix,aut Macedûm rex
Solueret:hoc multorum animi turbantur & hærét.
Nam si cuncta rubet fatum,& fieri illa necesse est,
Libera non nobis, non dijs est ipsa voluntas:
Tollitur arbitrium prorsus,ac præmia virtus,
Nec pœnas vitium(quod dictu est turpe)mereatur.
De dijs non locus est nunc dicere,sed speculemur
De nobis quid sit,& quæ his quæ subdita nostro
Sunt generi,& possint humana luce videri.
Dico igitur quod in his quæ sub ditione locantur
Fortunæ,nihil est sine fati numine nobis.
Diuitiæ siquidem,solatia,gaudia,honores,
Imperia,ex olim veniuntnec nostra voluntas
Hæc tribuit,quis enim nollet sibi talia?sed nil
Velle iuuat,potiúsque nocet,si fata repugnant.
Quàm multi fatis inuitis tendere furtim
Conantur,magis atque magis,sed ad ima recurrunt
Semper,& angescunt fato aduersante ruinæ!
Contrà illi quibus astra fauent,illo absque labore,
Nec sperata quidem,sed sponte oblata frequenter
Commoda percipiuntquorum Rhamnusia rete,
Dum stérnunt,multrò distentam pisce reducit.
En aliquos claro de patre ac diuite nasci
Cernimus,atque frui primo cum laste repertis
Delicijs,& nutriri in fastigia rerum,
Vt præsint alijs,indigni sæpe regántque
Ipsi oculis capti luscos,viuantque licenter.
Ast aliqui obscuris miserisque parentibus orti,
In pœnam & lachrymas magnum cassumquelaborē
Assiduè tolerant, nullâque expellere possunt
Sedulitate famem,semperque in sordibus hærent.
Quis neget hæc fatis contingere damna sinistris?
Sunt formosi,agiles,robusti corpore multi:
Multi etiam turpes,ægri,imbellesque creantur:
Vnde istud?nunquid meritis aut crimine nostro,

Aut

Aut noſtra arbitrio fieri diſcemus? ab ipſo
Nimirum hæc veniunt mortalibus omnia fato.
Denique ius rerum noſtrarũ & corporis huius,(ris,
Fatũ habet: eſt penes hoc etenim genus horasq; mor-
Hic laqueo, hic ferro, hic flãmis, hic frigore, hic va-
Ille fame, ille cibo moritur multisque dolore,(dis,
Aut morbo aut caſu interecunt, ſenióue fariſcunt.
Certa dies lethi eſt cunctis, diſcrimina nulla
Ætatis: Nec fas viuendo excedere metas,
Præſcripſit tetrici quas cuique potentia fuſi.
Sic periit ſcripto magni laudator Achillis:
Sic olim, dum Trinacrias ſpaciatur in oris
Aeſchilus, occubuit valido teſtudinis ictu.
Sic paſſæ, Anacreon, te granum perdidit uuæ.
Heu quot habet mors ſæua vias, artéſque nocendi!
Quo magis eſſe procul credis, magis imminet. vnde
Certius eſt quàm mors, quàm mors incertius eſt nil.
Nonnulli tamen aſtrorum qui noſcere vires,
Et magni ſecreta poli pertingere poſſunt,
Fatidici vates etiam, qui numine pleni
Neſcio quo, ventura vident, prædicere mortis
Sæpe ſolent genus atque diem, quia certa futuri
Natura eſt, veluti præſentis præteritíque:
Certa (inquam) in cauſa prima, cauſíſque ſecundis,
Quæ nexu longo à prima extenduntur ad imam.
Aſt animi quæ ſunt bona vel mala, nunquid ab ipſo
Proueniunt fato? ingenium ac doctrina videntur
Hinc manare: etenim poterit quis diſcere ſi non
Polleat ingenio, ac vires natura miniſtret,
Si fortuna obſtet, vel parno in corpore languor?
Hic rhetor, ſophus ille, alius myſteria diuũm,
Sidera áſue plagas: ſunt & quibus vnda
Caſtaliæ, vili cum paupertate bibatur,
Et placeat cognata fami dulciſſima fama.
Hæc ſtudia vnde fluunt? à rerum præſide fato,

Hinc

Hinc omnes artes, & munia diffunduntur.
Diuersis etenim gaudet natura ministris,
Vt fieri diuersa queat, ornantia terras:
Nec patitur cunctos ad eandem currere metam,
Sed varias subet ire vias, variisque labores
Suscipere, vt varijs cultu sit pulchrior orbis.
An verò mores suum, vel nostra voluntas
In nobis pariat, permagni inquirere refert:
Nec paruus labor est hac in re tangere verum.
Arbitrij certè remanet quota portio nostri?
Actum est de nobis, libertas prorsus adempta est
Humano generi, si fati summa potestas
Esse malos cogat nos, inuitosque trahamur
In scelus, & nulla liceat ratione reniti.
Quare operæ pretiũ est, huc totam intendere mẽtem:
Et quantum Deus ipse finit, verum excutiamus.
Principiò arbitrium quid sit nos dicere oportet.
Arbitrium est, homini data libera & ampla potestas
Ab Ioue, quæ libeant iusta aut iniusta sequendi
Non ideo tamen vt peccet virtute relicta:
Sed comitè vt vitium vitans incumbat honesto:
Nam malefacta nocent, laudem benefacta merentur.
Quærendum vlterius, nunquid sit in omnibus æquè
Arbitrium: nunquid quocunque in tempore duret.
Non certè in pueris, nec in illis esse videtur
Quos animi vehemens nimium vel corporis angit
Morbus, vel quorum sopor occupat altus ocellos:
Quandoquidem somnus mortis perhibetur imago.
Quare (si verum subtili indagine quæras,
Inuenies paucos inter tot millia, qui se
Arbitrio moueant, & libertate fruantur.
Ætatis culpam mitto, puerilibus annis
Ignosco: & veniam damus his quoq;, lumina quorũ
Lethæus pressit sopor, aut quos feruida torret
Febris, vel morbi stimulat vis durius æquo.

Magna

Magna quidem turba hæc: sed longè maior eorum
Longè & deterior quorum mens oblita fœdis
Criminibus, morbísque animi labefacta recedit
A ratione procul, rectóque à tramite vitæ.
Nunquid habent isti arbitrium? aut dicenda volúntas
Libera in his? nempe ambiguũ est, multíq; negarũt.
Vnde aduertendum, quòd liber solus haberi
Debet qui recta regitur ratione, nec vllo
Vincitur affectũ, nec ventorum impete vasto
Fertur in vndifragos scopulos, sed fortiter obstat,
Intrepidúsque hæret clauo, portúmque capessit.
Rectè igitur quidam, liber solus sapiens est,
Dixêre: hic etenim solus ratione magistra
Castigat motus animi sensúmque rebellem:
Cætera turba nequit facere hoc. cur? an Deus illis
Non dedit arbitrium? ratio est vbicunque, profectò
Est ibi & arbitrium, semperq; hæc iuncta cohærent.
Atque ideò pecudes, quoniam ratione carere
Creduntur, nullum arbitrium dicuntur habere.
Est hominum cuiuis ratio data fertur: in ipsis
Omnibus idcirco arbitrium quoque creditur esse.
Est autem ratio lumen quoddam, atque animi vis,
Qua curuum à recto secernimus, atque ab honesto
Turpe, oculusque solet mentis quandoque vocari.
Qualem oculum fortasse tibi Polypheme fuisse
Significant vates, quo lactea membra videbas
Dilectæ liquido ludentis in æquore nymphæ:
Sed malus (heu) malus hunc, vrenti stipite Vlysses
(Quis poterit cauisse malos) extinxit, & ora,
Ora priùs formosa, suo spoliauit honore.
Qualé oculum Lynceus habuit quoque nubila solus,
Qui penetrans visu noctem vincebat opacam.
Hunc igitur cunctis oculum mortalibus æquè
Distribuit figuli sapientia summa Promethei.
Sed pauci vruntur, pauci quos æquus amauit

Iupiter: hinc tantæ errorum scelerumque scatebræ.
Nam si omnes rationis iter sequerétur ad vnguem,
Pax foret in terris æterna, & Martius ensis
Non tantas passim clades, tantósque cieret
(Héu) fletus, stirpémque suis cum mœnibus vrbes:
Armáq; tartareis primùm conflata caminis,
Et primùm Stygijs inuenta sororibus agros
Excolerent, rigidi mutata ligonis in vsum.
Tunc & apes, & ruris opes, pecudésque beatis
Agricolis largè affluerent, ac sæcla redirent
Aurea, & vna domus diuosque hominesque teneret,
Seque oculis nostris paterentur numina cerni.
Cur autem pauci vtantur ratione, sequentes
Auia, & arbitrium nullum videantur habere,
Viuentes pecudum ritu, pro viribus edam.
Est quiddam in nobis diuinum, mensque vocatur,
Ac ratio: id capite in summo natura locauit,
Atque illi voluit famulos assistere sensus,
Quorũ opera cœlum, terras, mare, & omnia posset
Percipere, immenso quæ comprenduntur ab orbe.
Est aliud quiddam mortale in pectore clausum,
Cuius ope augemur, vegetamúrque, igne ministro:
(Sic placitũ est superis) hoc mentẽ hostilitet vrget,
Detrahit, infestat, turbat: multusque satelles
Huic etiam parti non deest, ignaua voluptas,
Ira, dolor, metus atque timor, simul ardor habendi
Improbus, ambitioque nocens, caput obsita fumo.
His igitur famulis, hoc milite, prælia menti
Infert: hi sunt qui summo conantur Olympo
Deturbare Iouem, insignes feritate Gigantes,
Ipetusque, Gygesq; ferox, tumidúsque Typhoeus,
Hortatórque mali Enceladus, Briareúsq; timẽdus:
Scilicet ingestis curarum molibus, angunt.
Diuinum in summo positum, nisi fulminis instar
Gratia præstò adsit, cœlo delapsa supremo.

Nam

Nam semel amissis vbi præceps cursus habenis
Effudit sese, ac vehemens trahit impetus illum,
Nequicquam reuinere volens auriga laborat.
Principijs obstare opus est, quum parua fomilla
Languet adhuc: postquã creuere incendia, iamque
Flamma furens tecto erumpit, cœloque propinquat,
Præsertim Boreæ si flabra ruentis ab arcto
Immineant, (heu) frustra vndas vicinia clamet.
Quum semel exacta saxum rupe exilit ingens,
Quis reuocare queat? secum trahit omnia saltu
Perfringens rapido cognatos montibus ornos.
At prius exiguo poterat molimine sisti.
Sic motus animi, si totis viribus ipsam
Inuadunt mentem, vix (heu) vix tendere contrà
Infœlix audet ratio, clauoque relicto
Per fluctus agitur, latè bacchantibus Euris,
Datque manus plerunque hosti, & captiua tenetur.
Ergo dum noua sunt vitiorum semina, cuncta
Opprime quamprimum, & causas auerte, priusquam
Præcipites: tunc arbitrium, tunc libera mens est,
Victor Iulmæis tunc exornabere palmis.
At si iam cœpit est pugna, & iam concutit arcem
Hostis atrox, valido labefactans ariete muros:
Crede mihi, nisi quis Deus adsit numine dextro,
Succumbit ratio, & tantos non sustinet ictus.
Nónne vides menti quantum liquor obsit Iacchi:
Quas sæpe imminat furias, si plus satis intret
In stomachum? merus? arbitrium dic est vbi postquã
Ebrietas caput inuasit, fumisque repleuit?
Sobrius arbitrium tenet, ac ieiunus, agitque
Id quodcunque iubet ratio: contrà ebrius illa
Quæ nolet nescitque facit, mox pœnitet, in se
Quum redijt, multróque dolet sua facta pudore.
Ebria sic mens affectu tit, nec minus ac si
Ascendat temeti vapor, inuertatque cerebrum,

Turbatur misera, & nebulis inuoluitur atris.
Quocirca est solus liber, solúsque profectò
Possidet arbitrium ratio quem sola gubernat:
Qui affectus omnes superat, fingitque premendo.
Hoc poterit facere, à primis qui insueuerit annis
Virtuti, atque bonas iampridem inuaserit artes.
Vsqueadeò valet vsus, & est nil fortius vsu.
Cætera turba igitur pecudum ritu: vnde poëtam
Iure puto dixisse, Trahit sua quemque voluptas.
Arbitrium multis oppressum atq; indupeditum est.
Ergo qui verè liber cupit esse, resistat,
Quamprimum incipiunt, affectibus, & rationi
Illos subijciat. semperque vtatur habenis.
Namque caro aduersus mentem consurgit, & illam
Continuo exercet bello. leuis astra petit mens:
At grauis astra caro refugit, terrenáque tantum
Appetit: est etenim terra, in terrámque redibit.
Sic duo tam diuersa Deus compegit in vnum.
Esto autem quòd sis sapiens, soláque regaris
(Vt dixi) ratione, habeas & liberum ad vnguem
Arbitrium: nunquid vi tunc agitabere fati?
Imò magis fato tunc subijcieris, & illi
Parebis: siquidem fatum est diuina voluntas,
Cum qua vir sapiens concordat semper, & eius
Iussa facit: contrà insipiens atque improbus horret
Ac refugit præcepta Dei ceruice superba.
At dices, Ergo est liber, nec vincula fati
Vlla tenet? non: sed dominis peioribus atque
Infandit seruit, sceleri sceleríque sorori
Stultitiæ, quanquam hoc etiam diuina voluntas,
Sed quæ permittit, non quæ iubet (est quia duplex)
Efficit. vnde patet, cuncta esse obnoxia fato:
Seu bona seu mala sint. namque hæc permittitat illa
Vult fieri fatum, & fati Deus optimus auctor,
Talibus admoniti quidam rationibus, aiunt,

Viuite

Viuite mortales læti dum ſtamina veſtra
Net Lachefis, triſtéſque animo depellite curas,
Net vos ſollicitent præſentia, néue futura.
Lege etenim ſtabili fiunt, certo ordine cuncta
Procedunt: cur vos dolor aut metus vrget inanis?
Sors ſua cuique data eſt, ſcriptamq; in pectore geſtat
Quiſque ſuo, ignorans quæ ſit: verùm explicat illam
Paulatim ipſa dies, atque experiundo patefcit.
Quid gemitu aut lachrymis opus eſt? cœleſtia retro
Corpora non remeant, non eſt mutabile quicquid
Inſtituit ſemel ipſe Deus: namque optimus ordo,
Et ſeries perfecta, ſuum ſi fortè tenorem
Deſerat, aut peior fiet (quod neutique fas eſt)
Aut melior. ſed perfecto perfectius eſt nil.
Eſt aliud dubium magnum ac mirabile. nam ſi
Omnia ſunt (veluti modò dixi) obnoxia fato,
Cur Deus hæc premit & cruciat? cõtrà illa benigno
Proſpectat vultu? cur non eſt omnibus æqua
Conditio? cur hæc viuunt fœlicius illis?
Cur his blanda pareus, illis natura nouerca eſt?
Hunc igitur par eſt etiam diſſoluere nodum.
Multi hoc aut culpa, aut meritis contingere noſtris
Dixerunt: iuſſúque Dei mala fontibus eſſe,
Et bona conferri iuſtis: ego non ita credo:
Nec verum eſt. nam quid meruere expertia mentis
Bruta? quid arboribus culpæ vel criminis hæret?
Sors tamen eſt illis multum diuerſa, nec vno
Verſantur caſu pecudes. namque improbus illam
Fur rapit, hanc linius laniat, pars ore luporum
Interit, aut morbo, aut vndis, aut frigore vitam
Exuit ante diem, quædam perière ſenecta:
Durior his ætas agitur, iucundior illis.
Sors diuerſa etiam arboribus contingit, ab Euro
Frangitur hæc, aut eruitur radicitùs: illa
Cæditur in varias artes, aut pabula flammæ:

Quædam fulmineo in præceps detruditur ictu.
Piscibus atque feris, & rebus denique cunctis,
Arbitrio fati sors est sua cuique tributa.
Bruta tamen nunquam possunt peccare, nec arbos.
Præterea plerunque bonis aduersa videmus
Accidere, & iustos agitari sorte sinistra:
Contrà fortunam plerunque fauere scelestis
Cernimus, ac magnos illis concedere honores.
Non igitur meritis respondent munera fati.
Quare aliam potius causam indagare necesse est.
Fortè aliquis dicet, causa est diuina voluntas:
Nilque vltrà quæret. non est satis istud, oportet
Scrutari interiùs dubij penetralia veri.
Non etenim quum sit Deus optimus & sapiens, vult
Quicquam quod careat ratione: sed optima semper
Eligit, atque iubet fieri diuina voluntas.
Quocirca est aliter dicendum, quòd causarum
Quælibet à prima quo distat longius, hoc sit
Illi dissimilis magis, & magis vndique discors.
Ergó quum Deus & simplex sit semper, & idem,
Vltima causarum quæ distat maximè ab illo,
Et minimè simplex erit, & diuersa, suosque
Effectus semper varios pro viribus edet.
Hæc est quæ terras regit, & terrena gubernat.
Idcirco in terris certi nil esse videtur:
Quandoquidem variat semper fortuna tenorem,
Diuerso gaudens mortalia voluere casu.
Cur tamen húc potiùs quàm illum iubet esse beatũ?
Et cur hunc potiùs quàm illum pessundat & vrget?
Cur onera huic, illi gratos largitur honores?
Horum difficile est veram cognoscere causam,
Nec minùs ac si quis cupiat cognoscere quare
Ignis sit calidus, nec alba, absinthia amara:
Quare hæc herba obsit, iuuet illa & quælibet arbos,
Cur tales habeat frondes? animalia cur hæc

Callida

Callida sint, alia obtuso malè prouida sensu?
Cur paleas electra trahant, & pondera ferri
Magnes, cur nequeat facere hoc adamante propin-
Talia multa Deus tenebris inuoluit opacis, (quo?
Constituitque suos fines mortalibus, vltra
Quos frustrà humanum ingenium sensusq; laborat.
Si figulus massam argillæ distinxit, & illam
Distinctam in partes varias vult fingere, quare
Hanc partē potiùs quàm illam transformat in ollā,
Aut patinam aut scapium? cur ex hac fabricat vnā,
Ex illa vrceolum? nunquid ratione mouetur?
Aut nulla est prorsùs ratio, sed sola voluntas
Arbitrióque suo (vt libuit) sic omnia fecit?
Difficile est nimium artificis pernoscere mentem.
Sic qui scire velit cur hanc fortuna vel illum
Aut premat, aut sursùm tollat, nimis ardua quærit.
Terrarum siquidem est illi concessa potestas
Maxima, & huic illam præfecit Iuppiter orbi,
Vt possit quodcunque libet facere: ordine fati
Seruato tamen, auscultant namque omnia fato.
Cur igitur quæcunque illi fecisse libebit,
Non fecit iure? aut quæ lex iure arguit illam?
Num serui debent dominis imponere leges?
Nos certè huic serui sumus, hic dum viuimus: & nos
Iste potest quocunque velit compellere dæmon.
Non tamen in nostras animas dominatur, habetue
Imperium, quando est animæ cœlestis origo.
Hanc solam excepit Deus à ditione tyranni:
Cætera permisit quæ sunt terráque marique
Illius arbitrio, & fieri sinit omnia ab illo,
Qualiacunque libet, iusta atque iniusta licenter.
Fortè aliquis dicet, Deus ergo est causa malorum,
Iniustúsque potest dici. nam qui facit, & qui
Non prohibet fieri peccatum, dummodò possit,
Committunt ambo scelus æquè, & peccat vterque,

Supplicióque pari dignum lex censet vtrunque.
Quare si Deus in terris mala tot patitur: si
Quum possit prohibere, tamen non illa coërcet:
Esse mali causa, & sceleri assentire videtur.
Huic etiam parti sum respondere paratus.
Si modò diuini radius mihi luminis adsit,
Est igitur primùm solerti mente notandum,
Quòd causarum aliæ sunt viles atque minutæ,
Sunt aliæ egregiæ & præstantes nobilitate,
Præpositæque aliis, veluti quum exercitus ingens
Præfectos habet atque duces, pars cætera grex est.
His (inquam) causis primores egregiásque
Præposuit mundo, mira ratione modóque
Maximus ille pater rerum, & dominus dominantũ,
Immensam qui lucem habitat super extima mundi
Mœnia, & astriferos nutu circumuehit orbes.
His tribuens causis vires & munera, easdem
Limitibus certis, velut aggere, circumsepsit,
Ne liceat cuiquam tales transcendere fines.
Et quia disposuit sapienter cuncta, necesse est
Cuncta suum æterno cursu seruare tenorem.
Nam quæcunque semel rectè sunt facta, sine vllo
Errore, haud vllo mutari tempore debent.
Est igitur prorsus rerum immutabilis ordo,
Quandoquidem rectè summus Deus omnia fecit.
Quare si dæmon qui terris præsidet, errat,
Aut malus est, hoc fit quia causa est vltima, longè
A prima distans, longéque à luce remota:
Atque ideo magis est cæcis vicina tenebris,
Duntaxat veri simulachro & cortice gaudens.
Quam Deus idcircò patitur, quia debitus ordo
Exigit hoc rerum, & magni perfectio mundi.
Nam veluti lucis spatium determinat vmbra,
Dantque sibi finem contraria cuncta vicissim:
Sic causarum etiam seriem numerúmque bonarum,

De-

Desinere in causam prauam miserámq; necesse est,
Quæ miseris præsit regnis, & prauа gubernet.
Hinc igitur veniunt discordia, iurgia, rixæ,
Prælia, bella, doli, fraudes, incendia, cædes,
Furta, latrocinia, insidiæ, penuria, pestis,
Diri terrarum motus, diræque procellæ,
Tam multi morbi, tam multa & crebra pericla:
Et demum quodcunque mali contingit vbique,
A causa hac misera & terrarum principe manat.
Hei mihi quàm verè dixit ter maximus Hermes,
Congeries mundus cunctorum est iste malorum.
Nimirum quoniam dæmon qui presidet orbi
Terrarum malus est, sæuáque tyrannide gaudet.
Ac veluti fons est cunctorum prima bonorum
Causa, ita cunctorum fons est postrema malorum,
Quare si in terris dominantur Sardanapali:
Si diadema tenent asini sub imagine regum:
Si tutela ouium curæ est commissa luporum:
Si in templis habitant meretrices atque cinædi:
Si Christi pia sacra hodie manus impia tractat:
Si cupidus vendit cœlum & Phlegetonta sacerdos:
Denique si impunè & passim tot turpia fiunt:
Non est culpa Dei summi, sed dæmonis huius,
Quem nos fortunam, quem etiã Plutona vocamus,
Sarcotheus posset tamen apto nomine dici.
Quippe illi carnis ius arbitriumque tributum est,
Huic igitur seruit, quicunque est carnis amator
Immodicus, corpúsque suum plus diligit æquo.
Corpora sunt huius, propter quod corpora semper
In vitium tendunt, animisque inimica repugnant,
Cœlestis quoniam vis est & origo animorum.
Corpora sunt autem terrena, aduersáque cœlo.
Ergo hic Sarcotheus, mundo qui præsidet imo,
Cœlestes homines, carnalia despicientes
Gaudia, virtuti addictos, animúmque colentes,

Odit,

Odit, persequitur, stimulat, premit, impedit, angit,
Vt solet insanus princeps, sæuúsque tyrannus
Infestus semper sapientibus esse bonisque.
Suspecta est etenim prauis odiosáque virtus.
Hostes quæque suos odere, timentque cauentque,
Atque ideo malus hæc dæmon incommoda multa
Obijcit his, quorum mens est sublimior, & qui
Cœlicolûm sedes, naturæque abdita quærunt.
Nollet enim agnosci: nam si bene cognitus esset,
Illum omnes sceleruin parem, nostrique cruentum
Carnificem generis detestarentur, & omnes
Olissent merito, ac maledictis insequerentur,
Crudelem, insanum, deceptorémque vocantes.
Proinde latet ritu loliginis, & sapientes
Exosus refugit, ne cognoscatur ab illis:
Non metuit talpas, ut lyncea lumina vitet.
Sic fures etiam faciunt, omnésque scelesti
Oderunt lucem, ac tenebris lætantur opacis,
Vt sua non possint facta & malefacta videri.
Indè fit vt quoties aduersi quid patiuntur
Mortales, rerum ignari, & caligine mentis
Oppressi (namque errorum ignorantia fermè est
Cunctorum causa) irati querulique putantes
A summo sese vexari authore bonorum,
Deuoueant sanctum illius ac venerabile nomen:
Tunc malus exultat dæmon, furtimque cachinnat:
Et gaudet se nesciri, & sua facta latere:
Et nocuisse tamen, sed non nocuisse videri.
Summi namque Dei est inimicus, & æmulus: à quo
Eiectus cœlo, pressus clausúsque tenetur
Luctam inter terrâsque graues, et regnat ibidem.
Quocirca ô miseri mortales, discite tandem
Quæ vestri sit causa mali, tot tristia vobis
Vnde fluant, & carnificem cognoscite vestrum.
Nempe hic Sarcotheus, nempe hic est qui cruciat vos,
Dulcia

Dulcia qui vestris damnis sibi gaudia quærit.
Haud aliter quàm quum proles Mauortia terris
Iam domitis, iucunda sibi spectacula cæde
Quærebat miserorum hominum, vel cæde ferarum:
Ipse senator, eques, populus, diuersa manebant
Per loca diffusi, vt lex præcipiebat Othonis.
Ecce theatralem ingressus gladiator arenam,
Aut alius sua membra feris lanianda daturus;
Vel leo, vel tigris, vel quæuis bellua ludis
Opportuna aderat, delectatura Quirites
Morte sua, & fuso per vulnera crebra cruore.
Sæpe alijs dolor alterius solet esse voluptas.
Quare pessimè agunt, qui verbis turpibus audent
Irritare Deum summum, qui causa bonorum
Cunctorum est, à quo per se propriéque mali nil
Esse potest vnquam, nisi contingenter: vti sol
Producit tenebras quoties descendit ad imos
Antipodas, frigúsque absente creatur ab igni:
Non tamen obscurus sol est, neque frigidus ignis.
Vnde satis miror quosdam doctos alioqui
Asserere, offendi atque irasci, & sumere pœnas
De nobis, illud summum verúmque bonúmque,
Hinc bellú atque famem & pestem prodire putátes.
Offendi si posset enim mortalibus actis,
Quid quæso in mundo foret infelicius illo?
Quoque die atque horæ momento plurima fiunt
Crimina, vbique hominú blasphemia turpis in ore
Sentitur: certè poterit requiescere nunquam,
Nunquam lætus erit: neq; erit Deus ipse beatus,
Si quoties peccant homines offenditur, & si
Iniustis hominum factis dictísque mouetur.
Nimirum Deus offendi lædive nequit, si
Verum perspicimus, nam adeò perfecta potensque
Ipsius est natura Dei, tantúmque remota
Sordibus à nostris, vt nos distemus ab illo

Lon-

Longiùs atque magis, quàm à nobis distet asellus,
Quàm musca aut pulex, & quicquid vilius his est.
Quomodo tam miseri & viles offendere tantum
Tàmq; potens numen, vel lædere possumus vnquã?
Nónne impassibilis Deus est, penitúsque doloris
Expers: atque ideò æternus, sempérque beatus?
Num decet irasci regem, si morio verbis
Indignis illum petat: an contemnere præstat?
Nunquid cum puero decus est pugnare Giganti?
Præterea quum sit sapiens, videátque futura
Omnia, dic quæso, num debuit illa creare
Quæ sibi post nocitura forent, vnde ipse doleret?
Nónne illum decuit, qui toti consulit orbi,
Consuluisse sibi? vel dic, si offenditur, an vult
Offendi? si vult, iam non offenditur, imò
Gaudet: si non vult, cur hoc permittit? an ipse
Non est omnipotens? certè est, omnesq; fatentur.
Deberet prohibere igitur, quod non facit: vndè
Vult ratio vt credam, nihil illum posse molesti
Sentire omninò, & tranquillam ducere vitam.
At dices, si non offensa irascitur vlla,
Curramus proni in vitium, in scelus omne ruamus.
Non sic, sed nostris aures nunc arrige dictis,
Recludámque tibi iamiam penetralia veri.
Quando aliquis peccat, tunc sese abducit ab ipso
Fonte boni: rectũ, lucem, pacémque relinquens.
Vnde fit, vt peccans vltrò in sua damna feratur:
Quandoquidem talis natura est oppositorum,
Vt quanto refugis magis atque recedis ab vno,
Ad reliquum tanto accedas magis atq; propinques:
Sic fugiens peccando Deum, sese admouet ipsi
Sarcotheo: cuius postquàm iuga sæua recepit,
Afficitur variis pœnis, iussóque tyranni
Nunc hoc, nunc illo torquetur sæpe dolore.
Non impunè igitur cuiquam peccare licebit.

Quam-

Quamuis nullorum possit Deus esse malorum
Causa (vt iam dictũ est) per se, propriéq; : sed vltro
Qui peccat ruit in pœnam, & sua damna requirit,
Carnificíque miser cruciandum se exhibet vltrò.
At dubia hinc duo consurgunt satis ardua, nam si
Peccare est nobis nostrorum causa malorum,
Cur sæpe iniustus, sceleratus, & impius, omnem
Lætus agit vitam, & laudato funere finit?
Contra, vir bonus atque pius, mala plurima viuens
Sustinet, & tandem miseranda morte recedit?
Præterea à supra ostensum est, planéque probatum,
Non culpa aut meritis nostris contingere nobis
Vel bona vel mala, sed cuiusdam numine diui,
Qui mare, qui terras, quíque aëra possidet imum,
Quomodo nunc igitur mihimet contraria dico?
Et mea nunc discors secum sententia pugnat?
Quisquis es, ô Lector, poteris dignoscere verum.
Atque tuo tenebras animo procul ire videbis,
Si præbere aurem nostris dignabere dictis.
Ergo duplex scito esse bonum, vulgi ac sapientum:
Sicque malum duplex : atqui sententia vulgi
Deterior semper : nam crassi hebetísque cerebri est,
Iudicióque caret: propter quod corporis & quæ
Fortune bona sunt, sola hæc miratur & optat:
Aſt animi bona vel nescit, vel friuola credit.
Contrà autem sapiens, animi bona sola requirit,
Cætera despiciens. quare sumus antè secuti
Iudicium vulgi, & vulgi de more locuti:
Nunc verò á vulgo sententia nostra recedit,
Déque bono atque malo sapientũ dicta probamus:
Sic non dissideo mecum, aut contraria dico.
Tali igitur pacto asserimus, bona nulla sceleſtis,
Et iustis mala nulla quidem contingere posse:
Quod clarè ostendam, & clara ratione patebit.
Primũ hoc scire opus est, vitiũ quodcunq; scelúsque

Esse

Esse animi quendam morbum: nec corpore solo
Ægrotant homines, animus quoque vulnera sentit,
Nec leuiora quidem quàm corpus. quilibet ergo
Improbus est æger: quippe illi est ægra voluntas,
Iudici inique ægrum, propter quod noxia præfert
Vtilibus miser, & præponit turpia honestis.
Quòd si non ægra est illi mens atque voluntas,
Improbus esse nequit: sed erit iustusque piúsque:
Hoc etenim solo discrimine distat vterque.
Ac velut totum corpus malè languet, vbi vllo
Hæc duo læduntur morbo, cor atque cerebrum:
Sic (heu) sic animus totus malè languet, vbi vllo
Hæc duo læduntur vitio, mens atque voluntas.
Vsque cibus suauis stomachio languente videtur
Insuauis, prodéstque nihil, nec quæ competit ægris:
Sic animo languente, boni nihil esse sceleſtis,
Nil prodésse potest. quod sic verum esse docebo:
Est aliquis legum rursúsque vtriusque peritus,
Sed vafer, iniustus, cupidus, contemptor honesti:
Quid fux quæso illi prodest doctrina? boni quid
Inde habet? heu miseros fallit, spoliátque clientes,
Atque alios mulcos lædit. doctrina sceleſti
Est gladio insani simili. nam semper abuti
Improbus ipse solet rebus quas possidet. vnde
Fert alijs damnum, nomen sibi turpe, odiúmque:
Quásque serit spinas, pedibus sæpe excipit ægris:
Vel saltem metuit quos lædendo efficit hostes.
Ergo bona illius dicenda scientia, multis,
Quæ nocet, vt sæuus coluber, neq; parcit habenti?
Sic de alijs dico doctrinis quas habet ipse
Improbus: esse, bonæ simili ratione negantur.
Sed malus est dives, gemmis auróque refertus:
Diuitiæne bonæ illius? non: dic mihi, quare?
Ecce ego iam dico, quia turpiter vtitur illis.
Scorta alit, ignauámque gulam, lenáſque dolosis

Con-

Conduct: pretio pueros corrumpit auaros:
Aggreditur donis, si qua est paupercula virgo:
Vtque sibi indulgens quodcunque libido furfit,
Efficiat, leges hominum paritérque deorum
Iúsque piúmque nihil curat: quòd si sit auarus,
Heu quid non audet sceleris? lupus iste cruento
Ore furens, nulli non insidiatur ouili:
It præceps, quocunque rapit sclerata cupido.
Intolerabilius nil est quàm diues auarus,
Quàm stultus locuples, quàm fortunatus iniquus.
Aut igitur pecudum ritu carnalia tantùm
Gaudia sectatur, sibi noxius atque crumenæ,
Aut parto nimium parcens, sit Tantalus alter.
Congregat, & nescit cui congreget: vtque solet fus,
Non sibi, sed multis alijs sese ipse faginat,
Qui mox diripiant longo cumulata labore.
Vnde patet non esse bonas quascunque scelestus
Diuitias habet: at si sit robustus & acer,
Quid faciet? crebrò rixabitur, & violentus
Nunc hunc nunc illum lædet, plerunque sequetur
Militiam, aut latro fiet: quòd more ferarum
Crudelis, cæde atque alieno sanguine gaudet:
Arma & bella ferox, sceleris, non laudis amore,
Diligit: vnde suis damnum fert atque pudorem.
Corporeæ vires, mente ac probitate carentes,
Heu quàm sæpe nocent homini, quâ tempore parvo
Durant, quàm rarò ad primam venêre senectam!
Sed quid opus multis percurrere singula verbis?
Hæc possunt exempla satis bene pandere verum.
Nunc operæ pretium est solerti inquirere cura,
An iustis sanctisque mali contingere quicquam
Possit, vt à multis dici créditque videmus.
Ardua res certè, tamen hanc audacter adibo,
Fretus ope Aonidum, & Cyrrhæi numine vatis.
Principio quisquis bonus est, sit sanus oportet

Mente

Mente animóq; dicet grauis ægro in corpore lãguor
Sæuire, & vario vexentur membra dolore:
Ne rectum illi iudicium, neu recta voluntas
Deficiat. namque his sine vir bonus esse, piusque
Nemo potest: duo virtutis fundamina sunt hæc.
Talis homo quæcunque tenet, rectè vtitur illis:
Atque ideò bona sunt, doctrina, pecunia, vires
Illius, & demum quæ possidet omnia: namque
Maxima pars rerum bona vel mala fertur ab vsu.
Et si cura hominum dijs immortalibus vlla est,
Præcipuè hi debent iustósque piósque tueri.
Quod si non facerent, diui ratione carerent,
Nec sacris essent digni, nec thure, nec aris.
Quare non video qua lædi parte bonus vir,
Quidue mali vel mente pati vel corpore possit
Quum deus hunc amet & foueat, dextráq; potenti
Propugnet, rutúmque omni discrimine reddat.
Nam quis non iuuet, aut quis non tueatur amicum,
Quandocunque potest, si verè diligit illum?
Sed tamen interdum iustus miser esse videtur,
Pauperiémque pati & morbos casúsque siniſtros:
Quum non sit verè iustus, sed hypocrita: quales
Inuenies passim multos, qui pelle sub agni
Vipereum celant vitus, moréſque luporum,
Et stolidos ficta virtutis imagine fallunt.
Proinde Deus cui corda patent, arcánaq; mentis,
Hunc non custodit, nec amat: nos pectore crasso
Et cerebro insulso, decepti ab imagine recti,
Tunc iustũ malis multi pati, & miserũ esse putamus.
Heu quàm sæpe hominũ falsa & stulta inueniuntur
Iudicia, & quàm mens humana est nescia veri!
Quisque sibi placet, & sapiens sibi quisque videtur.
Hinc risum excutimus superis, hinc plurimus error.
Esto tamen, iustus morbos patiatur, agátque
Despectam in tenebris & paupertate pudendã,

Electus

Eiectus patria, vel clausus carcere, vitam,
Atque alijs etiam vexetur casibus, esto:
Propterea ne malum patitur? non, quippe ferendo
Talia, fit melior, fit clarior: omnia iusto
In melius cedunt, iussu Iouis, vtque medentes
Sæpe aloën ægris adhibent, succósque molestos,
Quò fiant validi, & pulso languore resurgant:
Sic plerumque Deus iustos exercet, vt ipsos
Excitet, atque magis virtuti incumbere cogat.
Vtque homines reddit stultos, prauósque voluptas:
Sic dolor ad mentem reuocat, vitiumque coercet,
Criminibus frænum, calcar virtutibus addit.
Nónne vides, igni fieri pretiosius aurum?
Vberiúsque solum præduri dentes ligonis?
Et putrescere aquam quæ non fluit? aspice ferrum,
Pulchrius est vsu: cessans rubigine sordet.
Multa igitur sunt quæ aduersis agitata nitescunt:
Præsertim virtus, quæ in rebus clarior atris
Perspicitur, velut in tenebris magis enitet ignis.
Quare aut nil prorsus patitur bonus & pius: aut si
Quid patitur, parit hæc illi patientia lucrum,
Fértque illi, sit amara licet, medicina salutem.
Et ne quis fortasse putet me fingere nugas,
Res eadem, quæ vni prodest, quandoque venenum
Est alij. sic nonnullis sunt noxia vina,
Atque caro, sic nonnullis absynthia prosunt.
Sic calor ipse niuem, ceram, glaciémque resoluit:
Argillam contrà durat. sic talia multa
Diuersos pariunt diuerso in corpore fœtus.
Et quoties iisdem verbis hic ridet, at ille
Contrà tristatur, vel mota bile tumescit?
Non eadem cunctis eadem sunt: Bacchus acescit
Egregius, si tu vitiosa in dolia mittas.
Nimirum sanis sunt omnia sana: sed ægris
Quæ bona sunt, quãdoq; nocent, lethumq; minãtur.

Sic ergo, (ad nostrũ vt redeam) mala corporis, atque
Spicula fortunæ, sunt perniciosa scelestis:
Expediunt verò iustis, prosúntque nocendo.
Sufficiant hæc dicta tenus: iam claudere librum
Musa iubet, Chirónque vocat, qui scribere mores
Humanos cupit, & sacraria pandere viræ.
Quocirca est operæ pretium, me linquere cantus
Aonios, tacitúmque sacris requiescere siluis,
Pieridúmque tholo citharam suspendere, donec
Tempora prætereant hæc pessima, tempora multum
Deploranda: quibus procerum discordia totam
Nititur Italiam bello vastare superbo.
Vnde suos queritur direptos Roma penates:
Narnia, Ticinum, Melfis sensêre ruinam.
Vnde & Parthenope Sirenis clara sepulchro,
Nunc sua Gallorum manibus pomaria cernens
Vastari, heu tristis gemit ad Sebethidas vndas.
Quid memorem vitæ cœlo miracula flammæ
Vincentis splendore diem? tristésque locustas
In morem nebulæ nitidum prætexere solem,
Et teneras auido segetes abrodere morsu?
Quàm multas miseranda fames, miserandáq; pestis
Ciuibus exuerit, vacuásque reliquerit vrbes?
Quot loca diluuijs propè desolata videntur?
Heu mihi quàm iustas de nobis numina pœnas
Sumút! nam sceleris quid nõ cõmittimus? aut quid
Iustitiæ est vsquam? quis amor cultúsque deorum?
Religio, aucupium facta est: cœlestia vænum
Omnia nunc dantur, violantur sacra profanis
Lenonum manibus: tamẽ hæc spectantq; tacentq;
Magnifici reges, & Christi prorsus honorem
Nil curant: sic nos miseros idola gubernant?
Ergo ibo intereà & Parnassi in rupibus altis,
Donec Musa iterùm iubeat me exire, latebo.

LIBER

LIBER NONVS.

SAGITTARIVS.

LVcescit iam, Musa: satis requieuimus antris
Castalijs: agedũ plectro citharáque resumpta,
Effice concordes neruos, solitóque fauore
Antiquum cane Diua melos: bona carmina menti
Sint tibi, quæ quondam blandus dictabat Apollo
Laurifera in silua, Permessi ad fluminis vndam.
Nos vocat ecce alius labor, haud inglorius: alta
De specula, & summo Parnassi vertice, mores
Spectemus varios hominum, vitámque notamus.
Iam medium mea cymba fretum tranauerat, & iam
Canebant gelidis siluarum summa pruinis:
Quum mihi nescio quis Deus adstitit, & procul atrã
Expulit affulgens, diuino lumine noctem.
Tunc scopulum quendam aspexi, qui vertice nubes
Exuperans, latè cœlum spectabat apertum:
Difficilis primo accessu: namque aspera circum
Saxa arctam fecêre viam, plenamque laboris.
Imáque cinxêrunt siluestres vndique dumi:
Mitior in medio: quantúmque accedit ad arces
Æthereas propius, tanto clementius idem.
Præbet iter surgens, scopulóque Theorea nomen:
Illuc me Genius duxit meus. Vtque eacumen
Venimus ad superum, plana & plena omni vidi
Delicijs miris: quas si mea lingua referre
Nunc velit, antipodas citius solebit ad imos,
Et nox humenti terras velabit amictu.
Dum moror, & miror latos lætósque sagaci
Mente locos, vox ecce polo delapsa supremo,
Flecte (inquit) Stellate genu, regémque precare
Cœlicolûm supplex, cuius sine numine frustrà

Carpere delicias scopuli conaberis huius.
Ergo humilis venerare Deum, fauor omnis ab alto
Defluit in terras: nihil est mortalibus ægris
Vtilius quàm cœlestem, sanctéque piéque
Orando sibi quærere opem, & cognoscere diuos.
Talibus auditis, facie manibúsque supinis,
Et genibus flexis, effudi has pectore voces;
Magne pater diuûm, mundi suprema potestas,
Quo nihil esse potest, nec fingi malus, ab omni
Corporea stans mole procul, tamen omnia fingens
Corpora, vel prorsus mutari nescia, vel quæ
Temporis anfractu longo labefacta fatiscunt:
Principium sine principio, fons vnde bonorum
Effluit omne genus, naturæ rector & author:
Omnia comprendens, at non comprensus ab vllo,
Maiestas immensa, bonum, sapientia, vita,
Ordo, decus, finis, mens, verum, lux, via, virtus:
Nusquã habitans, & vbiq; habitãs immobilis, & dãs
Assidue motum cunctis: à quo omnia, & in quem
Omnia, per quem etiam sunt omnia, semper eadem
Conditione manens, nullo mutabilis æuo:
Maxima causarum, quæ certa lege reuoluens
Sideream molem, fatorum iura gubernas:
Rex regum, cui mille adstant, & mille ministrant
Agmina diuorum, lætantum, hymnosque canentum,
Lucis in immensæ campis, extra extima mundi
Mœnia, vbi est veris sedes aptissima rebus:
Te colo, te veneror, te nunc reuerenter adoro,
Atque precor supplex, vt me spectare benigno
Digneris vultu, vocémque audire precantis.
Mitte tuæ lucis radios mihi, pelle tenebras
Oppressæ (heu) nimiũ moribundo in corpore mẽtis.
Da rectam reperire viam, ne noxius error,
Vanaque credulitas & opinio cæca trahat me
Præcipitem in salebras rerum & contagia vitæ.

Nam

Nam sine te ingenium mortale, humanáque virtus,
Dum se tollere humo sperat, velut Icarus olim,
Disiuncta compage ruit, pennisque solutis:
Nec potis est sine te occulti penetralia veri
Cernere, nec qua parte salus aut arte petatur.
Largire ergo mihi, Rex ô dignissime regum,
Vt te cognoscam, & placeam tibi: deinde sciam me,
Quid sim, qua in terris causa productus, & vnde
Huc veni, ac tandem quò vita functus abibo:
Quid mihi dum viuo sit agendum, sitque cauendum:
Vt quum finierit Lachesis mea fila, diesque
Vltimus abdiderit membra hæc exhausta sepulchro,
Mors fiat mihi grata quies, portúsque salutis.
His dictis iterum nostras vox impulit aures;
Placasti æthereum numen, votísque lirasti:
Esto animo Stellate bono: tibi posse manere
Hoc datur in scopulo, & cœlestes carpere fructus.
Confestim his dictis tacuit, nilque addidit vltrà.
Ast ego sensi animo magnum accessisse vigorem,
Atque oculis lumen, quo latius omnia cœpi
Cernere, & antiquum superabam Lynceæ visu.
Mox me sensi etiam vento ad Crystallina cœli
Conuexa extolli blandè, sursúmque leuari,
Alitis in morem Vulcania tela ferentis,
Discussura polum tonitru flammísque coruscis,
Quandocunque Iouem mortalia facta lacessunt.
Iámque propinquabam lunæ, portásque videbam
Partim auro insignes, partim candore nitentes
Argenti puri: ingredior visu omnia lustrans.
Ecce mihi occurrit venienti fortè Timalphes:
Egregius iuuenis forma, & virtutis honore,
Quem Ioue diua Arete quondam est enixa parēte:
Hic me quamprimùm agnouit (nam matre iubente
Multa diuque aliàs fuerat mecum ipse locutus)
Vtque salus dicta est nobis vltróque citróque,

Admirans me multa rogat, mox ducit in vrbem
Ingentem, quantam terrarum non habet orbis;
Mœnia surgebant solido ex adamante: sed ipsa
Propugnacula erant flammanti extructa pyropo.
O quæ illic, quanta & quàm pulchra palatia vidi,
Templa, theatra, fora & magnarum strata viarum,
Cuncta ex argento, atque auro, gemmisque beatis!
Longè plura etiam vidi pulcherrima ibidem,
Singula sed nequeo memorare, & singula quamuis
Possem, dij nolunt memorari singula vulgo.
Mirabar populum ingentē, innumerosq; per vrbem
Vestibus indutos niueis incedere ciues,
Serta quibus comptos cingebant florea crines.
Læti omnes, manibus gestabant lilia, & hymnos
Menarchi memores lunaria regna tenentis,
Gutture dulcisono & concordi voce canebant:
Menarchū ingeminant, Menarchū carmine laudant:
Garrula Menarchum referebat sæpiùs Echo.
Arcadas hic domuit fœlici Marte Gigantes,
Vt mihi tunc retulit fido sermone Timalphes.
Namque ait, Arcadiam totam sine montibus olim
Planicie ingenti campos habuisse patentes,
Terribilésque illud regnum tenuisse Gigantes,
Mænalon & Pholoën, & amantem lustra Lycæum,
Gestantémq; humeris aprorum terga Erimanthum,
Et flagrantem odijs in cœlicolas Cyllenem:
Qui primi ante alios nativo robore freti,
Turpia sunt ausis conuicia dicere lunæ:
Se prius esse illa genitos, & nobiliori
Stemmate conspicuos, ideóque in sede locandos
Ætherea magis, & diuorum nomine dignos.
Quinetiam insani struxére ad sidera turrim,
Maiorem Nemrothe tua, ferróque recurua
Ter sunt conati de cœlo euellere diuam,
Sanguineam vultu, mortaliáque arma timentem:

Ter

Ter Menarchus eos multa vi reppulit, & ter
Expressos nigro Saturni è gramine succos,
Iniecit miseris, virusque per ossa cucurrit.
Obriguêre illi extemplo, victique dolore
Informes liquêre animas, quas Tartarus imo
Excepit fundo, cruciandas omne per æuum:
Corpora sed valido penitùs labefacta veneno,
Membrorum molem in montes vertêre superbos,
Mutatáque suum nomen tenuêre figura.
Vnde huius facti memores tantique triumphi,
Solenni pompa celebrant pia festa quotannis
Lunicolæ, regémque suum venerantur ouantes.
Progressi inde arcem petimus, quæ tota nitebat.
Auro, gemmarúmque coloribus intertextis:
Hanc nulli fas est mortali intrare, (meus dux
Inquit) proinde foris stetimus, spatiumq; per amplú
Ingentis plateæ, diuersa è parte videmus
Aduentare animas, consisteréque ante tribunal
E regione arcis positum, & mira arte paratum.
Illic iura dabant animis, altéque sedebant,
Crimina censentes, nec non benefacta notantes
Quæ quisque in terris viuendo gesserat olim.
Tres Iouis & Dozæ nati, Telescopus, atque
Dorophonus, sempérque volens sibi recta Philorthus.
Hi merita & culpas æquata lance videbant,
Arbitrióque suo paucos ascendere ad astra,
Innumeros verò ad terram descendere rursus,
Complures etiam in luna perstare iubebant.
Obstupui tacito obtuitu, tandémque locutus,
Dic bone dux mihi, quæso, inquá, si tartara in imis,
Súc latebris terræ (vt perhibent) cétróq; propinquis,
Atque animas illuc vectas post corporis vsum
Æacus et Minos, & terrificus Rhadamanthus
Iudicat, & meritas pœnas aut præmia confert:
Cur eadem hic fieri video, repetique peracta

Iudicia, expendique iterum mortalia facta?
Ille autem, humanam mentem (respondit) opaco
Carcere membrorum clausam, ignorantia & error
Opprimit, & longè oppressam per deuia ducit.
Hinc hominum genus in nugas & somnia pronũ est,
Et procul à vero, nisi quis Deus adsit, aberrat.
Non mirum est igitur si vestri multa poetæ
Falsa canunt, quoniam paucis via cognita veri est.
Tu tamen hæc memori mysteria pectore habeto;
Omne quod est supra Lunã, æternúmq; bonúmque
Esse scias, nec triste aliquid cœlestia tangit:
Quicquid verò infra lunæ conuexa creauit
Omniparens natura, malum est, mortisque seueras
Perpetitur leges, & edaci absumitur æuo.
Hæc loca disiungit medius lunæ orbis, vtrique
Mundo interiectus, cœli confinia seruans.
Ergo vbi terrenos artus liquêre, feruntur
Huc omnes animæ, atq; ipsis commissa fatentur
Iudicibus: quorum iussu, loca certa, suisque
Moribus apta petunt, & habent sua præmia in illis.
Quanto quæque magis vitiorum fæce grauata est,
Tanto etiam magis ad centri loca turbida tendit.
Contrà quo melior quæque est ac purior, hoc se
Altius artollit, summóque propinquius orbi.
At quibus æqua boni est animis mensura, malique,
Hic remanent, habitantque diu lunaria regna:
Donec post multos longæui temporis annos,
Aut lapsæ in vitium rursus terrena reuisant,
Aut bene purgatæ æthereas mittantur ad arces.
Hæc ait ast ego tunc, Cur tam paucæ ardua (dixi)
Astra petunt animæ, & summo potiuntur Olympo?
Cur sic in vitium pronæ labuntur, & ipsam
Virtutem fugiunt miseræ, lucique tenebras
Præponunt? cur fœda magis quàm pura sequuntur?
Vnde illis tantus furor, & tam cæca voluntas?

Tunc

Tunc ita respondit nobis Aretelus heros;
Et cupio, & fas est tibi me recludere multa,
Iudice te, pulchra, & scitu dignissima; quando
Non te huc aduenisse reor sine numine diuum,
Et diui hæc te scire volunt, ad limina quorum
Nemo venire potest viuus, nisi vectus ab illis.
Ergo audi, & quæcunque loquar, fac mente reponas.
Sed priùs hinc operæ pretium est secedere paulum.
Iuimus, atque alta in specula consedimus ambo,
Vnde maris terræque orbem spectare licebat,
Tunc has diuino deprompsit pectore voces:
Esse malæ per se nequeunt, nec sponte suapte
In vitium tendunt animæ, quarum æthere ab alto
Est genus, & quarum diuino è semine origo est:
Nec prana esse potest per se natura animarum,
Quas Deus ipse creat, quo nil authore mali sit.
Sed sunt quædam aliæ causæ, quæ in tartara caeca
Detrudunt miseras, & multo crimine fœdant:
In primis verò corpus nam carceris instar
Est animæ, quam dum membrorum nexibus arctè
Implicat, æthereæ mentis suffocat acumen:
Haud secus ac intus positam vas fictile flammam,
Et nebulæ nitidum obducunt Hyperionis orbem.
Tunc anima ipsa subit cunctarum obliuia rerum,
Tunc bibit infernam lethen, rasæque tabellæ
Efficitur similis, quam dextera nulla notauit.
Ergo ita captiuã, & moribundo in carcere clausam,
Mille quidẽ illudunt pestes, mille vndique monstra
Oppugnant, quæque arte valent euertere tentant.
Qualis viminea dum fortè quiescit acanthis
In cauea, moluens vario sua fata canore:
Ad quam prorepit summisso corpore fallax
Ælurus, miserámque infestans vndique terret,
Venator murum ælurus, volucrámque peremptor.
Illa autem metuens rabiem prædonis? in omnes

Obuo-

Obuolitat partes, ac se fugitando tuetur;
Interea alter adest hostis, similique furore
Attonitam infestat, donec per latius æquor
Vnguibus immissis prensam extrahit interuallum,
Et solito extractam maridens cum murmure glutit,
Talis diuerso hinc illinc urgetur ab hoste
Infelix anima & fugiens hæc retia, in illa
Incidit, humano dum corpore clausa tenetur.
Nescit enim quid agat, quò se retrahatue ferátue,
Et decepta boni specie velut ebria nutat.
Vnde nisi auxilio monitoris, & arte docentis
Paulatim in lucem q̃ tenebris ducatur opacis,
Deteriora petit semper, meliora refutans.
Prima igitur labes animæ, & contagio prima,
Præcipuumque malum, quod culpa corporis illi
Euenit, est veri atque boni ignorantia, de qua
Iudicium falsum exoritur: quæ maxima pestis
Humano est generi, de qua duo monstra creantur
Stultitia atq; scelus: sed ab his mala cuncta duobus
Proficiunt quæcunq; homines patiuntur, aguntue.
Quippe omnes peccant, vel quòd bona falsa sequun-
Stultitiæ monstrante viam: vel quòd scelus illis (tur,
Immittit stimulos, quibus in facta impia aguntur.
Propterea recte aut stultus dici, aut sceleratus
Ille potest quisquis peccat ratione relicta.
Verum in parte animæ quæ concupit, ipsa resedit
Stultitia, atque illic habitans tentoria fixit:
In parte autem alia quæ irascitur, est scelus, armis
Terribile atque dolis & lethiferis aconitis.
Hi duo sunt reges magni, & magna agmina ducunt
A tergo, humanumque genus populatur vterque.
Ambo etenim veri expertes, falsoque creati
Iudicio (vt dictum est) animas in corpore sepultas,
Natuæque suæ immemores, ac lucis egentes,
In tria stagna Erebi & mortis duraneq; trahuntque

Quo-

Quorum vnum fertur limosum, illique Voluptas
Præsidet: ast aliud spinosum dicitur, in quo
Regnat Auaritia, & lucrandi effrena cupido:
At reliquo est nomen fumoso, cuius habet ius
Imperiumque tenet sitibundo Superbia honoris.
In tribus his stagnis animarum maxima toto
Turba perit mundo, hæc illis immensa ruina est.
Nam quæcunque vndis mergantur talibus, illas
Perdit amor carnis, fugitiuorumque honorum.
Nec se vltrà agnoscunt, cœlique ocliuia potant,
Vsque adeò vt vitam præterquam corporis vllam
Esse negent, sesèque aboleri in funere credant.
O viles crassásque animas, & ab æthere pressas
Auersas, nil egregium & sublime putantes,
Sed pecudum more in terras terrum aspicientes.
Sunt & causæ aliæ propter quas afficiuntur
Prauæ animæ, vnde malis multis iure afficiuntur.
Namque vbi densantur nubes, pluuiæque creantur,
Et venti horrisono concursu fulgura gignunt,
Illic prauorum sedes est dæmoniorum:
Quorum opera fiunt pestes, insanáque bella,
Et tempestates, terra pelagóque furentes.
Horum istu, suasu, hortatu, impulsúque, dolóque,
Turba ignara hominum ruit in turpissima quæque
Flagitia: hinc recti, hinc obliuiscuntur honesti.
Sed quoniam tentatores & dæmones istos
Peruersos paucis concessum est posse videre,
Pauci ideò credunt vsquam reperirier illos:
Imò aliud nihil esse putant quàm nomen inane
Plerique, ac veluti ægrotorum insomnia rident.
Tu tamen hunc abs te errorem propelle, meisque
Crede, fidémque abhibe (nam sunt verissima) dictis:
Vtque scias melius nullas me fingere nugas,
Iamiam oculis saxo proprijs tute omnia cernes.
Sed prius hic tentare opus est Thaumantida votis,

Quæ

Quæ inundata solet Iunonis ferre per auras,
Dissipet vt ventos nubes cælumque serenet,
Impediat ne te spectantem turbidus aer,
Ergo Iris supplex tali sum voce precatus,
Iri decus cœli, vario spectanda colore,
Quæ nube ingentem rorantis porrigis arcum,
Aduersoque sinu radiantis lumina Phœbi
Excipis, absorptasque ad nubila conuehis vndas:
Iri hominum stupor, & Iunonis nuntia magna,
Thaumantis vere proles miranda vetusti,
Redde precor nobis pulsa caligine clarum
Æthera, & Æolio imbriferos Pulcherrima claude
Carcere diua Notos, proque his permitte serenos
Stellantia cœli Boream percurrere campos.
Contentò his dictis septem de parte trionis
Emicuit Boreas, & siccis flatibus omnem
Aëra purgauit lætè, puramque reliquit.
Post hæc nescio quo prorsus mea lumina succo,
Dux meus, aspice, ait, iam mundi arcana videbis.
Pandite nunc vestros fontes, vestra antra sorores,
Quæ iugis lauriferi Parnassi excelsa tenetis,
Et mihi (namque opus est) date centum in carmina
Vt possim aereos reges populosq; referre, (linguas,
Ludibriorum hominum, scelerúmque magistros,
Qui assidue vexant mortalia cuncta, suisque
Artibus humanas tradunt in tartara mentes.
Hic vbi puniceo comitis Tithonia curru
Oceano emergit primùm, primúmque nitescit,
Nocturnas abigens rubicunda luce tenebras,
Ingentem vidi regem, ingentique sedentem
In solio, crines flammanti stemmate cinctum,
Pectus & os illi tergens, oculique micantes,
Alta supercilia, erectus, similisque minanti
Vultus erat, latæ nares, duo cornua lata,
Ipse niger totus: quando nigra corpora pruis

Dæmo-

Dæmonibus natura dedit, turpesque figuras,
Dens tamen albus erat, saimæ albæ vtrinq; patentes.
Alæ humeris magnæ, quales vespertilionum,
Membranis contextæ amplis, nec amplus vterque,
Sed qualem diuinalis anas, qualémque sonorus
Anser habere solet: referebat cauda leonem.
Nudus erat, longis sed opertus corpora villis.
Multa illi adstabat turba, innumerúsque sarelles.
Circum aderant longè laréque quot agmina Xerxē
Non habuisse puto, peteret quum Marte Pelasgos,
Infœlix, vix inde fuga rediturus inermi.
Quisque suis vnicum manibus, follémque tenebat
Folle quidem vt capita instarent, ventóque repleret
Illorum quibus hæc magnas fortuna dedisset
Diuitias, vel quos doctrina, robore, forma,
Nobilitate, alijs multis præstare viderent:
Vnco autem, vt quos implessent petulantibus auris
Iam satis atque super, fumosa in stagna tumentes
Pertraherent, prædam ranis colubrisque futuros,
Atque alijs habitant illo quæ gurgite monstris.
Regi huic (quem dixi) nomen fuit, estq; Typhargo.
(Sic etenim aiebat declarans cuncta meus dux.)
Post hæc occiduas quà Titan vergit in vndas,
Et prono curru extremis impendet Iberis,
Sollicitam direxi aciem, similémque priori
Prospexi regem, sublimi in sede locatum,
Aplesto cui nomen erat: populósque regebat
Spirituum innumeros, Solis quoscunque cadentis
Fert regio, atque plagis quicunq; morantur in illis.
Dipsada quisque manu dæmon gestabat, & vncum.
Tunc Iouis atq; Aretes natus, Vidén, inquit, vt ipsos
Quisque suum irritent angues, digitisque lacessant?
Vt morsu grauiore petant, grauiore veneno
Inficiant terrenorum hominum vilissima corda?
Nam qui pesteferi læduntur vulnere dentis,

Amit-

Amittunt mentem miseri, & cœlestis prœsiis
Despiciunt, tantáque sui vexantur, vt in quem
Expleri nequeant, frustráque bibendo laborent.
Dumque ita nequicquã semper sitiúntque bibúntque
Immemores mortis, fauci, cœlique, sulque,
Ecce adsunt diris armati dæmonis vicio,
Abripiúntque illos, & adhuc sitientia figunt
Gutturi, spinosi stagni, mergendo sub undas.
Illic innumeris pœnis plectuntur, & illic
Plurima monstra latent, præsertim plurima hirudo,
Morsibus assiduis, quarum nocte sque diésque
Intolerabiliter cruciati, denique reddunt
Quem vivendo alijs olim ex tricere ornarent,
Nec tales miserunt longissima secula pœnas.
Ergo hic rex facit, & punit quos fecit auaros.
His dictis conuersi oculos ad frigida mundi
Sidera, quã geminam nostri polus aspicit arcton,
Et sua semper agit circum sarcaca Bootes.
Illic regem alium videro, innumerásque malorum
Spiritum turbas, Aquilonis regna colentes,
Gestantésque hamos manibus, tũc dixi meus inquit,
Rex hic qui gelidis Bootæ dominatur in oris,
Luxuriæ atq; gulæ est princeps, idémq; Philocreus
Nomẽ habet, non fraude alijs neque viribus impar.
O quantum noxæ cæcis mortalibus affert!
Namq; hamis quos ipse vides, dulcem inserit escam,
Infectam tamen occulto Stygióque veneno,
Hisque capi iubet insulsos, stagníque lutosi
In vada nigra tradi capent, & gurgite mergi.
Qui mox mutati in brutorum corpora, fiunt
Pueri, asini, tauri, vulpes, vrsique, lupique,
Atque alia, humanæ quæ sunt expertis mentis.
Nec satis hoc, vespas, carbonibus, & scarabeis
Tonquentur miseri assiduè, quæ plurima in illis
Obuolitant ripis animalia, ibique morantur.

Tali-

Talibus oblectant placentque Philocrea poenis,
Gaudia qui carnis, spreta virtute, sequuntur.
Hæc ait: ast ego, quà vertex declivior austrum,
Nubiferúmque Notum gignit, genitúmque per oras
Anguiferæ Libyes, spatia in contraria mittit,
Prospiciens visu intento, quanta agmina cernit,
Et quantos passim conuenius dæmoniorum,
Hinc atque hinc nigris alis per inane volantum.
Rex erat in medio magnus, magnáque cuirina
Insignis, qui torus acie vulnúque maligno
Vibrabat stridens linguam paulo ore trisulcam,
Viperæum in morem, & virus saniémque tomebat:
Qualem mœrenæ coluber stimulatus amore,
Gaudia coniugij metuens temerare veneno,
Effundit summo in scopulo, effusúmque reponit
Cautibus in rigidis, mox fultu præcipitem se
Deijcit in medias sinuosi fluminis vndas,
Sibiláque ingeminans chinum vestigat amicam:
Illa sono audito, confestim occurrit amanti,
Multiplicíque ambo cõniungunt corpora nexu.
Ast vbi iam Veneris tanglens est expleta voluptas,
Emergit lætus coluber, pestémque relictam
In scopulo repetit prudens, stráque arma requirit:
Quæ si amora videt, vel proculcata, dolore
Afficitur tanto, vt morsus, vitámque perosus
Térque quatérque capuc sarcis illidat acutis,
Donec morte animam & curas simul exuat omnes.
Iste igitur rex talis erat, talesque videbam
Esse suos populos: plerumque est regis imago
Vulgus, & ad mores accedere principis optat.
Dextra erat ipsorum fallaci armata dolone,
Liuidáque ora, atri dentes, spumosáque labra.
Regẽ hunc inuidiæ esse patrẽ dominõq; Timalphes
Aiebat referens, ipsúmque Miastora dici,
Quo instigante sui mortalia corda ministri

Tar-

Tantaveis, implent spumis, tunc improba pestis
Diffundens sese totos contaminat artus:
Præsertimque oculos angit, ne prospera ferre
Alterius possint, intabescantque videndo.
Postremò infixis per terga dolonibus, ægras
Extrudunt animas, triplici quas gutture mandit
Cerberus, & mansas acutis in tristia vertit.
Corpora scorpiones finis, & acumine caudæ,
Quamvis blanda illis videantur brachia, lædunt.
Sed tu iam medias contemplare aëris oras,
Sarcophagumque vide, qui rex est primus, & idem
Pessimus, hunc alij reges metuuntque colúntque,
Huic seruit quicquid tenet orbis dæmoniorum.
A quo ceu quodam centro genus omne malorum
Emicat, vt radij solis de corpore manant.
Aspexi hunc igitur sæuum horribilémque superbo
Extantem, solio, sceleratisque sceptra tenentem.
Sanguineæ cristæ huic surgunt, & cornua septem
Erecta, & totidem ingentes referentia nares.
Auribus atque oculis lucent & naribus ignes,
Oráque fumosis euolunt grandia flammas.
Heu quot habet secum crimines, quantásq; phalánges
Instructus telis & hominis fertis tormentis
Iste tyrannus agit, tanquam perfringere cœlum
Vellet, & ætherea superos depellere ab aula.
Tunc mihi ductor ait, Fuit hic pulcherrimus olim,
Supremóque Ioui charissimus: at mala mentis
Conditio, & lætis cognata superbia rebus,
Attulit exitium misero, par namque volebat
Esse Deo, cupiens æqualem sedis honorem.
Proinde relegati meruit, iussúsque Michaël
Constituit certos illi intra nubila fines.
Sæpe tamen prisca laudis, veterúmque bonorum
Non oblitus adhuc, & spe delusus inani,
Bella mouet superos, cœlumque irrumpere tentat.

Hinc

Hinc fragor, hinc tonitrus, metuendáq; fulmina fiũt,
Horrificique ignes nigranti nube coruscant:
Terrentur pecudes, humanáque corda tremiscunt.
Sed furit incassum, & vexat labor irritus illum,
Nec potis est vltra æthereos intrare penates:
Quique priùs lucis lator, dicíque solebat
Lucifer, est nunc noctis amans gaudétque vagari
Per noctem, lemures secum & phantasmata ducens:
Pérque diem interdum, quoties committere quærit
Armatas nebulonum acies, & sternere cæsis
Corporibus campos: vel quum crudelia nautis
Fata parat, miseráque vndis operire carinas:
Aut quum grandle aliud tétat scelus. ille etenim tunc
In lucem prodit, sed clam, mittítque latenter
Ad loca certa suos famulos, qui corda malorum
Instigant hominum, furijsque audacibus implent:
Et taciti inspirant mentem, non voce loquuntur.
Ast ego, Quæso (inquã) mi dux, iam dæmones istos
Mittamus, réque humanas tandem aspiciamus.
Namque hæc de spicula facile est terráque fretúque
Cernere; non leuiter nos hæc spectacla iuuabunt.
Cœpimus ergo ambo mortalia contemplari.
Mirabar primùm vario distincta colore
Corpora: nam mediæ gens est quæ proxima Zonæ,
Nigra erat, & crassis labris, crispíque capillis,
Et nuda, aut simæ corio malè tecta capellæ.
Quæ verò gelidis Boreæ reperitur in oris,
Vincebat candore niues, & frigora longis
Vestibus, ac multo vix defendebat amictu.
Hanc illámque inter gentem quicunque morantur
Innumeri populi, nigro tinguntur & albo,
Sed magis atque minus: quanta est distantia Solis.
Talia dum stultè admiror: quid friuola curas?
Quid vanos spectas humana in carne colores?
Dux meus, inquit: erit melius perpendere mores?

Atque animorum habitus varios, operumq; figúras:
Ex quibus agnoſces, méque oſtendente videbis,
Quæ ſit vita hominũ, & quantum chaos errat in illa.
Principiò tibi finge manum, quæ pollice cœlum
Aſpiciat, paſſis digitis: & pollice in ipſo
Pone hominũ genus illorũ quibus optima mens eſt,
Qui res humanas ſpernunt, diuináque tantùm
Mirantur, quibus in primis ſapientia cordi eſt,
Qui contemplari naturam atque æthera gaudent,
Innocui, mites, iuſtúmque piúmque colentes;
Quos neque diui tiæ capiunt, neque turpia carnis
Gaudia, nec tumidi ſplendor titillat honoris:
Cœleſtes homines, humano in corpore diui,
Rari adeò, perfecta etenim ſunt omnia rara.
O vtinam talem te Iuppiter eſſe iuberet!
Proximus huic digito eſt index, vbi ponere oportet
Prudentes homines: genus hoc eſt quippe ſecundũ,
Eſtque bonum, tamen in terras decliue, regendis
Vrbibus ac populis aptum, rebúſque gerendis,
Iuſtitiam colit atque fidem, moréſque pudicos:
Non tamen exutum eſt terreno prorſus amore.
Cui ſi quando Deus rerum permittit habenas,
Imperijque decus, tunc aurea ſæcula fiunt,
Tunc floret virtus, terraſque Aſtræa reuiſit,
Pax viget, & vitium duris cohibetur habenis.
Pòſt ſequitur medius digitus, qui infamis habetur:
In quo ſede aliud genus eſt tibi conſtituendum,
Illorum quibus eſt magnæ ſolertia mentis,
Ingenijque vigor, nec non vis magna loquendi:
Sed praui ſunt, iniuſti, vitijſque referti,
In terras curui, nunquam æthera ſupicientes,
Aſtuti in primis, falſóque in pectore vulpem
Geſtantes, furbámque ignaram decipientes.
Quumq; odio virtutẽ habeant, quũ numina temnãt,
Se ſimulant iuſtos tamen ac virtutis ámantes,

Próque

Próque albis nigra, & pro nigris alba loquuntur.
Omnia vel lucri faciunt vel laudis amore,
Nec nisi præsentem vitam sperántue timéntue.
Hi sunt qui semper prudentibus adversantur,
Armátique dolis, confidentésque fauori,
(Quem sibi seruitio turpi vel munere blando
Conciliare solent) sanctis conatibus obstant
Prudentum, & nubem veris rationibus obdunt.
Quæ si non prosunt artes, tunc res agitur vi,
Vtuntur ferro, flammis, atróque veneno:
Lædere si nequeunt furtim, grassantur apertè.
Ergo his militibus, sese ac sua regna tuetur
Ipse malus dæmon, tali se robore fulcit,
Tali præsidio terram sibi subijcit omnem.
Nam longè plures sunt, & longè asperiores
Austuti quàm prudentes: ideóque reportant
Palmam plerunque, & victa probitate triumphant.
Qui cum sceptra tenent, & præsunt vrbibus, ætas
Ferrea regreditur, Mauortia bella resurgunt:
Iustitiam & leges vincit furor, omnia demum
Bacchantur vitia impunè, & incet obruta virtus.
Hoc hominum genere est nullum sceleratius inter
Mortales nec cœlicolis odiosius vllum est.
Proxima stultorum est sedes, quartóque locari
In digito debet. stultorum maxima turba est,
Quis nescit? gaudet stultis natura creandis,
Vt maluis atque vrticis & vilibus herbis.
Hi sunt obtuso ingenio, crassóque cerebro,
Et nihili pendunt animi bona, solaque ventris
Et Veneris pecudum ritu oblectamina quærunt:
Quos bipedes asinos ipsi mille arribus atque
Insidijs capiunt astuti, plurima eisdem
Persuadere solent iniusta & falsa, suóque
Eloquio quocunque volunt ducúntque trahuntque;
Credula quandóquidem est stultorum, ceu puerorũ

Turba, sed in vitium magis: hæret opinio semper
Illis deterior, quibus est quoque deterior mens.
Hinc est quòd stulti astutorum quàm prudentum
Promptiùs auscultant dictis, & credere malunt:
Quippe ferunt prava astuti, & plerunque dolosi
Consilia, & vitium pulchro sub cortice velant.
Sed licet in multis astuti ludificentur
Hos quos dixi asinos, tamen vna superstitionis
Est facilisque via, & cunctis iam cognita seclis,
Qua astuti in primis vruntur. namque deorum
Addicunt sese templis, ac sacra ministrant:
Tunc implent vrgentque metu insulsissima corda
Stultorum, terrentque minis, nisi numina placent
Muneribus, redimantq; datis sua crimina nummis:
Quos ipsi mox accipiunt, quibus & sua sæpe
Scorta sacerdotes casti, mulásque saginant.
Nempe sacerdotum qualis sit vita, modúsque
Fallendi: stultos, quis non videt? attamen ipsis
Hæc impunè licent: tanta est clementia regum,
Duntaxat ludo, ventri, Venerique vacantum.
Hæc quoque dij faciles tolerant, paruique videntur
Pendere, qua sua sacra manu, quo pectore fiant:
Quo probro in terris, quoue afficiantur honore.
Sed redeo ad stultos, quos quando extollit, & alto
Collocat in solio, cupiens fortuna iocari.
O quot stultitijs tunc omnia plena videbis?
Quas memorare nimis longũ foret. improbitas tunc
Exultat, virtúsque mouet contempta cachinnum.
Tum choreis lautísque epulis, varijsque vacatur
Ludis atque iocis, tum scurrarum ac meretricum
Agmina cernuntur passim, tunc sola voluptas
Turpis & insipiens, tota dominatur in vrbe.
Qualis enim rex est, talis quoque subditus illi
Esse solet populus, studijsque tenetur ijsdem.
Non est sola tamen stultis cognata voluptas:

Ira

Ita frequens etiam quatit illos, pronus in iram
Stultorum est animus, facilè excandescit, & audet
Omne scelus, quoties concepta bile tumescit:
Tunc ferri sceleratus amor, rixæque cruentæ
Surgunt, & gelidæ dant plurima corpora morti,
Ergo ferũ genus hoc hominum est, valdéq; cauendũ.
Vltimus est digitus minimus, quo sæpius aures
Scalpuntur, dicíque ideò solet auricularis:
Hic locus est insanorum, qui mente videntur
Exuti, quibus est vsus rationis ademptus.
Quorum si nunquam cesset furor, expedit illos
Oppetere, & tantum moriendo relinquere morbum.
Ergo hominũ duo sunt genera, & non plura bonorũ:
Cætera (nam mala sunt) vitato sedulus: aut si
Non vitare potes, saltem irritare caueto:
Nam furit atque ferit sæuissima bellua vulgus.
Postquam sic fata est proles Areteia: nunquid
A vitijs (inquam) possunt ad honesta vocari
Officia, astuti & stulti? an via nulla medendi est
Criminibus? vel si qua via est, edissere quæ sit.
Tali autem mihi iunc respondit voce Timalphes:
Natura vt multos humano in corpore morbos
Ingenuit, sic multa animo mala contulit ægro,
Atque suos parti vtrique est largita labores.
Aspice quanto hominũ genus amplectatur amore,
Opportuna tamen medicamina multa creauit:
Quod nisi feciſſet, nimis iracunda fuisset.
Ergo eadem nocuit, quæ profuit: vtque nocendo
Ingeniosa fuit, fuit ingeniosa medendo:
Vt dubites, matérne, an sit dicenda nouerca.
Sed nunc mittamus morbos & pharmaca, quæ sunt
Corporis, ista patent iam multis edita libris:
Déq; animo (vt melius quæ me paulò ante rogasti
Percipias) quantum res postulat ipsa loquamur.
Principiò vt iussu naturæ rustica tellus,

Vrticas tribulosque & vilia gramina gignit,
Ni cultura frequens adsit, multóque labore
Ingratas rastris ac vomere dissipet herbas:
Nec satis hoc, opus est etiam bona semina ibidem
Spargere, & assidua sparsis insistere cura:
Sic animus, dum corporeo stat carcere vinctus,
Horrescit densis vitiorum sentibus, & fit
Penè ferus, nisi prudenti cultore iuuetur,
Qui vitia expungat, virtutesque inserat aptè.
Sed quæ sit cultura animi fortasse requiris:
Est sophia: est inquam sophia: hanc intellige, mores
Quæ docet, atque probos homines facit, & viuendi
Rectè monstrat iter mortalibus, vt pietatem
Iustitiamque colant suadens, & crimina vitent.
Sola hæc nimirum sophia & sapientia vera est:
Non ea cui passim medici vastique cuculli
Temporibus nostris incumbunt nocte dieque,
Quærentes rerum abstrusas euoluere causas,
Naturæque intùs latitantis pandere claustra,
Materiam primam, vacuumque, ac mille Chimæras
Inflatis buccis ructantes, vt videantur
Docti, & rugosas distendant ære crumenas.
O bellam sophiam, cuius studiosa iuuentus
Aut inhiat lucro, aut sterili ambitione tumescit!
Sed nil candidior, sed nil moratior exit.
Non hæc est cultrix animi, & sapientia dici
Iure nequit: potiúsque vocanda scientia, si non
Ambiguos veri calles decepta relinquit.
Ergo hanc qui didicit, scit: non sapit atque scientis
Nomen habere potest forsan, sed non sapientis.
Hæc duo sunt etenim spatijs disiuncta reductis,
Suntque operum diuersorum. sapientia fructum
Producit vitæ, fert ipsa scientia florem.
Prodest illa, sed hæc ornat: considerat illa
Quæ sūt intra hominē, hæc circa exteriora vagatur.

Illa

Illa pium ac iustũ, hæc doctum facit atque diserũ.
Proinde animi cultrix sola est sapientia, mores
Quæ docet, vt dixi. hæc etenim vitia omnia vellit,
Virtutésque serit, quas cœlesti irrigat imbre.
O humani generis lux: ô via vera salutis,
Præsidium, portus, solamen, regula vitæ,
O pax & medicina animi, ô venerabile asylum,
Suauior: ac potior sapientia nectare! quis te,
Quis te nunc amat aut sequitur? tibi quis locus, aut
Est honor in terris? quondam regnare solebas (quis
In templis, in porticibúsque, & gymnasijs, &
Concilijs, regúmque aulis nunc cognita nulli es,
Sed pro te regnant nugæ, & mera somnia vatum.
Quid nunc in ludis pueri, imprudénsque iuuentus
Discit? fabellas turpes, vel prorsus inanes.
Ecce sedens altè præceptor, codice aperto
Excreat, et postquam circùm spectauit hiantes,
Arrectásque aures tyronum, voce sonanti
Aut tragicas laruas, aut comica scorta refert e
Incipit, aut veterum insanos effutit amores:
Aut quid monstrosũ & sæuum & plorabile narrat.
O caput elleboro dignum! sic pectora pura
Imbuis? & rerum ignaros hac fruge saginas?
Hoc sale conditur tenera ac petulantior ætas?
Non pudet his nugis absumere turpiter æuum?
Hinc tot vbique vides prauos, tot vbique scelestos;
Hinc & tanta seges vitiorum crescit vbique,
Quando nulla animis cultura adhibetur honesta.
O corruptores, non cultores puerorum!
Discite vos prius, inde alijs ostendite rectam
Viuendi formam, & sanctos inducite mores,
Ne pecudum ritu vitam ducatis inertem.
Tu verò Stellate audi: te namque docebo,
Et paucis, qua animus tibi sit ratione colendus.
In primis vnum esse Deum meditare frequenter,

Immẽſũ,æternum,ſummũ,optimum,& omnipotẽtẽ:
Qui cœlum,& toto fulgentia ſidera cœlo,
Cæteráque aut oculis apta,aut non apta videri,
Ex nihilo,nutu ſolo,ſine tempore fecit,
Factáque perpetuo ſtudio feruátque regitque.
Hunc venerare,time,cole,lauda,& ſæpe precare
Nocte diéque,oritur quum ſol,quúſq; occidit,& quũ
Æquali ſpatio meta diſiunctus vtraque eſt.
Nam prima eſt virtus,prima eſt ſapientia,regem
Cœlicolũm patrémque hominũ cognoſcere,amare,
Sinceróque animo,laudare,timere,precari.
Hoc ſine virtutes alias nihil eſſe putato:
Hoc verò ſolum penè eſt ſatis.ergo teneto
Corde ac mente Deum ſæpe,& ſæpe ore vocato:
Hac pietate poteſt tibi nil contingere maius,
Hæc ad virtutes alias eſt ianuaquippe
Diuino nequeunt prorſus ſine numine haberi
Virtutes aliæ,& nequeunt vitia ipſa caueri.
Prætereà ciues cœli,angelicáſque cohortes,
Et ſummi regis famulos,ſanctóſque miniſtros
Diuinæ maieſtatis iuſſa efficientes,
Adſtantéſque illi fœliciter omne per æuum,
Ætheris in campis puri ſemperque ſereni:
Sæpe pijs precibus ſupplexque orare memento,
Vt tibi præſtò adſint,& ſæua pericula pellant,
Dignentúrque Deo te commendare;profectò
Poſſunt atque ſolent multum prodeſſe roganti
Angelicæ mentes,humanáque vota ſecundant.
Nec ſis tu è numero illorum (caue quæſo) putàt qui
Nil melius naturam homine,ac nil dignius vſquam
Finxiſſe inſani,quum tot terráque marique
Viuere conſpiciant animalia, in æthere credunt
Stellarúmque globis nullos habitare colonos,
Et deſerta poli cenſent ſpacia ampla beati.
O curuas animas,& pectora plena tenebris!

Per-

Percipere humani ſenſus non omnia poſſunt:
Plurima ſunt quæ oculos fallunt, ſed mente vidẽtur:
Vnde acies mentis potiùs ratióque ſequenda eſt,
Quæ docet eſſe deos, cœlúmque habitarier: ergo
Aut ſtellæ dij ſunt, aut lucida templa deorum.
His fundamentis iactis, amplectere deinde
Iuſtitiam: & per te nulli vnquam iniuria fiat,
Sed verbis alijſque modis fuge lædere quenquam:
Quodque tibi nolles, alijs feciſſe caueto:
Quodque tibi velles, alijs præſtare ſtudeto.
Hæc eſt naturæ lex optima: quam niſi ad vnguem
Seruabis, non ipſe Deo (mihi crede) placebis,
Poſtque obitum infœlix nou aurea ſidera adibis.
Alterius famam vel honorem tangere, vel rem
Inuidia, aut ira, aut ſuadente cupidine, noli:
Immo iuua, quos eſſe bonos intelligis omni
Sedulitate: maliſque interdum gratificare,
Quò tibi vel nunquam noceant, vel parciùs obſint.
Nec te à iuſtitia retrahant mala munera, amorue
Aut odium, namq; hæc tria ſunt quæ lumina mẽtis
Præſtringunt, rectóque homines à limite trudunt.
Sed memor eſto Dei ſemper, mortiſque futuræ.
Poſt hæc illecebras omnes fuge corporis, atque
Fræna voluptati duriſſima pone: voluptas
Improba perniciem ingentem mortalibus affert.
Nil magis aduerſum eſt virtuti tendere ſurſum
Nititur aſſiduè cognata ad ſidera virtus:
Contrà, inimica polo, ſemper petit ima voluptas
Et pecudum in morem deſpectat ceruua terram,
Suffocans animi vires & corporis, vnde
Ignauos facit, & morbos inducit amaros.
Hæc illa eſt Circe, hæc Syren, hic hamus iniqui(ne
Dæmonis: hoc laqueo innumeros capit, & prohibet
Poſt mortem patrij redeant ad limina cœli,
Callidus, & ſecum tenebris includit auernis.

Has

Has ergo insidias, hoc blandum & dulce venenum
Hostis tartarei, quantum potes aufuge cautus:
Ne te pœniteat frustrà, quum serior ætas
Sentiet ingenium, famam, rem, membra perisse
Exiguo mellis gustu, & dulcedine inani.
Tunc etenim, vt multi, dices, O tempora pulchra
Quàm malè vos noui? quò fugistis? miserum me:
Si mihi nunc reddat pueriles Iuppiter annos,
Et liceat Samios iterum contingere ramos,
Pergam illuc dextro quò tendit littora cornu:
Sit lices augustus limes, perque ardua surgat.
Est melius virtute nihil, quæ permanet omni
Tempore, quæ laudem tribuit, largitur honorem,
Censum auget, vitam seruat, post funera durat.
At me infœlicem decepit blanda voluptas,
Quæ iampridem abijt, méque inter damna reliquit.
Namque ego dũ iuuenis meretricia lustra frequento,
Dum ventri & somno, & ludo sum deditus amens,
Discere nil volui, studium librosque perosus,
Contempsique bonas artes: nunc (heu) video me
Indoctum, infamem, sine nummis, corpore fracto,
Mente hebeti, sensu obtuso: vixi hactenus, vt qui
Dum stertit, vigilare tamen se credit, & errat.
Talia ab ignauis iactari verba frequenter
Consuerunt, vbi iam morti vicina senectus
Expendit serò malè ductam examine vitam.
Maxima pars pecore amisso præsepia claudit:
Tumque sapit quum calua retro fortuna recessit.
Et medicum quærit, quum spes est nulla salutis.
O miseri, dum tempus adest, cognoscite tempus.
Nam fugit hora leuis, nec scit fugitiua reuerti.
Nil lachrimæ & gemitus defuncto corpore prosũt:
Vtilis est medicina, suo quæ tempore venit.
Quare tunc opus est quum florere incipit ætas,
Virtutem amplecti: tunc rectum carpere oportet

Viuendi

Viuendi callem,& ſtudijs incumbere honeſtis:
Tunc eſt vtendum ratione,animúſque regendus
Conſilio,dum mollis adhuc, ne fortè malarum
Melle voluptarum captus,petat auia præceps.
Qui ſapit,hic ſapiat citò:nam ſapientia ſera
Proxima ſtultitiæ eſt,fertque importuna dolorem,
Deplorans fruſtrà graue & irreparabile damnum.
Eſt tibi præterea ſitis improba diuitiarum
Omnino,& ſcelerata auri vitanda cupido.
Namque vbi auaritia eſt,habitant fermè omnia ibidē
Flagitia,impietas,periuria,furta,rapinæ,
Fraudes atque doli,inſidiæque & proditiones,
Iurgia,& infandæ cædes. quid ſingula narrem?
Denique ſordidius nil eſt,nil peius auaro,
Qui totus terræ immerſus,ceu talpa,cupit nil,
Nil amat agnoſcitque aliud quàm munera terræ:
Propter quæ ſolet omne ſcelus patrare,Deúmque
Nullum alium præter nummum,veſanus adorat.
Nec videt infœlix quàm ſit fragiliſque breuiſque
Vita hominú: et quā mors contracto ſemper ab arcu
Excutiat gelidas humana in corda ſagitas,
Nec inueni parcat,nec docto,nec locupleti,
Sed quodcunque caput nullo diſcrimine pulſet:
Sæpe etiam propius tunc ſit quum longius eſſe
Creditur,& ſubitos ferat improuiſa tumultus.
At tu diuitias terrenas,& bona cæca
Subiecta imperio ſortis,nec pendere magni,
Nec multum curare velis.nam propria cuiquam
Non ea ſunt quæ pro arbitrio largitur et aufert
Inſtabilis Fortuna ſuo:vel morte recedunt,
Diuerſos dominos permutatura viciſſim.
Sunt alia inquirenda tibi bona,ſunt potiores
Diuitiæ cupiendæ,omni quæ tempore durant:
In quas nec morti,nec ſorti eſt vlla poteſtas:
Has cumulare tibi ſtudeas noctéſque diéſque:

Nam

Nam verè tunc dives eris, verèque beatus.
Cætera quæ vulgus demens miratur et optat,
Si tibi fint nummi, fundus, domus & pecus, illis
Vtere, (quis prohibet) fiste tamen atque modestè:
Quúq; potes, miserere mopũ, & ne despice egenos.
Hoc pacto acquires laudem æternámque salutem,
Et pro terrenis cœlestia munera habebis.
Non homo, sed lupus est, quẽ non clementia tangit,
Qui non alterius miseranda sorte mouetur,
Qui negat auxilium socio præstare roganti.
At si pauper eris, patienter sustine, & æquo
Pectore pauperiem tolera. magis ille siniſtris
Casibus afficitur, plus curarum atque laborum
Perpetitur, qui plura tenet, cui plura dedit sors:
Deprimitúrque adeò rerum grauitate suarum,
Vt contemplari nunquam cœlestia possit.
Esse leuem & vacuum terrenæ fæcis oportet
Illum qui æthereas animo vult tendere ad arces.
Nam quo quisque magis tetrã petit, hoc magis alto
Abstrahitur cœlo superâque à luce recedit.
Atque vbi quisque suos thesauros possidet illic
Assi luè eo habet semper conuoluitur illic,
Est igitur multis paupertas vtilis, illos
Exonerans, vt ad astra volent leuioribus alis.
Sed tibi non minus est vitanda superbia, mater
Rixæ odijque, vrbes studia in contraria scindens,
Excidiumque ferens multis. hic peste laborans
Olim Roma ruit, ciuili oppressa furore.
Hoc fuge tartareum monstrum, si quæris amicus
Esse Dei, & tandem cœlo post fata potiri.
Nemo superbus amat superos, nec amatur ab illis:
Vult humiles Deus ac mites: habitátque libenter
Mansuetos animos procul ambitione remotos:
Inflatos verò ac ventosos deprimit idem,
Nec patitur secum puro consistere Olympo.

Ergo

Ergo vtres tumidi,quid veſtra ſuperbia vobis,
Quid tituli illuſtres,præclaráq; nomina proſunt?
Quæ citò mors rapit,& lethæas mergit in vndas.
Laudari à vulgo cupitis,vulgóque placere:
Dicite,iudicij quid habet plebecula veri?
Vos putat eſſe deos:quid tum?quum ſitis aſelli,
Humana exterius tantùm apparente figura?
Fallitis ignaros homines,non fallitis ipſos
Cœlicolas: imò his riſum ſtomachúmq; mouetis.
Nam veſtros mores,occultáque crimina norunt.
Sed vos,ô cæci,diuos nihil eſſe putatis?
Nec ſupereſſe animas,extincto corpore,veſtras
Creditis,atque ideo præſentis commoda vitæ
Optatis tantùm,deridetiſque futuram.
Quàm multæ pecudes humano in corpore viuunt!
Hinc veſtri erroris cauſa eſt,veſtræque ruinæ:
Quòd nil craſſa acie niſi corpora craſſa videtis,
Nec veras res,ſed rerum cognoſcitis vmbras.
Maxima pars fumo gaudet,fumoque repletur.
Stulti quid fumo eſt ſcitius?quid inanius,aut quid
Ridiculum magis eſſe poteſt,quàm quærere honorē
Immeritum,& cauſas veri contemnere honoris?
Aſpicimus prauos,indoctos,mentis egentes,
Sublimi in ſolio poſitos,dominarier illis
Qui ſe ſunt longè meliores, & quibus ipſi
Deberent ſeruire magis.nempe improba ludit
Rebus in humanis Fortuna,& lege ſine vlla
Omnia confundit,plerunque ad ſidera tollens
Ignauos ſeruos,piſtrino & carcere dignos.
At ſi ſana foret,ſolis ſapientibus orbem,
Vt decet,vt par eſt,committeret ipſa regendum.
Cuncta etenim rectè fierent,legéſque vigerent:
Sacráque tractarent puri innocuíque miniſtri,
Et dij ſe ſinerent mortali luce videri:
Sed perſonatis gaudet temeraria mimis.

Fert

Fert tamen ista Deus summus, qui talia posset
Corrigere: & cur nos etiam non ista feramus?
Quid prodest verum firma ratione tueri,
Et nil proficere, atque odium sibi quærere frustra?
Spernitur ac damnum patitur sapientia: cui non
Respondent vires, quam nulla potentia fulcit.
Vnde tacere quidem præstat: tu despice laudes
Insulsas vulgi, & fortunæ munera cæca:
Atque Deo studeas omni virtute placere.
Post cineres est verus honos, est gloria vera,
Quæ datur astrifero in cœlo, iustisque pijsque,
Tunc mites humilesque suo lætantur honore.
Ast Stygia mœsti lacrymant in valle superbi.
Postremò compesce iram. parit ira furorem,
Turpia verba furor: verbis ex turpibus exit
Rixa: ex hac oritur vulnus: de vulnere lethum.
Ira adeò mentem confundit, vt ebria bile
Feruenti, nequeat dignoscere quid sit agendum:
Iudiciisque expers plerumque per auia tendat.
Mox dolor atque pudor facta inconsulta sequuntur.
Ergo cane hanc, animóque rege, & te vince ferendo
Fortiter: egregia est etenim Patientia virtus:
Qua quicunque caret, careat probitate necesse est,
Sitque ferus, semper rixas & iurgia semper
Exercens. propria est animum rixa ferarum:
Pax verò tranquilla decet mortalia corda.
Vir bonus & sapiens quærit super omnia pacem,
Vulteque minora pati, metuens grauiora, cauétque
Ne paruo ex igni scelerata incendia surgant.
Qui nil ferre potest, hominum commercia vitet,
Et solus degat syluis aut montibus altis.
Qui verò humanos cœtus vrbésque frequentat,
Discat multa pati, frænisque coërceat iram,
Dissimulans conceptam arcano in pectore bilem:
Nec facilè, neque leui de causa, abrumpere pacis

Vincla

Vincla velit, quantúmque poteſt ignoſcat amicis;
Vt poſſit quum alijs veniam dedit, ipſe mereri?
Pauca hæc de cultura animi dicenda putaui,
Sufficiúntque ſatis. potuiſſem his addere plura:
Sed cui ſunt hæc pauca, illi non cætera deerunt:
Aduenientque vltro quæcunque videntur omiſſa:
Nam comprenduntur tacitè, & clauduntur in iſtis.
Attamen interea ſapientum incumbere libris
Eſt operæpretium, & rerum perquirere cauſas,
Denique doctrinis varijs componere mentem:
Quippe animus ſine doctrina eſt ignauus, hebéſque.
Hoc igitur pacto (vt dictum eſt) floreſcere poſſunt
Virtute ac meritis ſtulti aſtutique, colentes
Seſe animumque ſuum, & cœleſti ſede potiri.
Talia dum memorat ductor meus, ecce deorum
Nuntius, Atlantiſque nepos, Ioue miſſus ab ipſo,
Aſtitit, atque iubet ſupera ad conuexa Timalphem
Ire citum. namque aiebat dudum eſſe vocatos
Cœlicolas omnes Iouis ad tecta aurea ſummi,
Vellécque de rebus grauibus nonnulla referre
Momum, vtrũ quoſdã monachos in colle manentes
Extra vrbem, cuius prope mœnia labitur atque
Intrat in Adriacas priſcoſus Ariminus vndas,
Diuitijs deceat priuari, & partibus illis
Quas auferre ſolet criſtatis villica gallis:
Quum ſint laſciui nimiùm nimiúmque ſuperbi,
Et ſpernant omnes, & turpia multa licenter
Committant, ſenis exemplo qui præſidet illis.
Proh pudor, hos tolerare poteſt eccleſia porcos,
Duntaxat ventri, Veneri, ſomnóque vacantes?
Quo audito confeſtim abiens Areteius heros,
Mercurio me commendat: qui ad tartara iturus,
Plutoni ſecreta patris mandata ferebat.
Hic comprenſum arctè tenuit me, & nubila vexit
Per media in terras, quo Thuſcus tempore Clemes

Intra

Intr Felſíncos habitans cum Cæſare muros,
Florentinam vrbem longa obſidione premebat.
Ergo Atlantiades, quatiens talaribus auras,
Peruenit tandem ſancti ad prærupta Marini
Saxa, & ſtelliferum ferientes æthera rupes.
Inde breui lapſu, poſuit me in pinguibus agris
Verruculi, mox infernas properauit ad oras.

LIBER DECIMVS.

CAPRICORNVS.

SALVE Atlantiade: Stygia de valle rediſti
Tam citò? dic quæſo, quidnam Plutonis in aula
Nunc agitur? Fit tixa ingens, ingénſque tumultus.
Cur hoc? dicam equidem, quamquã feſtino reuerti
Ad ſuperos: tanta eſt Turcarum, Chriſticolúmque,
Ac Iudæorum turba illic, vt locus illam
Non capiat: vacui nihil eſt, ſunt omnia plena,
Veſtibulum plenum, plena atria, regia plena,
Tépla, domus, plateæ, fora, mœnia, deniq; tota vrbs,
Et campi, & colles, & frondiferæ conualles:
Vſque adeò vt ſeſe impellant, trudántque vicíſſim
Calcibus & pugnis, & morſibus, aſpra gerentes
Prælia: nam ferro nequeunt decernere mánes,
Nec fas eſt illis iterum ſuccumbere morti.
Vix potui tranſire, & Ditis limina adire,
Per denſas vmbrarum acies, cuneóſque coactos.
Fit via vi: irrumpens aditus, arctiſſima laxo
Agmina diſcíens crebro huius verbere virgæ.
Tandem peruenio ad nigri penetralia Regis,
Quem video triſti efflantem ſuſpiria vultu.
Poſtquam illi expoſui patris mandata iubentis
Solui Antichriſtum è cauea, terrãſque per omnes
Emitti, vt faciens miracula falſa, docéntque

Iam

Iam summam aduenisse diem, mundique ruinam,
Omnia perturbet, pecudes, hominésque deósque:
Imperat hoc etenim fatorum immobilis ordo.
Quæso (inquam) Pluton, cur sic es tristis? at ille:
Nonne tibi indignum, iniustum infãdumq; videtur,
Vos adeo latum cœlum, immensúmque tenere,
Quum satis pauci, quúmque illuc vix hominum tres,
Vel paulo plures, longo post tempore pergant:
Et me tam angusto in regno & paruo esse locatum,
Quò innumeri veniunt mortales qualibet hora?
Omnes Iudæi, Turcæ omnes, non tamen omnes
Christicolæ (fateor) sed certè portio maior.
Huc huc descendunt, hæc ad viuaria currunt.
Cur ad nostra magis mittuntur limina? vel cur
Ille meus frater, qui possidet æthera, saltem
Presbyteros, fratres, monachos, non accipit intra
Septa poli, sedésq; suas, & continet illic? (cantant,
Non pudet hos homines qui in templis tam bene
Quaque die, & sacris in turribus æra fatigant,
Qui tot thura adolent, tot scortorum miserentur,
Qui soluunt alios, sua crimina soluere nolunt,
Qui vespillonum funguntur munere, & ornant
Templa Deûm statuis, picturis, atque sepulchris,
Mittere ad infernas sedes, & plectere pœnis:
Millia quot non fert stiens Apulia muscas?
Pontifices etiam summos nihil ille veretur:
Imò iubet cunctis alijs peiora subire
Supplicia: vnde Erebo miseri clauduntur in imo,
Atque illic miris cruciatibus afficiuntur.
Quare Cylleni quum sidera summa reuises,
Die fratri, dic (quæso) meo, me cuncta libenter
Facturum quæcunque iubet sed consulat idem
Regno etiam nostro, & nostras non despiciat res:
Aut trahat hinc aliquot manes, aut tartara laxet.
His dictis, Faciam, respondi, atque inde recessi.

Nunc redeo ad superos, & me properare necesse est.
I fœlix, nostrique memor. tu Musa memento
Versiculos dictare mihi: nam charta parata est,
Et calamus, nec scribenti grata otia desunt:
Incipe, méque doce, quali sophus ordine fiat.
Principiò nasci fausto sub sidere oportet,
Illum quicunque est sapiens fœlixque futurus.
Distat enim multum quali sub imagine, quali
Sub facie cœli quisquam nascatur: vt aiunt,
Qui astrorum motus, vires, & nomina norunt,
Et geneses hominum obseruant, & fata recludunt.
O quàm magna, & quàm miranda potétia cœli est,
Quo sine nil pareret tellus, nil gigneret æquor!
Cœlum est Oceanus, rerum pater: astra, sorores
Sút Nymphæ: omne bonú in terras delabitur inde.
Esse igitur sapiens & fœlix nemo potest, qui
Nascitur aduerso cœlo, stellisque sinistris.
Permagni refert etiam, quos quisque parentes
Accipiat, quo sit pacto nutritus, & à quo
Instructus. nam quos mores puer adbibit, & quos
Artes à teneris didicit, retinebit adultus.
Illa diu durant, animisque tenaciter hærent,
Quæcunque à primis nascentes hausimus annis.
Ergo sit probus & doctus prudensque magister,
Qui puerum instituat cogátque assuescere honestis:
Vtque peritus eques, nunc huc, nunc torqueat illuc
Indomitum, frænis simul & calcaribus utens.
Nec tantùm verbis moneat, sed valdius ipsum
Exemplis moueat, quid enim benè dicere prodest,
Si malefacta aliud monstrant, verbisque repugnant?
In primis studeat lasciuis atque scelestis
Arcere à socijs commercia turpia sanctos
Corrumpunt mores: multi hoc periêre veneno.
Vis tu nosse hominem qualis sit? perspice amicos
Illius: associant similes natura, Deúsque:

Cum

Cum paribúſque patres habitant, viuúntq; libenter
Valde igitur caueant cum præceptore parentes,
Ne puer aut iuuenis laſciuus & improbus illum,
Quem fore fœlicem ac ſapientem gnauiter optant,
Moribus obſcœnis contaminet: (heu facilè omnes
Labimur in vitium, & facilè ad peiora mouemur.)
Interea puer hic quem fingimus, vt ſapiens ſit,
Græcis incumbat libris, paritérque Latinis:
Et quantum potis eſt, euadat doctus, honeſtos
Perlegat authores, & ſcripta inhoneſta refutet.
Indoctum rarò eſſe probum contingit, & atras
Errorum in tenebras mentem ignorantia trudit.
Attamen à ſtudio nimio, nimióque labore
Abſtineat: ne dum ſapientia quæritur, amens
Fiat, vel morbum incurrat, ſeſeque trucidet.
Immodica officiunt, nec longo tempore durant.
Interdum genio indulgens, animúmque relaxans,
Et vacet, & ludat: nempe interiecta vigorem
Fert requies, reparant tempeſtiua otia vires.
Sed quanquam dignæ ſcitu pulchæque bonæque
Diſciplinæ omnes videantur: ſunt tamen iſtæ
Præcipuæ, & quæ naturam & quæ ſidera pandunt.
Hiſce igitur totis incumbat viribus, haſce
Pérdiſcat ſophus hic noſter, iam grandior æuo,
Inque harum ſtudio grauiores conterat annos,
Et ſimul (vt dictum eſt ſuprà libróque priori)
Culturam exercens animi, iuſtúſque piúſque
Fiat, & exórnet duplici ſua tempora lauro. (que,
Quã pulchrũ eſt hominẽ pariter doctũ eſſe probum-
Et ſcire & ſapere! inſipiens doctrina timenda eſt,
Vt furioſus habens gladium, ſic doctus iniquus.
Verùm non ſatis eſt animum curare, boniſque
Moribus & doctrina æquè componere, quando
Corporis eſt etiam ratio non ſegnis habenda.
Corpus enim malè ſi valeat, parere nequibit

Præceptis animi, magna & præclara iubentis.
Quare danda opera est, vt victus sit bonus, vnde
Gignatur sanguis purus. nam noxius humor
Plerunque ex prauis epulis per membra creatur.
Ebrietas est vitanda, ingluuiéque ciborum:
Quippe caput stomachúq; grauãt, fumisq; cerebrum
Inuoluunt: stupor hinc sequitur, somnúsq; diurnus.
Parcus edat, parcúsque bibat, vir doctus & æquus.
Exercere etiam corpus mediocriter apto
Tempore conducit multum, vitéque reducit.
Segnities robur frangit, longa otia neruos
Debilitant, ignaua quies effœminat artus.
Præterea calor immodicus, frigúsq; cauendum est,
Atque aër crassus nimium, regióque palustris:
Præsertim sole æstiuo, quum Sirius agros
Diffindit, viridíque canum sub fronde cicadæ.
Denique conandum pro viribus, vt bene sanum
Sit corpus, præcepta animi vt bene cuncta faceſſat.
Quod facile haud fieri poterit, si dura vetabit
Paupertas: opus est nummis vel morte relictis,
Vel sorte inuentis, vel quauis arte paratis.
Quippe inopem mala multa pati continget vbique,
Nec sine diuitijs fas cuiquam ducere vitam
Fœlicem. heu quàm sæpe gemit rerũ indiga virtus!
Quàm contempta iacet, si sacra pecunia desit!
Ille autem diues verè propriéque vocatur,
Qui valet ingenio, eloquio, prudentia, & arte:
Atque vbicunq; manet, victũ sibi quærit honestum.
Et quamuis loca multa petat, diuersáque longè,
Fert sua quæq; tamen secum bona: nec sibi desunt
Commoda, quæ possint lætam producere vitam:
Nec metuit fures, nec sæuorum arma latronum:
Séque iterum vestit citò, siquando expoliatur.
Vera etenim virtus fortunæ cedere nescit.
Quælibet vrbs, totúsque orbis patria esse videtur

Egre-

Egregio fortique viro, & bene viuit vbique.
At virtute carens, quamuis amplissima passim
Prædia possideat, quamuis exuberet auro,
Non tamen ire potest quò vult, terrásq; per omnes
Currere, diuersos hominum perpendere mores,
Diuersos spectare locos, & viuere vbique.
Quippe domos, agrósque suos & scrinia secum
Ferre nequit, quocunque meat, ne fortè latronum
Hæc rapiat manus, aut fallax voret omnia pontus,
Mox mendicus egens aliena cibaria quærat.
Sedibus ergo ijsdem patriáque moratur eadem,
Semper vbi vinum & segetes sua prædia reddunt.
Vtque relegatus metuit transcendere fines,
Quos sibi præscripsit sua sors, & inertia mentis:
Vnde videre nequit vasto quæ plurima in orbe
Fiunt pulchra, suis latebris vt carcere clausus.
Proinde sophi veteres subtili indagine quendam
Commenti lapidem, sibi fida viatica cunctis
Permansura locis nunquam interitura pararunt:
Quo auxilio varias terras diuersáque regna
Cernere, & à multis quamplurima discere possent.
Quondam igitur tristes implorauêre deorum
Numina, mactatis de more bidentibus antè:
Mercurium in primis, solem, lunámque precati,
Fuderunt tales puro de pectore voces:
O mundi decus, ô diuûm pulcherime Titan,
O quæ nocturnas Latonia dissicis vmbras,
O Iouis & Maiæ instabilis fugitiúsque proles,
Cui datur in varias se transformare figuras:
Adsitis placidi, & nostras audite querelas.
En pauci, quorum mens est sublimis, & altum
Ingenium, quibus assiduè sapientia cordi est:
Dum causas rerum & naturæ arcana videre
Nitimur, immensúmque animo metimur Olympũ,
Paupertie premimur, patimúrq; incomoda multa,

Deficimúsque fame: interea plebs vilis & amens
Cuncta sibi rapit, & nummos sibi congregat omnes,
Nec nostrî quenquam miseret: si poscimus vllam
Rem, digitum ostendunt mediú, & nos ludificantur.
Vnde agros fodere, aut iumenta strigare coacti,
Aut stabulis efferre simum, vix quærere victum
Possumus, & stultis miseri seruire iubemur.
Quare vos diui saltem miserescite nostrî,
(Si qua est cœlitibus pietas & cura bonorum)
Et facilem monstrate viam, qua viuere honestè,
Et veri latebras inuestigare queamus.
Talibus auditis, diui aduenêre vocati.
Responditq; prior Phœbus, Veneranda propago
Semideûm, cœlo digni, superûmque fauore,
Audite, atque animis mea dicta recondite vestris:
Hunc iuuenẽ Arcadiú, infidú, nimiúmq; fugacem,
Prendite, & immersum Stygijs occidite lymphis.
Post Hyales gremio impositum deus excipiat, quem
Lemnia terra colit, sublatúmque in cruce figat:
Tunc sepelite vtero in calido, & dissoluite putrem;
Cuius stillantes artus, de corpore nostro
Spiritus egrediens penetrabit: & ordine miro
Paulatim extinctum nigris reuocabit ab vmbris,
Aurata indutum chlamyde, argentóque nitentem:
Proijcite hunc demum in prunas, renouabitur alter
Vt Phœnix: & quæ tanget, perfecta relinquet
Corpora, naturæ leges & fœdera vincens:
Mutabit species, paupertatémque fugabit.
Phœbus ab his tacuit: dictis Cylenius ales
Annuit, atque eadem præsens Diana probauit
Mox abiêre omnes, cœli ad conuexa volantes.
Tunc mentis diuinæ homines oracula cæca
Voluentes animo ancipiti, vix tempore longo
Experti multa, & non paruis sumptibus, illam
Inuenêre artem, qua non ars dignior vlla est,

Fin-

Fingendi lapidem æthereum: quem scire profanis
Haud quaquã licet, & frustrà plebs improba quærit.
Quẽ qui habet, ille potest, vbi vult, habitare decẽter,
Nec fortunæ iram metuit, nec brachia furum.
Sed paucos tanto dignantur munere diui.
Forsan & hoc aliquis roget, an deceat sapientem
Connubio astringi, & generandæ incumbere proli,
Atque maritali sese vincire capistro. (sanctis
Quanquam aliqui laudant, tamen hoc (me iudice)
Æthereísque viris non conuenit: impedit vxor,
Natorúmque effrænus amor, diuina sophorum
Ingenia, & mentes contemplari alta volentes.
Gaudeat vxorum & natorum amplexibus ille,
Qui tantùm terrena sapit: crebrósque hymæneos
Aduocet: at sapiens lætetur cœlibe vita,
Sit castus, purúsque, & mente & corpore. nam qui
Exiguo & raro victu contentus, ab omni
Abstituit Venere, orando assiduéque piéque,
Et contemplando, mentem ad cœlestia tollens,
Ille Deûm crebro visu & sermone fruetur,
Et fœlix fiet, prospectabítque futura.
Candida virginitas res est gratissima diuis:
Huic sese ostendunt, huic multa arcana recludunt.
Contrà luxuriam immundam, lusúsque pudendos
Odêre ac fugiunt, detestantúrque salaces.
Nemo tamen virgo esse potest, nisi cui Deus adsit,
Auxiliúmque ferat. donũ hoc descendit Olympo,
Humanis meritis, humanis viribus impar,
Quo sine non poterit sapiens perfectus haberi.
Pulchrum etiam scitu est, an conueniat sapienti
Horrida Mauortis tractare ferociter arma,
Hostilíque suam temerare in sanguine dextram,
Et sibi pugnando immortale acquirere nomen:
Quandoquidem multis virtus, laus, gloria, fama,
Maior nulla quidem quàm bello parta videtur.

Oceci, ô miseri, quid bellum pace putatis
Dignius, aut melius? nempe hoc nil turpius, & nil
Quod magis humana procul à ratione recedat.
Nam ratio & leges si semper vbique vigerent,
Nusquam bella forent, pax inuiolata maneret.
Iura silent bello, bello lex opprimitur vi:
Tunc furor & vitium laxis bacchantur habenis:
Tunc prauitollunt cristas, & cornua sumunt,
Impunè occidunt, feriunt, rapiúntque, nec vlla
Iudicis admoniti formidine cuncta profanant.
Pax decet almas homínem, gaudet fera bellua bello.
Arma amens amat, arma cupit, quicunque laborem
Odit iners & inops, qui vtiere luxuriosè
Vult quicquid nequeat, non respondente crumena.
Proinde animam vendit pretio, seséque periclis
Obijcit, vt raptis alienis victor ouánsque
Ad proprios referat prædã & spolia ampla penates.
At quicunque domi est diues, vel sufficienter
Arte potest aliqua sese nutrire suósque,
Militiam refugit, pacémque libentius optat,
Sit nisi mens insana illi, insidsúmque cerebrum.
At dices, étiam magni regésque ducésque
Sæpe armis delectantur, Martémque sequuntur.
Quid tum? nónne etiam magni regésque ducésque
Delirant sæpe, & vitiorum peste laborant?
Stultitiisque suis sæpe vrbes exitio dant?
Et quum multa habeant, cupiúnt plura? omnis auarus
Ersi possideat quantum Tagus excipit auri,
Pauper, inops, & egens tamen est. hoc ergo furore
Reges atque duces dira impelluntur in arma,
Imperiumque sibi miserorum cæde lucrantur.
Sed quanquam bellum turpe, exitiale, nefandũ est:
Non tamen vtilitatis habet nihil, omnia vafri
Fallacésque homines, vsuræ & fraudibus apti,
Agglomerãt cumulantque sibi quo tépore pax est:

At

At quum bella fremunt, miles mala parta rapit vi,
Tunc meritò vulpes vlciſcitur ira luporum.
Præmia tunc fortes aſtutis digna tependunt,
Párque pari refertur, variat ſic omnia tempus.
Præterea reges mille artibus atq; rapinis,
Quum pax eſt, ſpoliant populos, atq; vndiq; nũmos
Corradunt: vnde omne aurũ argentúmque vorarat
Fiſcus, ni bellum erueret quod pace latebat,
Diſtribuens multis quantum congeſſerat vnus. (quæ
Poſtremò eſt hominũ turba haud mediocris, habet
Nec rem, nec doctrinam, artémue; fugitque laborẽ,
Dedita nequitiæ, prona in ſcelus, impia & audax.
Tales ergo homines, imò vmbras, tempore certo
Mittit in arma Deus, crudeli morte necandos.
Sic genus humanum purgat: muleóſque per annos
Qui remanent, viuunt hilares, hac peſte remota:
Donec ſuccreſcant iterum mala gramina, rurſus
Euellenda acri bello, gladióque ſecanda.
Tunc iterum immundas deſpumat Iupiter ollas,
Tunc iterum immiſſis furijs purgamina verrit.
Hic eſt perpetuus mundi ordo ab origine prima,
Has olim ſtatuêre vices fata ipſa, Prometheus
Quum ferula æthereos in terram deuulit ignes,
Et quum Deucalion hominum tot milia naſci
De lapidum iactu Pyrrha cum coniuge fecit.
Ergo decet ſapientem vti ratione, & amare
In primis pacem: pacem complectier omni
Conatu ac ſtudio: niſi fortè aliquando coactus
Pugnet pro patria, pro ſéque ſuiſque mendis:
Tunc venia eſt dignus, tunc ſit ſine crimine bellum.
Nam ius fáſque ſinunt vim vi propellere, fraudem
Fraude, velut meritum merito penſare decorum eſt.
Quærendum vlterius, ſapiens an debeat vllam
Exercere artem, ſibi qua ſuccurrere egenti
Poſſit, ſi quando infœlix patrimonia caſus

Abſtulerit,

Abstulerit, si quando ferox fortuna malignam
Pauperiem intulerit, rebus violenter ademptis,
Ne mendicus eat, patiens frigúsque famémque.
Nimirum est aliquid, fieri quod possit honestè
A sapiente, timet quo se, si cogat egestas.
Sit bonus & doctus medicus, medicina parabit
Sufficiens luctum domino, morbósque fugabit.
Hanc olim Phœbus coluit, Phœbeius atque
Filius, hac sese immortali nomine dignos
Effecere: hanc & didicit Chironis alumnus,
Quamuis Æacida, quamuis Nereide natus:
Hac fuit illustris Pæon, clarúsque Machaon,
Hipocratésque sibi æternum quæsiuit honorem.
Quid memorē cunctos, quibus hæc ars cōtulit olim
Et lucrum, & laudem, & demum post funera famam?
Egregius medicus, mendicus non erit vnquam.
Adde huc, quòd plena est occultæ cognitionis.
Hæc florum, herbarum, lapidum sæpeta recludit:
Et quicquid telluris intra sua viscera celat,
Perspicit, ac vires naturæ prouida pandit,
Corporis humani partes considerat omnes,
Et reuocat multos regnum ad Plutonis ituros.
Ergo quid hac potius sapientem scire decebit?
Vt non solùm animos possit sanare mentendo,
Verùm etiam membris ægris prodesse medendo.
Sic vtranque hominis partem tutabitur idem,
Sic hominem totum sapiens seruabit ad vsquem.
Aſt vbi iam seros Lachesis nere incipit annos,
Et iam canicies fœdat barbámque comámque,
Tunc ipsum decet in primis requiescere, & vsquam
Sistere, nec varias vltra percurrere terras:
Sed certam sedem, certos habitare penates,
Atque ibi degendæ vitæ opportuna parare,
Ne desint alimenta sibi veniente senecta.
Interea tamen à turba secedere, paucis

Con-

Contentus sociis debet, solúsque frequenter
Nocte diéque Deum purgata mente precari,
Et penitùs sese diuinis contemplandis
Dedere, & humanas animo propellere curas:
Tunc aderunt diui secreta in valle morantí,
Aut colle, aut nemore umbroso, aut in vertice mótis
Exiguæ ædes desertáque tecta colenti.
Non adeò rarum est cum multis viuere, & vrbes
Stultorum plenas habitare, insérque latrones
Sacrilegos, cupidos, rixosos, ambitiosos
Versari: fugiat sapiens competeta vulgi,
Quandoquidem inuisa est vulgo sapientia, propter
Dissimiles nimiùm mores, contraria semper
Se oppugnant, semperq; sibi aduersantur & obstant.
Hinc periêre sophi complures, quòd voluêre,
Quando aliquid fieri prauè iniustéque videbant,
Carpere stultorum mores, ac dicere verum.
Et quia non poterant ferre, & malefacta tacere,
Afflicti à stultis, interfectíque fuêre.
Quare ne videat sapiens tot turpia, néue
Discrimen subeat dum vera & honesta tuetur,
Secernat sese à vulgo, studeátque latêre,
Et socios habeat paucos, doctósque probósque,
Quamquam illi raro deerit præsentia diuûm.
Nam sapientes solent super gaudere, & ab illo
Permittunt sese audiri cernique libenter,
Illius & mira pectus dulcedine complent.
Fœlix ut terris sapiens, & in æthere fœlix.
Ite ergo ô cæci mortales, ite & auaras
Cogite diuitias, locúlos distendite nummis
Per fas atque nefas, digitos onerate lapillis,
Aureáque indigno glomerate monilia collo,
Et Serum vestes passim ostentare superbas,
Pérque fori medium tumidis incedite buccis:
Ite, inquam, ô cæci mortales, sceptra, coronas,

Imperia,

Imperia,& demum quicquid temeraria vobis
Largiri fortuna potest,nunc pectore toto
Affectate.breui tamen hæc tam pulchra recedunt.
Somnia sunt cuncta hæc,duranda tempore parua,
Quæ citò vel vobis sors inferet,aut rapiet mors.
Quæ facilè,vt fumus,fugiunt,nequeúntq; reuerti.
Ite,ite,ô miseri,nebulásque capessite inanes:
Quum postrema dies,atque hora nouissima vitæ
Aduenier,nunc nunc vestrarum stultitiarum
Nequicquam memores,vos deliraſſe scietis,
Et neſciſſe viam rectam,fruſtráque pigebit.
Heu,dum tempus adest,errorem agnoſcite veſtrum,
O curuas nimirùm animas,ô vilia corda,
Cur pecudum more in terram tantùm aſpicitis?cur
Nunquam oculos ad ſidereas extollitis arces?
Ille ille eſt verus mundus,vera omnibus illic
Vita datur,quicunque Deũ metuúntque colúntque.
Illic nec ſorti,nec morti eſt vlla poteſtas:
Diuitiæ veræ ſunt illic,delicíæque,
Quas pater omnipotens ſolis ſapientibus affert,
Quas non vlla poteſt ſeries abolere dierum.
Huc igitur veſtros animos intendite,donec
Fata ſinunt,dum veſtra trahunt ſubtegmina Parcæ.
Nónne hominum vitam tenui pendere capillo,
Nónne perire breui mortalia cuncta videtis,
Ac veluti fumus,tennes vaneſcere in auras?
Quò nunc tot reges auro gemmiſque ſuperbi?
Quò tot pontifices ſummi,qui ſe eſſe putabant
Æquales ſuperis,abiêre in fœda ſepulchra?
Oſſa iacent,forſanque animas ſtygis atra coërcet,
Expulſas procul à fœlici ſede piorum:
Atque ibi dum pœnas faſtus,ſcelerúmque ſuorum.
Quàm vellent nunc,ſi poſſent,ſua corpora rurſus
Induere,atque nouis iterum ſe includere membris,
Vt poſtergatis opibus,regnóque relicto,

Vitam

Vitam agerent puram & ſanctam ſub paupere teſto
Iuſtitiáque ſua cœli ſibi numen amicum
Efficerent, ac morte obita fruerentur Olympo!
Sed qui ſerò ſapit, fruſtrà ſapit. ocyùs ergo
Pro ſe quiſque Deo ſtudeat virtute placere,
Terreniſque bonis ſpretis cœleſtia quærat.
Denique ab exemplo ſapientis diſcite, qui res,
Humanas parui faciens, & commoda vitæ
Præſentis fugitura breui, bona vera futuræ
Sperat, & agnoſcit dijs oſtendentibus ipſis.
Talis Apollineo Soractis vertice montis
Viuebat ſapiens, paucis contentus amicis,
Tempeſtate mea, macer & barbatus, in æde
Exigua, & ferrugineo veſtitus amictu:
Præſtantis vir doctrinæ, vultúſque verendi,
Semotam & cinctam ſiluis habitabat eremum:
Enthea mens cuius venturi præſcia fati,
Vera nimis quoties vellet reſponſa canebat,
Reſponſa antiquis nunquam cedentia Delphis.
Huius ego impulſus fama, per longa viarum
Perrexi ſpatia ad ſacri faſtigia montis,
Conueníque ſenem ſub aprica rupe ſedentem.
Qui poſtquam acceptam mihi reddidit ore ſalutem,
Suadet vt aſſideam. aſſedi, & ſimul iſta rogaui,
Cur ſibi tale genus vitæ delegerit, & quo
Ipſe modo poſſit dura inter teſqua manere,
Plurima vbi deſunt humanis vſibus apta.
Tunc mihi vir ſanctus reſpondens, talibus inſit,
Intra vrbe olim placuit mihi viuere, quando
Iunior ac rerum ignarus, nihil eſſe putabam
Optandum, niſi diuitias & commoda vitæ
Præſentis, vulgi exempla errorémque ſecutus.
Tunc ego gaudebam tuba cœtuque virorum,
Cúmque alijs præceps in gaudia vana ruebam,
Deceptus falſa ſpecie veríque bonique.

Sed

Sed postquàm subijt grauior labentibus annis
Ætas, accessitque mihi prudentia maior,
Cœpi hominũ mores (diuino numine credo
Impulsus) mecum perpendere, & acta notare,
Vsendique modos varios, examine acuto.
Turpia multa quidem fieri et scelerata videbam,
Iustitiæ superesse nihil nisi nomen inane,
Puniri insontes, sontes impunè vagari:
Virtutem in vitio, vitium in virtute latere.
Pauperiemque premi, & meritis plus posse fauorem:
Ius venale, fidem extinctam, amissumque pudorem,
Omnes artificum corruptas fraudibus artes:
Latrones quoque cruoris conducere, vt illic
Sopitos melius peregrinos perdere possint.
Contemplabar item multos furtóque dolóque
Ditatos, licet obscœnos, dignósque capistro,
Laudari tamen atque coli, multúmque timeri:
Imperia indignis commiti, & honoribus illos
Ornari, quibus est hominis damnata imago.
Denique auaritiæ labefactam religionem,
Atque sacerdotes tantùm Venerique gulæque
Intentos, lucrum ficta pietate latentes
Quærere, & astutè vulgi exhaurire crumenas.
Dum pretio cœlum referant, & tartara claudant,
Dum iactant se posse animas huc mittere & illuc,
Et precibus quocunque velint impellere diuos.
His igitur causis fecessi, atque oppida liqui:
Tutius esse tutus deserta habitare, & in isto
Quod reliquum foret ætatis mihi degere monte,
Monte vbi Syluestri est venerabilis ara beati,
Et tanti monumenta viri celebrata renident.
Quæ loca sint quamuis salebrosa & inhóspita, sanctis
Sunt tamen apta viris, pacem cupientibus, & quos
Delectat seruire Deo, mentique vacare,
Qui sese æthereis cõiungere ciuibus optant.

Sed

Sed tibi difficile ac rarum fortasse videtur,
Me posse has inter rupes & saxa manere,
Quo pauci & rari veniunt, vbi plurima ad vsum
Quæ faciunt hominis, vitæque aptissima desunt.
Non tamen est ita difficile aut mirabile, si quem
Spiritus afflauit, cœli demissus ab arce:
Spiritus ille Dei sanctus, qui pectora purgat,
Sublimátque animas moribunda in carne sepultas:
Ceu sublimatur subiecti viribus ignis
Mercurius, niveúmque capit purgando colorem.
Spiritus hic mentem illustrat, cor dirigit, aufert
Terrenas curas, cœlestem inducit amorem:
Quo flagrans animus, nil non tolerabile ducit,
Nil non ferre potest, leuis est labor omnis amanti,
Præsertim spem aliquam magnæ mercedis habenti.
Spes & amor, duo sunt calcaria fortia, quæ nos
Audaces faciunt, contemptor ésque laboris.
Propterea assiduis votis precibúsque petendum est;
Vt delabi in nos dignetur spiritus iste,
Qui cum spe ingenti ingentem producat amorem,
Quo mens accensa ascendat sublimis Olympum,
Despiciens terras & gaudia corporis huius
Friuola, seque Deo quantum pote iungere tentet.
Non adeò mirum est igitur si adiutus ab isto
Flamine diuino, possum hic persistere, & inter
Has cautes duram patienter degere vitam.
Quanquam nec victus, nec cultus defuit vnquam,
Hoc in monte mihi, quantum natura requirit,
Non luxus: paucis nempe hæc seruatur ad vnguem,
Paucáque sufficiunt homini virtutis amanti:
Qui sibi quod satis est optans, nil cætera curat,
Qui mauult animi quàm carnis viuere vitam.
Nam vita est duplex, (ne tu sis nescius) vna
Corporis; hanc sequitur stultorum maxima turba,
Vulgus iners, plebs insipiens, quæ nil sapit altum,

Egregi-

Egregiumque ignaua colens pro numine ventrem?
Hæc pecudũ propria est, propria est hæc vita ferarũ.
Altera verò animi dijs conuenit, atque deorum
Nobilibus pueris, qui ob facta ingenia possunt
Verè homines, & semidei, heroesque vocari.
Talis consueuit rarenter gignere tellus,
Tellus iniustis mater, iustisque nouerca.
Sed quoniam video te nunc audire paratum,
Quædam de hac animi vita non vilia dicam,
Quæ debent cuicunque bono intellecta placere.
Principiò esse hominẽ non solo ex corpore, constat,
Verumetiam ex anima: hæc vitam viuentibus affert,
Hæc motum sensumque humana in viscera mittit:
Hæc tribuit nobis meatem, qua dignius est nil,
Per quã multa homines miranda operãtur in orbe.
Sed multi dubitant, an sit mortalis. & vnà
Cum membris anima hæc pereat, lethine sit expers,
Et maneat semper nullum interitura per æuum.
Nimirum pars deterior, quæ dedita carni est,
Ac vitijs, diuûm contemptrix, credit & optat
Mortalem esse animam, scelerum quia digna suorũ
Supplicia (heu) metuũt: propter quod tartara nollẽt
Vlla dari, aut manes vnquam repetirier vllos.
Sic malefactorum cupiunt euadere pœnas.
Altera pars hominum melior, qui fœda perosi
Crimina, virturis pulchro stimulantur amore,
Esse putant æternam animam, nec morte resolui:
Vtque putant, vellent, quòd præmia digna bonorum
Expectant operum: & sperant post fata salutem,
Et promissa sibi melioris munera vitæ.
Vtra igitur potior sententia? nonne bonorum?
Nimirum in dubijs ea semper opinio debet
Præferri, quæcunque placet melioribus, & quam
Egregij sanctique viri plerunque sequuntur.
Tutius est hærere bonis quàm credere iniquis.

Non

Non quor, sed quales aliquid dixere, notandum est,
Quare cum paucis iustis te credere præstat,
Morte carere animas, quàm malorum iniustorum
Iudicio iuniti, & nullos concedere manes.
Sed magis vt credas, etiam hac ratione docebo
Esse immortales animas. nam si Deus id quod
Est melius, semper facit (vt sapientia dictat,
Veque fateri omnes debent iustique pijque)
Haud dubiè æternas animas fecisse putandum est:
Quâdoquidem longè est melius has viuere semper,
Quàm cũ carne vnà extingui, in nihilúmq; reuerti.
Quod sic ostendo: si mors animas quoque delet,
Si non vita datur nobis nisi corpore in isto,
Censeri iniustus poterit Deus, atque vocari
Improbus. innumeros etenim florere videmus
Diuitijs, opibusque & honoribus imperijsque,
Ignauos homines, indoctos atque scelestos,
Qui peccant impunè, ac læta sorte fruuntur:
Contrà sæpe bonos aduersis casibus, atque
Paupertate premi, & contemptam ducere vitam.
Aut igitur Deus est iniustus, talia qui fert,
Aut sua post obitum partitur munera cuique,
Aut quid agant homines in terris scire recusat.
Præterea quæ & quanta Dei clementia possit,
Quæ bonitas dici, si solam hanc ipse dedisset
Nobis tam exiguam, tam incerto limite vitam?
Cuius dimidium dormitur, cætera curis
Innumeris variisque laboribus atque periclis
Exagitati, fugit rapidis velocius vndis.
Ergo agite, ô miseri mortales, grandia templa
Construite, egregijs onerate altaria donis,
Festiuum sacris foribus suspendite laurum,
Sollennes cantate hymnos, producite pompas,
Thura adolete, Dei nares distendite fumis:
Hæc facite, atque alios etiam superaddite honores,

Vt vitam hanc vobis tam bellam præbeat, in qua
Vos cruciat nunc frigus iners, nunc feruidus æstus,
Nunc pestis, nunc dira fames, nunc Martius horror,
Nunc morbus, casusue aliquis, nunc tristis egestas,
Nunc musca atq; culex, nunc & cum cimice pulex.
Exultate, inquam, quòd mille laboribus æuum
Ducitis, & victum multo sudore paratis,
Et breue post spatium mortem toleratis amaram,
In tumulo iacituri, & vermibus esca futuri.
O vitam egregiam, ô pulcherrima dona deorum!
Natus homo in mũdo hoc, inter pecudesque ferásq;
Inter tot fraudes & iniquos viuit, vbi imber,
Nix, glacies, cœnum, puluis, nox, noxius aër,
Et nebulæ & nubes, ventique, atraque procellæ,
Et dolor & luctus regnant, vbi denique mors est.
Hæc Fœlix patria, hæc statio sedésque beata,
Propter quam tantos diuis debemus honores?
Propter quam precibus fas est obtundere diuos?
Quòd si non aliam vitam quàm corporis huius
Tam fragilis tamq; immundi, post funera habemus,
Non video cur tanta Deo præconia laudis,
Cur tantos illi in templis tribuamus honores,
Qui nos tam miseros misera hac in sede creauit,
Tot mala passuros, & in æternum perituros.
Ergo nẽ iniustus Deus & crudelis haberi,
Ac dici meritò possit, fateare necesse est,
Non aboleri animas letho, sed viuere semper,
Non secus ac diui in cœlo vel in aëre viuunt,
Corporis expertes, nec non somnique cibique.
Et fateare opus est, etiam sua quemque manere
Præmia post mortem aut meritas persolucre pœnas:
Sed satis hæc ratio tibi sit. namque ista malignis
Si dicas, tident: lux nulla illuminat orbes.
Tu verò crede omninò, certúmque teneto,
(Namq; hoc principiũ est, fundamentumq; salutis)

Æt er-

Æternam esse animi naturam, & prorsus ab omni
Parcarum imperio exemptam, nil fata timere,
His ita præmissis, compertisque incipiamus
De vita tractare animi: quæ cœlicolarum
Nos similes reddit, per quam affectamus Olympum.
Sed quoniam apparent meliùs contraria, quando
In conspectu ambo assistunt, & iuncta cohærent:
Proinde operæpretium est de vita corporis antè
Dicere, quæ in terram nos detrahit æthere ab alto,
Brutorúmque facit similes, contraria menti.
Hanc igitur vitam vivit, quicunque superbos,
Sit quanquam virtutis inops, venatur honores,
Et laudes captare studet ventosus inanes,
Tantum oculis hominũ cupiens vtcunque placere:
Et qui diuitijs virtute aut fraude parandis
Inuigilat nimis, & totum cor fixit in illis,
Talpa bipes, alta semper tellure sepultus,
Aspiciens nunquam sublato lumine cœlum:
Et qui luxuriæ atque gulæ deuinctus amore,
Illecebras carnis sequitur, spretóque pudore
In Venerem præceps fertur, ventremque suginat
Demens, vt vermes maiori funere pascat.
Omnes hi turpes, & vero nomine possunt
Carnales homines à carnis amore vocari:
Quorum vita parùm à brutorum sorte recedit.
Contrà qui humanas laudes terrenáque prorsus
Gaudia contemnit, viuens castéque piéque,
Spiritualis homo fertur: nam spiritus eius
Corpore iam domito, victáque libidine, liber,
Imperat, & summa capitis dominatur in arce.
Ergo vita animi est imprimis ponere turpi
Fræna voluptati, & ventrem Venerémque domare,
Subdere spiritui carnem, contemnere quicquid
Nascitur in terris, solíque insistere cœlo,
Cœlum optare, & amare omni conamine cœlum.

Illic ſpirituum patria eſt: ſedéſque bonorum,
Illuc contendunt animæ poſt funera inſtæ:
Illuſtres animæ, illuſtri virtute nitentes,
Æterna in luce, æterna mercede fruentes.
Præcipuè mentem ſtudijs exerceat: illos
Perlegat & libros auidè, qui vel de anima, vel
De dijs, de miſera vitæ huius conditione
Tractant, de morte, aut alijs de rebus honeſtis.
Spiritualis homo & ſapiens his nocte dieque
Sedulus incumbat ſcriptis, & talia ſæpe
Gaudeat audire atque loqui, ſecúmque volutet.
Authores verò turpes, & turpia vitet
Colloquia. heu quantũ bona mens corrũpitur iſtis!
Lectio nimirũ eſca animi eſt: quæ ſi bona, prodeſt:
Si mala ſit, non parua ſolet dare damna legenti;
Non ſecus atque malus cibus eſt damnoſus edenti.
Quæ ſeruanda licet ſint omnia, nil tamen eſt quod
Plus hominem à vili carnis ſecernat amore,
Pluſque deo admoueat, quàm non rarò meditari
Vitæ huius miſeram ſortem, quæ tam breuis, & tot
Plena malis quum ſit, mihi mors, non vita videtur.
Immò aliquid peius morte, ecquis non videt? ecquis
Non adeò ſentit quantum ſit fellis vbique?
Singula ſi excutias, ſincerum comperies nil.
Omnibus infudit rebus natura venenum.
Plurima habent geminas facies; foris alba, ſed intus
Nigra, ſuo fallunt oculos ſpectata colore,
Si tamẽ eſt quicquá in vita hac pulchrũq; bonumq;,
Fumi inſtar nebulæque fugit: reuolubile tempus
Nil ſinit eſſe diu in terris, vana omnia reddit
Atropos, & faſtus hominum conculcat inanes.
Heu quàm cuncta abeunt celeri mortalia curſu!
Quàm fluxa atque fugax humana eſt gloria, bullæ
Perſimilis, quæ olim ſumma turgeſcit in vnda,
Mox perit, & vento exiguo diſpulſa fatiſcit.

Hora 35

Hora breuis bona cuncta rapit, tunc fabula restat:
Hic fuit, hic fecit, pugnauit, vicit, amauit,
Regnauit, gentes domuit, populósque subegit,
Composuit libros. at nunc vbi talia? nusquam.
Ipse vbi núc? nusquã. quid nunc? nihil. aut abijt quò?
In ventos. Heu heu nugæ, & mera somnia sunt hæc,
Quæcunque in terris pulchra & miranda videntur.
Quid mihi cũ Fuit? aut Fecit? nempè Est valet vnum
Plus quàm mille Fuit. verùm hoc Est vtitur alis:
Transuolat, & secum nostros abducit honores.
Hæc igitur meditari, & pertractare frequenter
Qui solet, ille huius mundi deponit amorem,
Et facilè exosus terram suspirat Olympum.
Præsertim si etiam secum bene cogitet idem,
Corporis humani quàm sit miserabilis, & quàm
Sordida conditio: fragili quod carne coactum,
Contextum duris ex ossibus & cute tectum,
Fæcibus immundis plenum est, & sanguine fœdo,
Semper sordescens, nisi semper proluat ipsum
Abstergatque frequens cura, instaurando nitorem.
O vas, hospitiumque animi illætabile, per quod
Tot morbos patimur, per quod tot rebus egemus!
O vestis grauis, ô carcer viuúmque sepulchrum,
Suffocans mentẽ ac sensum, inuoluensque tenebris,
Vnde hominum generi tanta ignorantia adhæret.
O terra in terram citiùs redieura (breuique
Vermibus aptam escam in tumulo, gratamq; datura)
Quàm miser est quicunque tui seductus amore,
Veram animi vitam & cœlestia dona relinquit,
Dum tibi plus æquo indulgens, tua cõmoda tantùm
Sectatur, curátque parùm iustúmque piúmque,
Nec putat esse aliam quàm hoc vili in corpore vitã,
Demens atque sui oblitus, patriæque prioris:
Vnde has in tenebras & tristia regna recessit,
Vt carne inclusus misera miser efficeretur.

Omnis enim qui corporeo stat carcere clausus
Spiritus, & membris terrenis consociatur,
Est miser haud dubiè donec soluatur ab illa
Compede, & æthereas redeat iam liber ad oras:
Ni fortè impediat vitiorum pondus euntem,
Et teneat pressum in terris aut aëre in imo.
Nil etenim immundum patitur purissimus æther,
Nec praui aut stulti cœlestia limina tangunt.
Hæc dum vir sanctus loqueretur, finierat sol
Penè diem lasso iam curru, & iuxta aderat nox,
Paulatim inficiens atro velamine mundum.
Discedo, & Romam versus vestigia duco.
Dumque iter inceptum perago, iam Cynthia pleno
Orbe micans, claram reddebat lumine noctem.
Ibam igitur solus, meditans audita: sed ecce
Tres comites hæsêre mihi, quos fortè repertos
Affatus blandè, quò vellent ire rogaui.
Romam dixêre, interea me conspicit vnus,
Nomine me appellans: vnde is nunc, inquit, ab illo
Respondi sapiente, manet qui in vertice summo
Rupis Apollineæ subrisit protinus ille,
Atque ait, O demens, reperiri qui sapientem
Posse putas quenquam in terris! sapere ille videtur
Qui minùs est alijs stultus, licet insipiens sit.
Conuenit haud dubiè solis sapientia diuis:
Quorũ de numero sumus hic tres. nãque ego dicor
Sarracilus, verùm hic Sathiel, hic Ianna vocatur:
Quamuis humanam videamur habere figuram,
Dij sumus, & lunæ centermina regna tenemus.
Nanque illic habitat diuûm ingens turba minorum,
Est quibus imperium telluris, & æquoris alti.
Talibus auditis stupui, cœpique timere:
Me tamen audacem ostendens, tectóque timore,
Cur Romam peterent quæsiui, tunc ait ille,
Est socius nobis illic qui dicitur Ammon,

Hunc

Hunc sibi seruitio adstrictum, magicaque coactum
Arte tenet iuuenis quidam, cui Narnia tellus
Est patria, Vt sinique colit qui Præsulis aulam.
O quanta est hominum generi concessa potestas!
Coguntur diui, vobis hinc scire licebit
Diuinas animas vestras, & morte carere.
Nam si nil vestri superesset, si moreretur
Vestra anima, vt corpus moritur: quid iuris haberet
In superos tam vile animal, tam friuola imago?
Si foret in vobis nil sanctum, quomodo diui
Tanti hominem facere, aut homini succumbere possent?
Ipse etiam quandoque fui seruire coactus
Germano cuidam, crystalli in corpore clausus:
Sed me barbatus tandem ferterculus illis
Exemit vinclis, & fracto carcere fugi.
Romam igitur petimus, cupientes soluere duro
Seruitio socium, si qua est via: deinde vt ad orcum
Romanos quosdam proceres hac nocte trahamus.
Hæc dicente illo, flauit leuis aura repente.
Tunc Sathiel ait, O socij, iam noster ab vrbe
Remisses remeat: præcedens indicat aura.
Non vanus fuit hic sermo, namque illicet illic
Egregius iuuenis Remisses astitit, omnes
Aduenisse illum gaudent, lætique salutant,
Atque rogant quidnam Romana ageretur in vrbe.
Cuncti luxuriæ, atque gulæ, furtisque dolisque
Certatim incumbunt, nosterque est sexus vterque,
Respondit: sed nunc summus parat arma sacerdos
Clemens, Martinum cupiens abolere Lutherum,
Atque ideo Hispanas retinet nutritque cohortes:
Non disceptando, aut subtilibus argumentis
Vincere, sed ferro mauult sua iura tueri.
Consilium valeat, valeant commenta Lutheri,
Pontifices nunc bella iuuant, sunt cætera nugæ:
Nec præcepta patrum, nec Christi dogmata curant.

Lictant se dominos rerum, et sibi cuncta licere.
Cui vis est, jus non metuit, jus obruitur vi.
Sed nos hinc socij lucrum speramus, & inter
Tot cædes, multorum animas ad auerna feremus.
Sic ait: & mox inter se nonnulla loquuti,
Decedunt, & me solum tristemque relinquunt.
Nanque vbi Sarracilus nullum dicit reperiri
In terris sapientem, extemplò pectora tristis
Inuasit cura, & cœpi sic voluere mecum,
Ergo nequicquàm petitur sapientia nobis?
Laudatur frustrà, frustrà speratur, & ipsis
Cœlicolis tantùm conceditur? ergo necesse est
Hac misera in vita mortales desipere omnes,
Ridiculósque esse, & spectacula tradere diuis?
O humanum genus infœlix, ô effræna parentum
Luxuria, & natos gignendi infanda libido!
Quid tandem facitis? stultos miserósque creatis.
Mas puer est natus, læti celebrate choreas,
Fundite viua, epulas festiuis addite mensis:
Sed mox ille puer fiet stultusque miserque,
Aut citò pallentes moriens migrabit ad vmbras:
O mens cæca hominum, & venturæ nescia sortis!
Mortales miseri lætantur sæpe dolendis.
Hæc igitur mecum meditabar, tristitiáque
Plenus paulatim hospitium sequiémque petebam.
Náque oculos iam somnus iners & cruta grauabat.
Hæc sint de sapiente satis, deponere fessam
Musa chelym par est, & raucis parcere chordis.
Interea mundi authorem dominumque precemur,
Vt nos clementer permittat, quæ duo restant
Sidera Zodiaci cantando absoluere nostri.
Sunt maiora etenim dictis dicenda, timéique
Mens mea tam tenuis mysteria tanta referre.
Naturam Hydrochoos noster scrutabitur omnem,
At labor extremus diuûm penetralia pandet.

LIBER VNDECIMVS.

AQVARIVS.

NATVRAE omniparētis amor, causasq; viuēdi
Occultas rerum nobis innata cupido
Aonios iterùm fōtes haurire, iugisq;
Parnassi vmbriferis iterum consistere suadet.
Musa redi, cithar ãq; refer: nunc diuite vena,
Nunc opus ingenio est, & doctæ munere vocis.
Non leuia hic tractanda, libet specularier omnem
Naturæ faciem, totúmque euoluere mundum.
Principiò quicquid fuit, aut est, aut erit vnquam,
Dicitur ens: quippe hoc complectitur omnia nomē.
Sed rerum, quascunque Dei sapientia finxit,
Quædam funguntur vita sine corpore: quædam
Aut sunt expertes vitæ, aut in corpore viuunt.
De primis liber iste nihil, sed proximus olim
Tractabit: nunc de reliquis mea Musa canemus.
Mundanæ molis loca summa atque extima cœlum:
Immensis ambit spacijs, motúque perenni
Circuiens, intra sese facta omnia claudit.
Quinque secant ipsum Zonæ: sed quælibet harum
Est habitata suis nihilo prohibente colonis.
Nam neque dijs frigus, neque torrens officit æstus.
Talia conueniunt terris: sacer æther ab omni
Semper abest glacie, nullóque incenditur igni.
Qui licet assiduè circumvoluatur, ibidem
Permanet, & nunquam prima de sede recedit.
Nanque duos inter stabiles sixósque locatus
Diuina ratione poles, retinetur ab illis:
Quorum alter nobis apparet semper: & ambas
Aspicit, oceanóque procul circumuehit arctos:
Alter sub terris aduersa in parte moratur,

An-

Antipodúmque oculis nocturna luce videtur.
Hanc verò ætheream molem dicuntur ab ortu
Occasum versus, parili distinguere tractu
Tot cycli quot sunt Zonæ. qui proximus Arcto est,
Arcticus est dictus: post hunc est circulus ille
Qui medium Cancrum secat, & decedere solem
Paulatim à nobis cogit, retróque reuerti.
Hunc alius sequitur, medium qui diuidit orbem,
Atque dies nitidos obscuris noctibus æquat.
Non procul hinc alius medium scindit Capricornú:
Vltra quem prodire nequit, rursusque redire
Incipit ad nostras paulatim Cynthius oras.
Postremus verò Cyclus, qui proximus austro est,
Vt polus oppositus nostro, sic ipse vocatur.
Vltra hæc segmenta obliquus quoque circulus alto
Signatur cœlo, per quem pulcherrimus it sol,
Bissenis complens obeuntem mensibus annum.
Lacteus est etiam cyclus, qui Tyndaridarum
Genua secat, caudáq; Nepæ, tropicos quoque binos,
Obliquámque viam solis, medium simul arcum
Arcitenentis, item Centauri ctura, Aquilámque,
Nec nón Aurigam, Cygnumque, & Persea tangit.
Súntque parallelli cycli: sic nomine dicunt
Hos Græci: motúque suo sol efficit vnum,
Quaque die occasum repetés, ortúmque relinquens.
Insuper esse duos Colutos dicitur: alter
Solstitia ostendens, Cancrum secat et Capricornú,
Percurrens vtrunque polum: sed diuidit alter
Phryxæam pecudem & chelas. hic tempora móstrat
Sunt quibus æquales & luci & noctibus horæ,
Vltra hos sunt cycli multi varijque secantes
Hinc atque hinc vtrúmque polum: mediæque diei
Nomen habét, nostrúque caput super ingrediuntur.
Circulus est etiam quidam, qui fertur Horizon,
Diuidit hic sphæram medium, nostrúmque videre

Ter-

Terminat: vnde vocant hoc illum nomine Graij.
Præterea in multos cælum distinguitur orbes.
Suntque nouẽ,quorũ summus,quod mobile primum
Dicitur,extremus voluens decedit ab Indis,
Hispanos Mauróſque petens,ſpatióque diurno
Complexi iter, nec non rapidus cæleſtis ſecum
Corpora cuncta trahit,nullo ſpectabilis aſtro.
At reliqui oppoſitis voluuntur motibus orbes,
Et Gangem verſus currunt,à Gadibus: horum
Maximus innumeris ſtellis eſt lucidus, atque
Curriculo annorum centum vix perficit vnum
Ipſe gradum iuxta hunc Saturni ſphæra locatur
Inferiùs,triginta annis hæc tota mouetur.
Iupiter huic ſubſtat,totúſque reuoluitur annis
Bis ſex. hunc ſequitur Mauors,anniſque duobus
Vertitur in gyrum poſt hunc ſol ipſe trecentis
Sexaginta (velut dicunt) & quinque diebus,
Adde his ſex horas,totum pertranſit olympum.
Poſt ſolem inferiùs Veneris rota voluitur,& ſe
Circumfert,quam ſol ſeptemque dicemq; diebus
Ocyus. aſt hunc Mercurij ſubuoluitur aſtrum:
Quod Venerẽ ſuperat curſu,citiúſque mouetur
Quàm Venus ipſa nouem (ſi vera eſt fama) diebus.
Vltimus eſt orbis Lunæ,ſpatióque dierum
Viginti atque nouem,nec non bis quatuor horis
Finit iter,temeá tque illuc prius vnde receſſit.
Sidera ſunt ſeptem quæ Græci errantia dicunt
Voce ſua,quorum ſummus Saturnus,habens
Pro domibus ſortur puerum Iouis & Capricornum.
Iuppiter ipſe domos etiam tenet æthere binas,
Piſces atque arcu pugnantem Scorpius astrum,
Phryxæúſque aries,ſolidis ſunt tecta Gradiui:
Dat propriam ſedem Nemeæ fera bellua Soli:
In Libra & Tauro mollis Cytheræa quieſcit:
Mercurius Geminis,& pulchra Virgine gaudet:

Car-

Cæcinthospitium præbet tibi Luna benignum.
Dicere de signis cœlestibus aggrediamur.
Zodiaco quà sol gradiens totum effodit annum,
Signa quidem duodena manent: Borealia sunt sex,
Aduerso toti deni sumpserunt nomen ab Austro.
A capite ablatæ pecudis, finem vsque puellæ
Erigones, septem dicuntur signa trionis.
Ast à principio Libræ, finem vsque duorum
De grege Neptuni, quod cœlo est, spectat ad austrum.
Nomina signorum tum nunc mea carmina pandent:
Sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, Nepa, Arcitenens, Capricornusque, Hydrochoósque,
Et duo cœlesti radiantes lumine Pisces.
Septima quæque sibi opponitur: quum venit illud,
Conditur hoc. Aries ad nos quum surgit ab ortu,
Libra cadit. Tauro sic Scorpius Europæo
Obijcitur: nascente illo, hic descendit in vndas.
A Cancri capite ad Centauri extrema, vocatur
Directa: à prima Ægocerotis parte, gemellos
Vsque ad Tyndaridas, obliquo limite pendent.
Triginta gradibus longum, latum duodenis
Quodlibet est signum. terrestria sunt, Capricornus,
Taurus & Erigone: sunt aëris hæc tria, Libra,
Hydrochoes, Gemini: naturam seruat aquarum,
Piscibus, & Cancro similis Nepa: quæ tria restant
Ignea sunt, Aries, Chiron, Leo. Mascula sunt hæc,
Cùm tribus aëreis, & fortunata vocantur:
Cætera femineo dicuntur nomine, sunteque
Infortunates, vt perhibent qui sidera norunt.
Mobilia hæc, Aries, Cancer, Libra, & Capricornus:
Fixa, Leo, Taurus, Nepa, cum Ganymede vocantur.
Sunt Gemini, Virgo, Chiron communia, Pisceésque.
Vltra hæc, trigintæ sunt & tria signa beato
Fixa polo, quorum boreali in parte locantur

Viginti,

Viginti,ac plusius sibi cætera vendicat auster.
Hæc sunt quæ spectant ad septem signa triones,
Binæ vrsæ,quarum est Helice maioribus astris
Splendidior,Cynosura minor: Phœnicibus est dux,
Inter quas medius serpit Draco fluminis instar.
Hic micat & Cepheus,hic Cassiopeia,Coronæ
Proxima Gnossiacæ,niueo vicinus Olori est
Engonasis,dulcémque Lyram miratur & audit,
Nec non Arctophylax monstrat sua sidera ibidem.
Perseus hac etiam cœli in regione locatur,
Ora Medusæo gestans rorantia tabo.
Hoc eodem cœlo nitet auriga anguitenénsque,
Illius & serpens,cúmque hoc Serpente Sagitta,
Adde aquilam,æthereóq; mari Delphina natantem.
Hic & equus splendet qui Pegasus appellatur.
Andromede sequitur:postremum Delta vocatur.
Signa tria atque decem aduerso retinétur ab austro:
Cœtus Persæa vix tandem falce peremptus.
Hac etiam parte armatum Oriona videbis,
Multiplicémque vadis Nilum,Leporémque fugacé.
Hunc canis haud vnus sequitur,maiórque minóreq;:
Inter & australes Argo micat inclyta flammas.
Hic Aram,magnúmque potes Cratera videre,
Necnon Phœbæum fulgenti sidere Cornum,
Centaurúmq; trucé,domitámque laboribus Hydrã
Herculeis,pestem Lernæ,mirabile monstrum.
Hac eadem Piscis quidam regione videtur.
Quæ sint signa poli patefeci versibus:at nunc
Singula quot stellas habeant quoque versibus edam:
Astra Helice septena tenet:quæ dicitur Vrsa
Maior,quòd cœlo maiori lumine fulget.
At Cynosura minor fertur,quòd luce minori
Apparet:quamuis viginti vnamque fauillam
Corpore contineat.vigilem quindena Draconem
Sidera conficiunt,geminas qui diuidet Arctos.

Cepheus

Cepheus ipſe decé atque nouem cõplectitur aſtra.
Caſſiopeia decem atque tribus ſtat lucida flammis.
Ipſa nouem ſtellis ſolita eſt ſplendere Corona.
Dant tria dena modum Ledæo ſidera Cygno,
Ignibus Engonaſis lucet bis quinque nouémque.
Quatuor atque decem deſignant aſtra Booten:
In cuius zona Arcturus ſtans clariùs ardet.
Ipſe decem ſeptémque faces tenet æthere Perſeus,
Heniochus ſeptẽ: aſt humero quæ clara ſiniſtro eſt,
Fertur Capra: duas alias quas læua manus fert
Hœdi dicuntur, nautis ſæpe anxius horror.
Septenis deniſque nitet flammis Ophiuchus.
Ipſius ac ſerpens viginti eſt clara duabus.
Eſt lyra luminibus fulgens Orphæa nouenis
Quatuor ætheream deſignant aſtra ſagittam,
Quadruplicíque nitet raptor Ganymedius igne,
Delphin ipſe polo fulget bis quinque fauillis.
Octo decémque micat nocturnis Pegaſus aſtris.
Ignibus Andromede bis denis ardet Olympo.
Sed tria Deltoton duntaxat ſidera ſingunt.
Stellarum, quas Zodiaci dicuntur habere
Signa dehinc numerũ aggrediar cõprendere verſu.
Aſt Aries primus: tenet hic aſtra octo decémque.
Taurus habet ſtellas viginti, vnámque: ſed harum
Septem, quæ ipſius poſtrema in parte renident,
Vergiliæ necnon Atlantides appellantur.
Suut totidẽ in capite, atq; Hyades dicũtur ab imbri.
Tyndaridæ fratres denis octóque fauillis
Splendeſcunt: alter denas, alter tenet octo.
Biſque nouem flammis cœleſtis Carcinus ardet:
Binæ inſunt dorſo, quæ Aſini & Præſepe vocantur.
At Leo bis denas ſtellas retinet minùs vna.
Virgo tenens ſpicam micat aſtris octo decémque.
Chelæ ignes vtrinque duos, libramque figurant.
Quindenas reliquo flãmas Nepa corpore monſtrat:

Quinde-

Quindenis etiam facibus ſplendere videtur
Arcitenens: quandámque pedes tenet ante coronã,
Septenis quæ ſideribus conſtare putatur.
Viginti Ægoceros ſtellis nitet atque duabus,
Iliacus puer eſt bis ſeptẽ lucidus aſtris.
Octo nouémque faces Piſcis tenet alter: at alter
Huic innctus bis ſex ſplendeſcit in æthere tædis.
Nunc quot habent ſtellas auſtralia ſigna docebo:
Quãuis ſint procul, atq; oculis malè cognita noſtris.
Lumina terribilis triadena habet æthere Priſtis,
Sunt totidem Nilo, Leporem ſex aſtra perurunt,
Sideribus ſeptem atque decem præfulget Orion,
Octo atque vndenis incendit Sirius orbem
Ignibus, at Procyon triplici micat æthere flamma.
Viginti atque tribus decorata eſt Argo fauillis.
Vnam plus Chiron retinet: ſed victima, geſtat
Quam manibus, reſupina, decémq; vnámq; recepit.
Luminibus verè ſpecioſa eſt Ara quaternis.
Sex & viginti facibus ſpectabilis Hydra eſt,
Longa trium ſpatio ſignorum, corpore Cancrum
Occupat, Erigonémque ſimul, tumidúmque Leonẽ.
Septem aſtris Corvus, Crater ſpectabilis octo eſt:
Biſſeno at Notius decoratur, lumine Piſcis.
Occaſus nunc ſignorum dicamus & ortus,
Signorum eſt ortus triplex, occaſus eorum
Eſt etiam triplex. namque ortus coſmicus, atque
Occaſus fertur quum tempore matutino
Sole oriente, aliquod ſignum quoque ſurgit eoa
De regione ſimul, vel quum mane occidit vndis.
Dicitur at Chronicus, quoties ſurgitue cadítue
Signum aliquod, quum primum alto ſe gurgite con-
Iam patitur ſtellas alias ſplendeſcere Titan. (dens
Heliacus verè eſt ortus, quum ſole propinquo
Iampridem occultum ſignum, poſtquã ille receſſit,
Ingrediens aliud, poſſe incipit orbe videri.

Occaſus

Occasus contrà Heliacus tunc dicitur esse,
Quando aliquod signũ per quod tũc ingreditur sol,
Obtenebrat splendore suo, prohibétque videri.
Nũc quo quæque modo exoriantur signa, cadántq;
Versibus expediam: tribuant modò carmina nobis
Pegasides, vatémque suum non spernat Apollo.
Quando Aries oritur, consurgit pars quoque læua
Andromedæ, Perseíque caput, media tenus aluo.
Opposita tunc parte poli pars occidit Aræ.
Auerso Taurus per cœlum corpore fertur:
Ipso ascendente, ascendit totus quoque Perseus.
Heniochi consurgit item pars maxima, necnon
Pristis cauda, etiam penitus tunc occidit Ara.
Ipse autẽ Arctophylax tunc primũ abscõditur vndis,
Cum Geminis totus Cœtus, partésque priores
Eridani surgunt, cúmque his armatus Orion.
Anguitenens vtrunque pedem tunc æquore mergit,
Carcinus exoriens partem apparere Coronæ
Dimidiam vetat, & caudam Ceti, notiúmque
Piscem, atque Engonasis caput, aluũ dimidiámque
Eiusdem: à genibus scapulis tenus Anguitenentem,
Ipsiúsque Anguem excepta ceruice: Booten
Totum penè. oritur sed contrà Orionis vsque
Ad zonam corpus, toto cum flumine Nili.
Hæc cum magnanimo nascuntur signa Leone:
Tota Aquila atq; Lepus, Procyõ quoque primáque
Maioris Canis, exurgit caput insuper Hydræ (crura
At contrà Arctophylax totus, totusque Ophiuchus
Cum capite & ceruice sui quem continet Anguis,
Quæque superfuerat nitidæ pars illa Coronæ.
Engonasis simul ipse, genu tamen ac pede læuo
Exceptis, tunc hesperias merguntur in vndas.
Virginis exortu totus Canis Hydráq; surgit
Vsque ad Cratera, apparet quoque Thessala puppis,
Quatenus erecto dependent carbasa malo.

Op-

Oppoſita ſed parte latent hæc ſidera: Delphin,
Totus Olor, cauda excepta: ſimul ipſa Sagitta,
Atque Chelys, Niliſque prior pars. Pegaſus autem
Cum capite abſcondit collum, pars cætera fulget:
Tota Argo cum Libra oritur, totúſque Bootes.
Extremam præter caudam tota Hydra videtur,
Engonaſis dextrúmque genu, dextram quoq; ſinam.
Tunc & Centauri caudam ſplendere videbis,
Tunc & dimidiam poteris ſpectare Coronam:
Corpus equi aligeri reliquum, poſtremáq; Cygni
Celantur, nec non ceruicem Cetus ad vſque
Deſcendit totus: tunc & caput occulit vndis
Andromedæ: tunc & deſcendere Cephea cernes,
Ipſius Andromedæ patrem, manibúſq; humeriſque
Et capite extremas ponti fluitantis in vndas.
Scorpius exoriens hæc ſecum ſidera ducit, (ronam:
Caudâ Hydræ, Chironis equum, reliquámque Co-
Quámque manu geſtat Chiron: tunc Hoſtia ſurgit,
Srgit item caput Anguis, itẽ caput Anguitenentis.
Andromedæ reliquum corpus tunc occidit, atque
Cepheus à capite ad zonam, flexuráque duplex
Eridani: reſupina cadit quoque Caſſiopeia,
Tunc etiam abſcondi Canis incipit, atque Orion.
Arcitenens quú oritur, iubet apparere Ophiuchú,
Ipſiúſque Anguem totum, caput atque ſiniſtram
Engonaſis, totámque Lyram, pectúſque capútque
Æthiopum regis Cephei: tunc totus Orion,
Et Lupus, & maior Canis occidit, Heniochúſque,
Exceptis capite ac pedibus, tunc Perſeus vnà
Tendit in occaſum totus, dextro pede necnon
Crure manet. puppi excepta tota occidit Argo.
Ægroceros quum ſurgit, Olor, ſimul atque Sagitta,
Ara quoq; atq; Aquila aſcendũt: ſed cætera puppis
Deſcendit, Procyonque mari ſua ſidera condit.
It quoque ſub terras toto tunc corpore Perſeus,

Sidera quum pulchri apparent Ganymedis ab ortu,
Prima Meduſæi conſurgunt membra caballi.
Tunc contrà caput & ceruix deſcendit Echydnæ,
Occultatur item poſtremo corpore Chiron.
Quum gemini ſuperum tolluntur in æthera Piſces,
Andromedæ dextrum corpus quoque ſurgit, & ille
Qui Notius fertur Piſcis: tunc corpore toto
Hydra & Centaurus manes rapiuntur ad imos.
Hæc de ortu atque obitu ſignorum dicta putamus
Eſſe ſatis: nunc ad reliqua incunctanter eamus.
Sed prius Vranien libet huc ad noſtra vocare
Carmina, vt auxilium tribuat, ſecretáque pandat
Vranie, cui nota alti penetralia cœli,
Quæ ſuperûm ſedes gemmatáq; tẽpla frequentas:
Vranie formoſa adſis, arcanáque diuûm
Tecta aperi, vatémque iuua tua regna canentem:
Æthereos da mente lares, animóque rueri
Mœnia ſtelliferi circumlabentia mundi.
Et primùm mihi Diua aperi, num corpore duro
Ac ſolido conſtet cœlum, an fluxo tenuíque,
Non ſecus atque aër facili quem ſcindimus ictu.
Poſt hoc, me nonnulla etiam quærenda docebis.
Sunt duo naturæ primordia prima, vocantur
Materia & forma: ex his corpora cuncta creantur,
Ex his eſt tellus, vnda, aër, ignis, & æther.
Vnde errant, qui materiam cœleſtibus vllam
Corporibus non eſſe putant, contraria in illis
Quippe forent, & ab his corrupta aliquando perirẽt,
Sic aiunt: verùm hæc ratio (me iudice) peccat.
Nam neque materiæ culpa eſt, ſi corpora ſoluit
Longa dies: neque corrumpunt contraria per ſe,
Si æquales habeant vires, niſi fortius vnum
Sit reliquo, quia cum vis æqua eſt atque poteſtas,
Tunc ſit par pugna, & nulli victoria cedit.
Ergo Deus cupiens æternum condere cœlum,

Optima

Optima materiæ primæ ac puriſſima legit,
Temperiémque illis talem addidit, vt nihil vnquam
Se lædant, ſempérque habeant contraria pacem.
Sic cœlum æternum eſt, ſic nullo abſumitur æuo.
Sed quoniam quæ dura magis, diuturna magis ſunt
Læduntúrque minus: proinde eſt duriſſimus æther,
Plus adamante, adeò vt ferrũ contemnat & ignem,
Vimq; omnẽ: præter domini, à quo cõditus ipſe eſt.
Eſt alia id monſtrans ratio; nam mobile primum
Intra ſe poſitas ſphæras rapit, ac violenter
Occaſum verſus ſecum trahit, atque diurno
Motu (obſtent quamuis) ſpatia in contraria verſat:
Quod fieri nequeat, ſolido niſi corpore conſtent.
Adde huc, quòd lunæ pars illa ſimillima cœlo eſt,
Quam ſol conſpectat, fraternáque lumina tangunt.
Sic etiam ſtellæ, manifeſta in luce diei
Conſimilem cœlo creduntur habere colorem.
Luna tamen ſtellæque ipſæ ſunt corpora dura,
Sunt & opaca, hoc eclipſis declarat apertè:
Nam radios Phœbi Luna interiecta repellit,
Nec ſinit in terras claram deſcendere lucem.
Cur non durities eadem tribuatur Olympo?
Nempe aliter nunquam ſua ſidera fixa teneret,
Sed paſſim errarent, nec certa in ſede manerent.
Non tamen eſt cœli, vt ſtellarum, corpus opacum.
In terris etenim poſiti ſumma aſtra videmus,
Et penetrat noſter ſuprema ad ſidera viſus,
Quum verò ſint (vt dixi) duriſſima cœli
Corpora, ſintque eadem puriſſima, forſitan illis
Eſt etiam ſonus: & quum ſe tangántq; roténtque,
Concentum faciunt aliquem, cœleſtibus aptum,
Vt quidam ſcripſere olim doctique probíque:
Hunc tu Muſa etiam nodum mihi ſolue roganti.
Dura & plura licet ſacri ſint corpora cœli,
Peruiáque humanis oculis, tamen illa ſonorem

Efficiunt nullum: neque etenim pulsantur ab vllo,
Nec si pulsentur resonant, crassissima quum sint,
Cumque illic aër nullus sit, quo sine frustra
Speratur sonus, atque ideò sine murmure currunt.
Præterea sphæræ bis quatuor inferiores,
Auroram versus omnes vertuntur eodem
Progressu: nec se collidunt concutiúntque
Occurrendo sibi, sed certa lege modóque
Vna eadémque via leni vertigine pergunt,
Et choreæ in morem placidè tacitéque feruntur.
Mobile duntaxat primum aduersatur eundo,
Orbibus (vt dixi) reliquis: tamen haud strepit vnquã,
Nilque sonat prorsus: quippe illic deficit aër,
Quippe superficies multò est læuissima sphæris:
Vnde fluunt celeres, nullo impediente rigore.
Et sua contactu molli confinia lambunt.
Propter quod motum faciunt sine voce silentem.
Non igitur rectè veteres senserè, putantes
Sphæratum motu harmoniam conflarier, at non
Sentiri: quoniam humanas excelleret aures,
Ceu Nili non auditur quæ decidit altis
Rupibus vnda propè: at longè fragor editur ingens.
Nuguntur certè, & ratio hæc est prorsus manis.
Nam si nemo vnquam audiuit, cur fingere debent
In cœlo esse sonum? turpe est ea dicere quæ non
Ostendi possunt, quæ possunt iure negari.
Non nouus sunt fingenda, nisi hæc vera esse probẽtur,
Nullam verba fidem amota ratione merentur.
Sed nunquid cœlum est, vt fertur, (Musa) rotundũ?
Sphærica nimirum perfectior esse figura
Censetur cunctis alijs, quòd non habet in se
Principium finémque, capax quòd sit magis, atque
Simplex & formosa magis, magis apta moueri,
Præsertim circa medium, ceu vertitur æther
Circa ipsam terrã, in medio quæ cõdita mundo est.

Con-

Conuenit hæc igitur cœlo tam digna figura,
Conuenit hæc eadem Soli, Lunæ, omnibus astris:
Quinquam aliter pictorum audax inscitia fingit.
Stellæ autem sunt ne (vt fertur) pars densior orbis?
Non ita: quippe suam sortita est quæ libet harum
Diuersam à cœlo speciem: discrimine magno.
Ipsa etiam inter se distant, ceu sorbus ab vlmo.
Ceu pyrus à cerasso differt, fœtu æque figura.
Indicat id color haud vnus, diuersaque earum
Virtus & splendor. stellæ est sua cuique potestas:
Quandoquidem natura etiam sua cuiq; tributa est.
Cœlum ergo est sedes tantùm opportuna, locúsque
Stellarum, non materia aut substantia earum.
Quid virtutis habet cœlum? est vis omnis in astris,
Astra regunt orbem terrarum, atq; omnia mutant:
Astra creant cuncta in terris, & cuncta gubernant.
Hoc docet astronomus, communis opinio fert hoc.
Quare non solùm raro densóque putandum est
Distingui à stellis cœlum: diuersa sed ipsis
Natura est etiam, & dispar faciésque vigórque.
Quanta etiam sint astra, & num sine fine rotentur,
Quo sint fixa loco, vt visum est aliquando Platoni:
An sint deserta, an quisquam versetur in illis,
Musa velim scire: vnde procor mihi singula pande.
Non sunt astra quidem magna æquè, namq; minora
Plurima sunt numero, vt possit comprehendere nemo.
Sunt aliquot maiora etiam, sed panca: sereno
Quæ passim cœlo veneranda luce refulgent.
Ex quibus astronomi varias fecêre figuras,
Et pinxêre amplam diuersis æthera signis.
Ex his ergo astris maioribus (vt perhibent, qui
Astra sciunt, vtque eclipsis phœbeia monstrat:
In qua Luna patet quanto sit corpore, fratris
Dum subiecta sui speciosum lumen opacat)
Quædam sunt tanta, vt totam terræque marisque

Excedant molem, ac ſpatio maiore niteſcant:
Quamuis parua adeò videantur, propterea quòd
Tam longo diſtant à nobis interuallo.
Quippe aliquid quanto eſt longinquius, eſſe videtur
Tanto etiam minus, & ſpectantum lumina fallit.
Stellæ autem fixæ (veluti Plato maximus inquit)
Quæque ſuum circa centrum voluuntur ibidem
Semper: & hæc ratio eſt cur ſcintillare videntur:
Non ea quam fingunt quidam, quia longiùs abſunt.
Proinde illas tremulum nobis oſtendere lumen.
Nimirum hæc ratio vana & puerilis habenda eſt.
Non etenim quicquam ſcintillat, quòd procul abſit
A noſtro viſu: minus, atque obſcurius illud
Sed tunc apparet, nec ſcintillatio motu
Vlla carere poteſt. quare fixa aſtra mouentur,
Cum Sole vnà, illo motu quem diximus antè:
At non Saturnus talem, nec Iuppiter, & Mars
Efficiunt motum, nec Lunæ Mercurijue,
Aut Veneris ſidus: verùm hæc gaudent epicyclis.
Cur non ſcintillat Saturnus, Iuppiter, & Mars,
Vt Sol? quum tamen à nobis longè altiùs abſint,
Nec magno à ſtellis fixis diſcrimine diſtent?
Nimirum, quoniam, non ſic voluuntur vti Sol,
Sed ſua permittunt epicyclis corpora ferri.
Fortè aliquis ſolem non ſcintillare putabit.
At ſi hunc perſpiciet ſummo quum mane reſurgit,
Vel quum deſcendit brumali tempore in vndas,
Quando acies illum melius tolerare valebit:
Tunc circumuolui, tunc ſcintillare videbit.
Nec quiſquã hoc adeò magnum ac mirabile dicat,
Singula ſi tali voluuntur ſidera motu:
Nónne magis mirũ eſt, tam immenſi corpora cœli
Tam celeri ſemper ferri vertigine, vt omnes
Præuertant volucres, ventóſq; & fulmina vincant?
Vnde nota: Ille pater rerum, mundique creator,

Omnia

Omnia quæ fecit, distinxit in hæc duo, motum
Atque quietem: atqui in terris centróque locata est
Ipsa quies propriè, possedit cætera motus.
Vnda fluit, semperque aër agitatur & ignis.
Præcipuè tamen in cœlo est vis maxima motus:
Et quo quæque magis sphæra est sublimis, in illa
Fortior est motus, mundúmque rapacius ambit.
Quare illud cœlum, quod primum mobile fertur,
Maximum habet motū: sed motus maximus ille est
Tempore qui minimo spatia & loca maxima trāsit.
Ergo nisi oculi totum percurreret orbem,
Ni obstarent illi sphæræ, quas continet in se,
Frænantes cursum illius, ne protinus omnem
Voluendo raperet secum terram Oceanúmque.
Quippe animal nullum posset tunc viuere in illis.
O rem mirandam in primis! quis non stupeat, quum
Secum agitet, tantam tam paruo tempore molem,
Tam longas transire vias, iterúmque reuerti:
Nec cessare vnquam, & nullum sentire laborem?
Hinc aliqui credunt, à dijs totum æthera volui:
Assignántque suum moderem cuilibet orbi:
Qui quasi pistrino addictus, non desinat vnquam
Tam vastam versare molem noctésque diésque:
Nec, quamuis cupiat, minimùm requiescere possit.
Fœlix securitio tali Deus ille profectò.
Sed nugæ sunt hæ, commentáque inania eorum
Qui cupiunt primi mortales inter haberi.
O quot morosophos tellus parit, & philodoxos!
Quare non rarum est facilè omnia credere cuiuis:
Ille licet magni sit nominis, innumerásque
Scribendo implerit nigra loligine chartas.
Magni sæpe viri mendacia magna loquuntur.
Et nemo est adeò prudens, quin sæpius erret.
Est igitur ratio in primis quærenda, fidésque
Maior in ambiguis rationi est semper habenda,

Quã dictis hominũ: namq; hæc sunt falsa frequẽter.
Quid ratio ostendit? cœlum stellásque moueri
A dijs, an per se, naturalique vigore?
Qualis honor, vel quale lucrum, vel quanta voluptas
Esse potest diuis, versantibus æthera semper?
Vt stultorum hominum vitæ opportuna ministrent,
Vtque feras pecudes, volucres, piscésque gubernẽt?
Sic ne decet dominos seruis seruire? deósque
Seruitio æterno damnari, vt pabula brutis,
Vt stultis prauisque ferant mortalibus escam?
Nónne decet potiùs libertas maxima diuos,
Vt quocunque velint faciles accedere possint?
Ne tanquam dura detuncti compede, nusquàm
Ire queant, semperque loco teneantur eodem?
Aut tanquam figuli instantes operique rotæque,
Nunquam decedant scamno, nunquã otia captent?
Est ne illis adeò dulcis labor ille rotandi?
An labor ille potest diuis nunquam esse molestus?
O sapientum hominum sententia digna notatu!
Sed ratio obsistit, ratio manifesta reclamat.
Nil etenim per se æternum est, nisi conditor orbis.
Post ipsum æterna est rerum natura suarum,
Quas ipse ex nihilo, stabili sed lege creauit,
Vt non esse queant aliter quàm iusserat olim,
Quum primùm immensi iaceret fundamina mundi,
Sic aqua semper erit mollis, sic ignis adurens:
Sic stabilis tellus, sic semper mobilis aër.
Sic & circumagi cœlum sine fine necesse est:
Sic forma & virtus herbis sua cuique tributa est,
Nec non arboribus, nec non animalibus ipsis,
Vt nullo possint mutari prorsus ab æuo:
Vsque adeò ipsius naturæ immobilis ordo est,
Vsque adeò est eadem semper diuina voluntas.
Quare si motus cœli est æternus, oportet
Naturalem esse, vt grauium leuiúmque videmus.

Nam

Nam quod naturæ est proprium, non deficit vnquã.
Si verò est alius motor, quandoque quiesceret.
Nil etenim æterno violentum tempore durat.
An grauium & leuium natura potentior est quàm
Astrorum & cœli, vt possint per se illa moueri,
Hæc verò nequeant, nisi dijs agierentur ab ipsis?
Terra ergo atque ignis sunt æthere nobiliores,
Saltem ex hoc quòd non motoris egent alieni,
Sed per se à centro aut ad centrum tendere possunt?
Credendum est igitur, cœlestia corpora per se
Atque suis formis, vt terra igniſque moueri.
Natura est siquidem motore potentior omni,
Naturam vincit solus Deus: & nihil (ipso
Excepto) est melius natura, & maius in orbe.
Naturam verò appello, legem omnipotentis
Supremique patris, quam prima ab origine mundi
Cunctis imposuit rebus, iussitque teneri
Inuiolabiliter, dum mundi secla manerent.
Nam legem hanc rerum formis Deus indidit: vnde
Quum rebus dant esse, Dei mandata libenter
Efficiunt formæ, & nequeunt hanc fallere legem.
Nempe suis res à formis tales generantur,
Quales præcepit qui formas condidit ipsas.
Hæc verè ac propriè natura est, & melius quàm
Forma aut materia, vt quidam posuêre, æternis sunt
Hæc duo cunctarum potius primordia rerum,
Vel causæ primæ, vel componentia prima:
Non autem natura: placent si nomina vera,
Et nisi malimus dare falsa vocabula rebus.
Sed de hoc iam satis: ad reliqua accedamus, & vera
Sint deserta poli pulcherrima regna beati,
An quisquam sedes illas tenatque colatque,
Præsens hora monet solito nos dicere versu.
Quum cœlo sit tam immensum, tantique decoris,
Conspicuum tot sideribus, tam nobile corpus,

De-

Desertum & vacuum & solũ inculturúmque manebit?
Terra autem innumeris gaudebit, & vnda colonis?
An mare vel tellus, locus est iucundior, atque
Pulchrior & melior, vel toto maior Olympo?
Propter quod potius quàm æther mercantur habere
Tot ciues, & tam varijs animalia formis?
An regis prudentis erit, fabricare palati
Ingentem molem, peregrino marmore & auro
Egregiam, & mirè speciosam intúsque forisque,
Nolle tamen (stabulo excepto) permittere quenquã
Tam pulchras habitare ædes, vacuáque tenere?
Nempe est totius mundi stabulum terra, in qua
Sunt omnes sordes, puluis, cœnúmque, límúmque,
Ossa, putres carnes, varia excrementa animantum.
Quis memorare vnquã tot fœda immundáq; posset,
Quæ tellus & pontus habent, ac semper habebunt?
Quis nescit pluuias, nebulas, nubésque, niuésque,
Prælia ventorum, tempestatúmque furores?
Quæ mare perturbant, quatiunt terrã, aëra vertunt:
Terra tamen pontúsque tenent animalia multa:
At cœlum vacuum, vacuum cœlum esse putatur?
O vacuæ potiùs mentes, quæ creditis istud!
Quippe suos etiam ciues habet æther: & astra
Singula, sunt vrbes cœli, sed ésque deorum.
Illic & reges, populi inueniuntur & illic.
Sed veri reges, populi veri, omnia vera:
Non velut hic, vmbræ simulacráque inania rerum,
Quas citò mors rapit, & tempus terit, inquinat, aufert.
Illic fœlices, immortales, sapientes:
Hic habitant miseri, mortales, insipientes:
Illic pax & lux regnant, & sumena voluptas:
Hic bellũ assiduũ & tenebræ, & gens omne doloris.
I nunc, & lauda terram hanc, hanc dilige vitam.
Imò aude ô demens, stabulũ hoc præponere cœlo.
Verùm aliquis dubitare potest, si durior æther

Est

Est adamante, & nil vacui reperitur in illo,
Quomodo dij poterunt illic habitare, vel illae
Pergere? nimirum hoc fieri non posse videtur.
Præterea quum cœlum ipsum non possit arari
Atque fodi, quonam pacto Bacchúsque Cerésque
Nascentur, frugésque aliæ, quarum indiget vsus?
Friuola sunt hæc, & rugoso digna cachinno.
Namque sit ipse licet multò solidissimus æther,
Peruius est tamen, & cedens cultoribus: & nil
Obstat, quin facilè huc possint se ferre, vel illuc,
Et quacunque libet nihil impediente moueri.
Cœlicolis etenim tenuissima corpora cunctis
Ille author mundi dedit, atque leuissima, quare
Ipsis non opus est foribus, patulísque fenestris:
Per medios intrant muros, & marmora tranant,
Vsque adeò est illis tenuis natura, potensque.
Quis, nisi vidisset pisces habitare sub vndis,
Sub limo ranas, salamandras viuere in igne,
Aëre chameleontas, & pasci rore cicadas,
Crederet? at vera hæc tamen & mira esse fatentur.
Plurima sunt, quæ quum fieri non posse putemus,
Sæpe tamen fieri possunt, & facta videmus.
Cur non ergo Deus potuit quoque condere tales
Cœlicolas, qui per cœlum facilè ire valerent,
Nullíusque cibi vel potus prorsus egerent?
Si potuit, certè voluit: nam turpe fuisset,
Tam pulchras sedes, támq; amplas linquere inanes.
Atqui cœlicolis non est opus, vt vel arando,
Vel fodiendo patent alimenta iuuantia vitam:
Quandoquidem non sunt illis mortalia membra,
Quæ instaurare solet sensim labentia victus:
Nec sitiunt voquam diui, esuriúntque beati,
Denique nulla illos penitùs contristat egestas.
Quippe vitra fines lunæ illætabile nil est.
Cuncta mala in terris posuit Deus, illáque clausit

In

In medio, & vetuit sacrum contingere cœlum.
Ergo fœlices viuunt, nectárque biberites,
Ambrosiæ viridi pascuntur gramine, cuius
Copia magna oritur passim cœlestibus aruis.
Cælicolûm verò illorum fœlicior atque
Nobilior vita est, loca qui magis alta frequentant.
Nam quantò æthereis locus est sublimior oris,
Tantò etiam melior, tantóque beatior idem est.
Sed quid sũt maculæ illæ atræ quæ in corpore lunæ
Apparent? nam de his homines diuersa loquuntur.
Nil per se in cœlo lucet, nisi Phœbus: ab illo
Accipiunt lucem stellæ omnes, ipsaque Luna.
Quæ quia cunctarum stellarum est vltima, & imam
Sortita est cœli sedem, terrisque propinquam,
Vt sit opaca magis, minùs & sincera necesse est.
Vnde eius partes quum non æqualiter omnes
Sint albæ, & densæ, & leues, lucisque capaces:
Hinc non tota nitet luna, & maculosa videtur.
Nam partes albæ, & densæ, leuésque receptant
Nocturnum solem, reliquis sine luce relictis.
Nocte igitur lucet, sed tempore luna diurno
In faciem nubis maculosæ albescit Olympo.
Sic & lampyrides lucent in nocte volantes,
Mox redeunte die nimiunt in lumine lumen,
Et proprium ostendunt nmota fraude colorem.
Namque dies vera ostendet, nox fraudibus apta est.
An verò æternum sit cœlum, an cœperit olim,
Expectétque suum post plurima sæcula finem,
Pulchrũ etiã scitu est. nam de hoc diuersa sophorum
Scripta extant: ait hic, negat ille, & opinio discors
Authorum, rem difficilem valdè ambiguámque
Arguit, & verum tenebrosa in sede latere.
Sunt qui principium credant habuisse, puténtque
Mundum ex materia æterna, quandoque creatum
A summi virtute Dei, quum non prius esset:

Atque

Atque duo hæc æterna aiunt, semperque fuisse,
Materiã simúmq; Deũ, à quibus omnia manant.
Contendunt quidam ex nihilo mundũ esse creatum,
Materiámque negant vllam antè omnino fuisse,
Sed verbo iussúque Dei facta omnia censent.
Ast alij affirmant, freti rationibus, ipsum
Omni principio, simul omni fine carere.
Harum autem quæ nam propior sententia vero est?
Ipse quidem, nisi religio prohiberet, & omnes
Christologi obstarent, tuentes dogmata Mosis,
Credere non aliud possem, quàm semper ab æuo,
Vt nunc est, mundum mundique elementa fuisse,
Principijque expertem esse, ac fine fine futurum.
Nam cur non semper mundus fuit? an quia semper
Non potuit Deus, aut nescius condere. sed post
Doctior eandem didicit, demúmque peregit?
An semper sciuit, potuitque, at noluit? vnde hoc?
Cur potiùs voluit post, quàm prius? aut ratio quæ
Mutauit mentem illius? si non erat æquum,
Vulque hunc fieri mundum, cur cõditus vnquã est?
At si conueniens erat illum, atque vtile condi,
Quare tam serò fecit Deus? & quare ætas
Tam brevis est mundi? nam si fas credere cuncta
Christologis, nondum annorũ bis quatuor implet
Millia, ab antiquo bene si numerentur Adamo.
Præterea quæ causa fuit, qua condere vellet
Hũc mundũ Deus? an quia mũdi ipse huius egebat?
Si sic: debebat prius ipsum condere, ne se
Torqueret talis tam longo tempore egestas.
Si non, cur fecit? fruſtrà ne? an non decet ipsũ (mos.
Fruſtra aliquid facere? hic etenim insipientibus est
Causa aliqua ergo fuit, sed quæ? nẽpe illius ingens
Haud dubiè bonitas, nec non immensa potestas:
Ne fruſtra intra se semper conclusa maneret
Vtraque, sed potiùs cunctis effusa pateret.

Fruſtrà

Fruſtrà etenim bonus atque potens is dicitur, à quo
Nil vnquam fieri magnum egregiumque videtur.
Si Deus ergo fuit ſemper bonus atque potens, cur
Non voluit ſemper tam pulchrum condere mundum?
Cur in tam ſeros tantam rem diſtulit annos?
Nulla quidem ratio eſſe poteſt, niſi fingere quiſquam
Aſſutus velit, & nugas præponere vero.
Quare ſi humanæ rationi credere par eſt,
Æternus certè mundus dicetur, & omni
Principio prorſus, prorſus quoque fine carere.
At ſi aliter quondam dixit Deus, & ſua Moſi
Facta reuelauit, debemus credere Moſi:
Succumbat ratio fidei; & captiua quieſcat.
Namque Deus nunquam fallit, nec fallitur ipſe,
Si modò dignatur quicquam mortalibus vnquam
Dicere, ſi cuiquam apparens arcana recludit
At qui materiam æternam poſuêre, chaóſque,
Nugantur, nam cur Deus hanc liquiſſet inanem,
Támque diu informem, potuit ſi condere mundum
Confeſtim, & primo momento cuncta creare?
Fruſtrà differtur diuerſa in tempora, quicquid
Vna eadémque poteſt fieri perniciter hora.
Sunt verò quidam æternum mundum eſſe putantes,
A nullo factum tamen, à nulloque creatum:
Sed per ſe vt nunc eſt ante omnia ſecla fuiſſe,
Et per ſe vt nunc eſt poſt omnia ſecla futurum.
Quod certè falſum eſt: ratio quippe ipſa repugnat.
Eſſe etenim nunquam duo perfectiſſima poſſunt:
Nam diſſentirent forſan, bellumque cierent.
Eſto quòd ſemper concordi pace manerent,
Fruſtrà ponuntur duo maxima: ſufficit vnum,
Quod ſaltem naturâ alijs priùs eſſe neceſſe eſt.

Si

Si prius est alijs,ergo est quoque causa aliorum.
Namque prius causa efficiens est posteriorum.
Quocirca haud dubiè mundum hunc Deus ipse creauit
Ex nihilo æternum.sed quomodo?si libet,audi.
Est bonitas æterna Dei,est æterna potestas:
Nónne eius potuit simul esse æterna voluntas
Gignendi mundum!quæ si fuit,vt ratio vult,
Nil obstat quin æterno sit conditus æuo
Mundus ab artifice immenso,compagine mira.
Vt si quis solem æternum concesserit,idem
Æternam solis lucem concedere debet.
Lux tamen effectus solis,Sol causa vocatur.
Sed decedentes iam cœlo elementa gradatim
Scrutemur,déq; his quædam, haud indigna loquamur.
Quidam sub cœlo esse ignem dixêre,propinquum
Contiguúmque orbi lunæ,sed luce carentem:
Vrentem tamen in primis,miréque calentem.
Quod verum esse docet ratio.nam nocte videmus
Per sudum volitare faces, flammásque vagari
Aëra per liquidum,& delabi sydera cœlo.
Quæ proinde veniunt,tenues quòd in aëra fumi
Altius ascendunt,superóque cremantur ab igni.
Namque vapor duplex,alter leuis,aridus,aptus
Incendi,vnde ignes fiunt per inane volantes:
Alter frigidior,grauiórque & crassior,ex quo,
Gignuntur nebulæ,pluuiæ,nubésque,niuésque,
Fulgura cum ventis,tonitrus,ros,grando,pruina.
Quòd nisi sub cœlo foret ignis,non vapor illic,
Accendi posset,noctisque volare per vmbram.
Præterea quum ignis leuitate ipsum aëra vincat,
Altior haud dubiè locus illi conueniit:ergo
Sub cœlo est eius sedes,& proxima lunæ.
Infra ignem verò est aër;qui parte suprema

Acci-

Accipit ætherem vicino ex igne calorem.
Pars media ipsius multò est gelidissima, & illic
Concrescunt nubes, conflantur fulmina vasto
Cum tonitru, varijque agitantes nubila venti.
Infima pars calida est, atque humida: nam vapor ipsa
Humectat liquidis exhalans iugiter vndis,
Et calet ob Solis radios tellure reflexos.
Hic nebulæ, hic pluuiæ, hic tenui cum rore pruinæ,
Atque niues, varia ventorum sorte creantur.
Quippe data est ventis huius non parua potestas
Aëris: hi possunt æstiuo tempore frigus
Gignere, & hyberno is diffundere mensibus æstum:
Hi nobis auferre valent, & tradere fruges,
Hi nobis inferre, valent & demere morbos.
Eurus ab aurora, Lybicis venit auster ab oris,
Spirat ab occasu Zephyrus, borealia flabra
Montibus à Scythicis, gelidáque oriuntur ab Arcto.
Inter quos alij quoque sunt, quibus omnibus aër
Inferior seruit, cúmque aëre terra fretúmque.
A ventis igitur nubes coguntur, ab ipsis
Nubibus emanant imbres, floccique niuales:
Fulmen, ros, grando, matutinæque pruinæ:
Tempore sed vario, varia ratione modóque,
Et varijs etiam perflantibus aëra ventis.
Quorum qui mediæ veniunt de parte diei,
Nubésque & nimbos pariunt, cœlique calorem:
Qui verò ex Scythicis regionibus, horrida gignunt
Frigora: ab his fiunt glacies, nix, atque pruina,
Tempore brumali: sed cœlum æstate serenant.
Fert Zephyrus flores, terrámque virentibus herbis
Vestit, dans auibus cantum, syluisque decorem.
Eurus plerunque est bonus: at quandoque procellas
Concitat ingentes, terris, pelagóque timendas.
Hos ventos vel dij aërei, vel sidera mittunt.
Sæpe etenim quum thesauros tellure latentes

Vult

Vult auferre magus, vel consecrare libellum,
Vel magico ritu quenquam sibi subdere diuum:
Audiui exortum ventum, subitámque procellam,
Aut sitis finuisse, aut hærentes vitibus vuas.
Materiam ventis præbet vapor ortus ab vndis.
Causa mouens ipsos, dij sunt quibus aëris est ius.
Verùm hæc non sapiunt vulgo, neque talia vulgus
Credere vult. quid tum? gemmas ne apponite porcis:
Credite, vos docti, quibus est mens altior, esse
Non solùm in cælo, sed in aëre plurima diuum
Millia, qui ventos tempestatésque ciere,
Et tonitrus facere, & detrudere fulmina possunt.
Non tamen esse nego causas alias quoque, nasci
Quæ faciant ventos: veluti sol, luná que & astra;
Præsertim septem quæ vulgo errantia dicunt:
Quorum opera exhalans vapor ad diuersa mouetur.
Vidi ego, dum Romæ decimo regnante Leone
Ellem, opus à figulo factum, iuuenisque figuram,
Efflantem angusto validum ventum oris hiatu:
Quippe cauo infusam rem intebat pectore lympham,
Quæ subiecto igni resoluta exibat ab ore,
In faciem venti validi, longéque furebat.
Ergo etiam ventus resoluta emittitur vndi,
Dum vapor exhalans fugit impellente calore.
Namque fugare solent sese contraria semper.
Hæc in parte etiam quam diximus aëris ima,
Apparere solent regalia fata cometæ,
Apparere solet variata coloribus Iris.
Hanc radij Solis roranti in nube figurant:
Illos stella facit de septem errantibus vna,
Dum sibi subiecto radios impressa vapori
Assimilat eadem, humémque in nube relinquit.
Haud aliter quàm cùm circumniget area lunam,
Area venturi (vt perhibent) præmonitia venti.
Aut cum tres soles lucere aliquando videntur:

Nec sunt tres tamen, at subiectæ in corpore nubis,
Ceu quodam in speculo, Solis formatur imago.
Sub regione autem crassa imáque aëris, vnda est;
Vnda inquam Oceani, quæ terram circuit omnem,
Angustoque freto Herculeas ingressa columnas,
Diffundit sese, longè latéque pererrans.
Hinc varium nomen sortitur, & hinc mare fertur
Ægæum, Ionium, Tyrrhenúmque, Adriacumque,
Et mare Erythræum, & quod Persidis alluit oras.
Hæc terræ occultas perlabitur vnda cauernas,
Et fluit ac refluit semper, variumque saporem
Accipit, vt varia est tellus, per viscera cuius
Transit, sulfureúmque à sulfure mittit odorem.
Hinc est æterno quòd tempore flumina currunt
Quippe suos repetunt fontes, iterumque marinos
Ad fluctus properant, illinc reditura vicissim.
Hac abeunt, illac redeunt, & aguntur in orbem
Assiduè, vegetantque, vt sanguis corpora, terram
Hæc eadem facit vnda lacus, crassásque paludes,
Nec non perspicuos fontes puteósque perennes.
Denique ab Oceano emanat vis omnis aquarum,
Quascumq; orbis habet; lymphas hic edidit omnes,
Partim sub terra, partim supra ingredientes,
Partim etiam nigris de nubibus egredientes.
Sed cur est adò salsum mare, nunquid ab ipsa
Natura istud habet? non arbitror, at sapor omnis
Vndarum à terra causam trahit, inueniuntur
In terra siquidem montes salis, hos tegit æquor,
Exugitque salem, liquidásq; resoluit in vndas.
Ergo sal, non Sol causa est salsedinis huius.
Nam cur Sol non stagna etiam salsa efficit idem?
Nempe illam terræ partem, quæ non erat apta
Vsibus humanis, nimia salsedine abundans,
Natura Oceano substrauit prouida; at illam
Quæ fuerat melior, quæ dignior vberiórque,

Detexit nobis, nobisque reliquit apertam.
In qua sunt montes, colles, cliui, tumulíque,
Conualles, campi, rupes, fauces, iuga, rura,
Siluæ, stagna, lacus, fontes, fluuij, atque paludes,
Oppida parua, vrbes magnæ, pagi, villæ, arces,
Saxa, metalla hominum vitæ opportuna tuendæ.
Huic terræ, illiúsque opibus natura Deúsque
Præposuêre hominem, & regem fecêre animantum
Quotquot pontus habet, quotquot tellure morãtur:
Ingeniúmque illi ac mentem tribuêre, quibus se
Præponat cunctis, terrarúmque imperet orbi:
Atque Deum agnoscens, illum metuátq; colátque.
In medio terræ est centrum, quod sustinet ipsam:
Nam Deus ad centrum iussit grauia omnia ferri,
Nec naturali motu decedere ab ipso
Possint. atque ideo terra est immobilis, & se
Sustinet in medio, ac propria grauitate tenetur.
Vndique enim ad centrum cõcurrit prona, globúq;
Efficit immensum, & densum, solidúmque & opacũ:
Circa quem roseis noctésque diésque quadrigis
Sol vehitur: sed nox aduersa in parte creatur.
Quippe aliud nõ est quã terræ atq; æquoris vmbra.
Quæ si fortè ferit nocturnæ corpora lunæ,
Eclipsim facit, & populos terroribus implet,
Credentes magico labefactam carmine diuam.
Vmbra hæc tunc noctes maiores efficit, est quum
Distans à nobis Sol longius: at breuiores,
Quum redit, & cancri borealia signa reuisit.
Causa huius tumor est terræ; montésque superbi,
Quos interposuit prudens natura, suis vt
Verticibus noctes mutato sidere mutent.
Nam quanto magis accedit Sol pronus ad austrum,
Tanto maiores veniunt à montibus vmbræ:
Vmbræ, quæ abscondunt lucẽ, auroramq; morãtur,
Et spatio breuiore diem procedere cogunt.

Tunc spargit gracialis hyems sua frigora nobis,
Tunc æstas regna Antipodum decliuia torret.
Quum verò sol ad Cancri loca summa recurrit,
Tunc nox fit breuior nobis, redeúntque calores,
At bruma Antipodas magno tunc frigore torquet.
Sic vario cursu variat sol tempora, & annum
Quatuor in partes totum discriminat æquas:
Circuiénsque orbem terrarum, seruit vtrisque
Gentibus, & quæ sub terra versantur, & illis
Quæ supra, atq; pari moderamine temperat omnes.
Nam sub terra homines etiam sunt, non mare tãtũ,
Aut syluæ. neque enim solem natura diémque
Iussisset radios illic diffundere inanes,
Et solùm seruire feris, generique natantum.
Nimirum tellus habitatur tota, nec vllus
Est locus, aut Zona vlla, in qua non viuere possint
Mortales, aptásque sibi componere sedes:
Sit licet immodicum frigus, vel maximus æstus
Illic assiduè: natura vbi tristia fixit,
Læta adhibet, miscétque sagax aduersa secundis:
Atque vbi fert morbos, medicamina debita gignit.
Ergo vbicunque calor nimius reperitur, ibidem
Non gelidi montes, non frigida flumina desunt,
Non syluæ vmbriferæ, & multis cũ fontibus amnes,
Quæ valeant homines tanto defendere ab æstu.
Prætereà est illic semper nox æqua diéi,
Quæ Solis radios æquato frigore frænat.
Vnde fit vt Zonam mediam non esse putemus
Desertam omninò: multos sed habere colonos,
Et proprio ingenio, & naturæ munere tutos.
Zonæ etiam extremæ, quas non habitarier aiunt,
Assiduis niuibus pressas, glaciéque perenni,
Possunt nempe coli: vt ratio non friuola suadet.
Maxima namque locis lignorum copia in illis
Nascitur, & fiunt illic hypocausta, grauésque

Vestes,

Veſtes, ex varijs animantum pellibus, vnde
Calfaciunt ſe mortales, hyemique reſiſtunt,
Et multis arcere modis mala frigora norunt.
Congrua nec deſunt illis alimenta, cibóſque
Indigenas partim, partim illuc vndique vectos
Accipiunt largè, & dapibus veſcuntur opimis.
Non igitur verú eſt quod quidam Græculus inquit,
Vnius tantùm zonæ partem, exiguámque,
Naturam humano generi tribuiſſe colendam:
At reliquum terræ deſertum prorſus, ab ipſis
Piſcibus atque feris duntaxat ſemper haberi.
Ah foret indignum certè hoc, natura minoris
Feciſſet nos quàm bruta, imperiúmque dediſſet
In terris maius quàm homini, & ſpatioſius illis.
Quare ſi qua fides adhibenda eſt vera loquenti,
Haud dubiè tellus tota eſt habitabilis, & nil
Obſtat quin poſſint mortales viuere vbique.
Naturæ auxilium in rebus non deficit vllis,
Ingeniúmque hominis duriſſima quæque refingit.
Poſtremò quoniam ad finem properamus, & hora
Iamdudum monet æthereos inuadere Piſces:
Propterea exponam paucis cur terra tremiſcat,
Quæ vis tanta illam quatiat, cogátque mouere.
Scire igitur licet, innumeras vaſtáſque cauernas
Sub terris eſſe, atque illic quandoque creari
Ingentes ventos: qui dum crudelia miſcent
Prælia, concutiunt terram, nimióque furore
Congreſſi euertunt totas cum mœnibus vrbes,
Donec parte aliqua erúpant, facto agmine, & auras
Diffuſi in vacuas non longa pace quieſcant.
Gignuntur verò hi venti telluris in aluo
Ex fumis, quos vicina trahit ignis ab vnda.
Quippe ignes in ſe multos magnóſque perennis
Tempore nutrit humus (dictum mirabile, ſed non
Falſa tamen refero:) credet qui viderit Ætnam,

Qui scatebras calidarum vsquam spectarit aquarum,
Et qui vitiferi benè noue, it acta Veseui.
Hos agitant ventos, qui subterranea regna
Dij manes habitant, cæcisque morantur in antris.
Non etenim nugæ prorsus, nec inania verba
Sunt, quæ de Stygij rebus memorantur Auerni.
Nempe locus nullus frustrà est habitatur vbique
Sub terris, supra terras, inque aëre & igni,
In cœlo & supra cœlum: est vbi regia summi
Induperatoris, mundum qui possidet omnem.
Musa vale: interea extremum meditare laborem.

LIBER DVODECIMVS.

PISCES.

SVmme Deus, rex omnipotēs, pater optime, cuius
Tam pulchrū tamq; immeniū sapientia mundū
Condidit ex nihilo, & regit assiduéque tuetur.
Principium & finis rerum, cui omnia parent:
Quo maius, melius, speciosius, altius est nil:
Qui supra omne habitas cœlum, sine fine beatus:
Mens mea nunc ad accipiens conscendere, Musis
Non eget, aut Phœbo, aut Parnasso, aut fōtibus illis
Vaniloqui quorumque solent haurire poëtæ,
Magnifica insanos rapturi somnia vulgo.
Quippe alio auxilio nobis, alióque fauore
Est opus, atque dicar scientes quærimus vndas.
Te voco, te imploro, te posco, te precor vnum:
Vt cœpto iam pulcra opera, extremóque labori
Aspires, tribuisque optatum attingere finem.
Mitte tuum, quæ sit Deus, in mea pectora numen:
Quò afflatus mirando tui penetralia regni
Spectare, & spectata aliis exprimere possim,
Carminibusque lucis æternum acquirere honorem.

Sunt

Sunt qui extra cœlum credant nihil esse, putántque
Ætheris in summo desso consistere fines
Rerum, quos vltra natura extendere vires
Non queat ipsa suas, ac debilitata quiescat,
Quod falsum ratione nulli fundente videtur.
Nam si illic finis rerum est, vbi desinit æther,
Cur nil vlterius fecit Deus? an quia scirit
Nil facere vlterius, propria defectus ab arte?
An quia non potuit? sed iure negatur vtrumque.
Quippe Dei nullis est clausa scientia metis,
Et nullum patitur diuina potentia finem.
Non etenim res vlla Deum concludere certis
Limitibus potuit, nec se ipse coërcuit vltrò.
Magna loquor. tamen hæc ratio quoq; magna pro-
Si res vlla Deum finit vel terminat, ergo (babit.
Fortior est res illa Deo: nam quomodo posset
Efficere id, si non ipsum superaret agendo,
Quem finire cupit, quisam circumscribere quærit?
At res nulla Deum superat, neque fortior ipso est.
Quare nec finire potest, nec se Deus vltrò
Limitibus cinxit quis etenim sibi ponere finem
Vellet, quum posset libertimus esse, fuísque
Quantumcunque sibi libeat diffundere vires?
Nemò est qui cupiat sese fecisse minorem:
Imo omnes quærunt maiora capessere semper,
Atque aliquid semper iam partis addere rebus,
Et licet ingentes expandere latius alas.
Num Deus ergo volet, quum possit maximus esse,
Ac sine fine potens, proprium cohibere vigorem
Sponte sua, angustísque sibi circundare metas?
Non decet hoc certè, quare nec credere fas est,
Esse Deo finem, si non acceptit ab vllo,
Nec dedit ipsi sibi: vt ratio iam nostra probauit.
His ita præpositis, concludimus, infinitum
Esse Dei omnipotentis opus, ne vana potestas

Illius diei, & ne vana scientia posſit.
Nam si extra cœlum scivit, potuitque creare
Plura quoque & maiora Deus, sed noluit: ergo
Scire ac posse suum frustrà est, & prorsus inane.
Si sciret quisquam, & si posset grauiter artem
Exercere aliquam, nollet tamen, ac nihil vnquam
Efficeret: frustrà artificis sibi nomen haberet,
Et frustrà propriam verbis extolleret artem,
Quæ non ars, imò deberet inertia dici.
Verùm in diuina natura credere par est
Esse nihil frustra aut vanum, pulcherrima quum sit.
Quæcunque ergo Deus potuit, fecit quoque, virtus
Ne sua vana foret, ne semper pigra lateret.
Sed quoniam potuit facere infinita, putandum est
Fecisse infinita, omnemque expleſſe vigorem,
Nec seruasse in se vanum vel inutile quicquam.
Atqui infinitum corpus posse esse negauit
Doctus Aristoteles: ego in hoc assentior illi.
Quippe extra cœli fines non ponimus vllum
Corpus, sed puram, immensam, & sine corpore lucem,
Lucem qua nostri solis longè minor est lux:
Lucem, quam terreni oculi non cernere possent;
Lucem quam ex seſe effundit Deus infinitam,
In qua habitant cum rege suo dij nobiliores?
Cætera turba minor versatur in æthere semper.
Ergo triplex regnum est: ac mundi pondo triplex:
Cœlestis, subcœlestis, quarum vtraque sine
Clauſa suo est, reliquum non vllus terminus ambit,
Quæ supra cœlum splendescit lumine nitro.
Forte aliquis dicet, nullam sine corpore lucem
Posse dari, vnde extra cœlum lucem esse negabit:
Sed frustrà obstrat nobis, frustrà æque resistit.
Nam ratio mea dicta probat, verumque tuetur.
Dic quæso, cur sol lucet? quia quod sua per se est
Lucida materia: an potius sua forma dat illi

Hanc

Hanc lucem, quæ tam vastum complectitur orbem?
Nimirum tribuis, rebus forma omnibus esse,
Vt perhibent Physici: quibus & nos adstipulamur.
Forma igitur Solis causa est vt luceat: & non
Materia. à forma vis & decor effluit omnis.
Quòd si corporeis formis lux tanta tributa est,
Cur incorporeis lucem posse esse negamus?
Præsertim quum sint puræ magis, & tenues, &
Participes multo vberius pulchrique bonique.
Ergo Deûm formæ lucent vehementer: at illa
Lux non est oculis mortalibus apta videri:
Imò inter diuos quò quisque potentior est &
Dignior, hoc etiam maiori lumine fulget.
Non aurum, non gemmæ illis, non purpura honorē
Affert, vt nobis: lux est sua gloria diuis,
Vtque inter stellas multo nitidissimus est sol:
Sic inter diuos lucet Rex ille deorum,
Non tamen obscurat reliquos, quin perficit illos:
Tanta eius bonitas est, & sapientia tanta.
Fortè etiam obijciet, subiectum esse aëra lucis,
Ac fundamentum, proinde aër est vbi nullus,
Extra oras cœli summi, lucem esse negabit.
Sed pariter nunc à vero decedit, vt antè.
Non etenim est aër subiectum luminis, & non
Est (vt peruersè arbitratur) in aëre lumen:
Imò aër contrà est in lumine, si benè cernat,
Non quid Aristotelea, sed quid ratio asserat ipsa.
Nam si adstans foribus clausis accensa lucerna,
Vel fax immittat per rimam lumen in ædes
Obscuras, quatiatque aliquis tunc aëra, iuxta
Luminis immissi radium, transire per ipsum
Aër cogetur radium, nil lumine motu,
Si verò ipse aër subiectum luminis esset,
Nempe eodem motu radius quateretur & aër,
Cumque suo haud dubiè subiecto lumen abiret.

Præ-

Præterea si quis nocturno tempore tædam
Accensam properans gestet, lux illa mouetur
Assiduè, mutátque locum, illustrátque tenebras
Nunc has, nunc illas: tamen aër ipse quiescit,
Immotúsque manet, tæda currente per ipsum.
Quòd si aër esset subiectum lucis, abiret,
Progrediens cum luce simul, numero vnus & idem.
Hoc autem non fit, sed lux stante aëre pergit,
Libera per sese, & tædam comitatur euntem.
Vnde patet, quòd lux non indiget aëre, tanquam
Subiecto: sed stare potest absque aëris vsu.
Præsertim lux illa Dei pulcherrima, cuius
Particula impressa est in nostri corpore Solis,
Atque illic tanquam in speculo comprensa tenetur.
Nam veluti in propria sphæra non cernitur ignis
Sub luna positus, sed si accendatur in ipso
Materia, apparent tunc astra cadentia cœlo,
Ignitæque trabes æstiua nocte micantes,
Atque alia id genus humanas turbantia mentes:
Sic lux illa Dei per se nequit ipsa videri
Corporeis oculis: at fixa in Sole nitescit
Propter materiam solis, quæ aptissima luci est.
Quippe ipsam talem fecit Deus, vt sua posset
Illic lux recipi, & toto fulgescere in orbe,
Allatura diem, & vitam, & bona plurima rebus.
Illa etiam lux diuina est impressa aliorum
Diuorum formis: quamuis non omnibus æquè:
Vt non stellæ omnes æquali lumine lucent,
Sed magis vna alia, quanto hæc perfectior illa est,
Vtque potest candela alias accendere plures,
Non tamen ipsa suum amittit minimè nitorem:
Haud secus illa dei lux inuiolata, nihilque
Decrescens, alios impertit lumine diuos.
Verùm, aliquis nunc me dubitans fortasse rogabit,
An præter lucem quam diximus infinitam,

Quic-

Quicquã aliud quoq; sit, magni extra mœnia mũdi,
Sit licet indignum, atque impar mortalibus ausis:
Ire tamen tentabo viam, qua nulla priorum
Hactenus apparent nobis vestigia vatum,
Thesaurósque Dei conabor pandere terris,
Si Deus ipse volet, solitóque fauore iuuabit.
Principiò patrem rerum, authorémque fatendũ est,
Esse Deum, atq; ipso omne bonũ pulchrúmq; creari.
Quin summũ pulchrũ atq; bonũ verè ipse vocandus,
Ergo vbicunque manet Deus, illic gloria secum
Stat sua, & omne bonum ac pulchrũ reperitur ibidẽ.
Quocirca quicquid tellus & pontus & æther
Pulchri habet, atque boni, totum illud cernitur extra
Cœlestes orbes, vbi summi est regia patris.
Et quanquam rebus non vlla in talibus insit
Materia, haud ideò tamen entia falsa putato.
Nam sunt vera magis, magis & perfecta, magísque
Pulchra his materiæ quibus est data portio rebus.
Forma etenim quæcunque ipsam se sustinet, absque
Materiæ auxilio, longè est perfectior illa
Quæ sine materia per se consistere non quit.
Ergo illic formæ rerum sine materia sunt
Perfectæ ac puræ: quas nec longæua vetustas
Lædere, nec vis vlla potest dissoluere fati.
Plurima sunt illic etiam pulcherrima, quæ non
Corporeo in mundo omnipotens natura creauit.
Ex quibus emanant fælicia gaudia diuis:
Gaudia quæ nequeant humana voce referri:
Gaudia quæ nullo possint amittier æuo.
Has formas incorporeas diuina Platonis
Mens olim agnouit: quamuis turba inuida tanti
Scripta viri carpat, risúque illudat amaro.
Sed cunctis non esse datum, est mysteria diuum,
Pauci hæc percipiunt, mundi quibus annuit auctor,
Dátque sumi vt possint speculari talia, lumen.
Postremò diuum sunt illic millia tot, quot

Vel

Vel frondes habet omne nemus, vel litus arenas,
Vel pisces Nereus, vel stellas maximus æther:
Imò horum numerus numero non clauditur vllo.
Nam cur finitos fecit Deus, infinitos
Si potuit facere? vt sua gloria latior esset?
Præsertim quum sit prorsus sine limite mundus,
Vt suprà ostensum, & stabili ratione probatum est.
Verùm incorporei quum sint, omníque carentes
Materia, idcircò mutantur tempore nullo:
Non semo ægrescunt, & nil patiuntur amari,
Non somno aut esca vtuntur, nullúmque laborem
Norunt: perpetua est illis & læta iuuentus,
Summáque libertas: nulli seruitur ab vllo,
Nec quisquam cogit, nec quisquam cogitur: vnum
Duntaxat dominú agnoscunt, Regémque patrémq;
Communem cunctis illum venerantur amántque,
Vltrò illi adsistunt, parent vltrò, atque ministrant,
Gaudentes, eius laudes, & facta canentes.
Quisque illi studet obsequio ac pietate placere.
Bella absunt, odio nullo inuidiáue laborant.
Pax æterna viget, concordia maxima, amorque
Mutuus est illis semper, nulla insidiarum
Suspicio, nullusue dolus sentitur ab illis.
Denique totius pars illa est optima mundi:
Quique illic viuunt, sunt longè nobiliores,
Quá qui habitant cœlú, & sacris versantur in astris.
Nam quanto inferior, terræque propinquior orbis
Quilibet est, tanto diuos tenet ille minores,
Atque minora bona, & tanto est quoque vilior idē.
Vnde vt qui supra cœli fastigia viuunt,
Sunt summè pulchri atque boni, summéque beati:
Sic qui obscura habitant telluris viscera, summè
Turpes & praui & miseri inueniuntur, & illic
Non temere esse olim finxerunt tartara vates:
Tartara, vbi scelerum mortales digna suorum
Præmia post mortem accipiunt, clausique tenebris

Æternis, frustrà requiem pacemque requirunt.
Sed quid ego in ventos effundo hæc verba, laborem
Incassum, & cæcis cupiens ostendere lucem?
Vsque adeò genus humanum delirat, vt esse
Nequaquam credat superos, infernáque regna.
Maxima pars ridet, si quis post funera dicat
Humanas superesse animas, & viuere semper.
Hinc est quòd solis inhiant noctésque diesque
Diuitijs: hæc est illorum maxima cura,
Vt fiant præ alijs auro gemmísque potentes.
Aurũ omnes vtcũque volunt, spes omnis in auro est.
Hinc currit furiosa audax in prælia miles:
Hinc natis, vxore, domo, patriáque relictis,
Mercator maris vndisoni per cærula vectus
Veliuolis pinu, extremas procedit ad oras.
Quisque dolis studet ac furtis, vt congerat aurum.
Aurũ omnes cupiunt & amãt, placet omnibus aurũ:
Nec pœnas metuunt vllas, vbi vita recessit.
O prorsus tetreni homines, soláque figura
Discreti à brutis solum cognoscitis aurum,
Per quod nil differt à stulto vir sapiens, &
Quod plerumque malis fors improba donat abudè.
Discite nonnulla esse auro longè meliora,
Quæ stultis prauisque Deus concedere non vult.
Hæc sunt virtutes: pietas, prudentia, necnon
Iustitia, & cunctis potior sapientia rebus.
Hæc bona quisquis habet, Deus est mortalis, & idem
Immortalis homo, fœlix post fata futurus.
At qui non habet, & vitijs sese inquinat atris:
Morte obita, in tenebras præceps rapietur aternas.
Hæc non sunt nugæ, aut fabellæ, aut sóniæ: sed sunt
Vera quidem, imò etiam verissima. credite cæci,
Credite: væ vobis, si non credetis: abibit
Nam citò vita, & me verum dixisse scietis
Tunc demum, quum vos Plutonia regna tenebunt.
Ridetis nunc: sed risus vertetur amaras

In

In lachrymas, tristésque ferent hæc gaudia pœnas.
Tempus erit quum nudi, inopes, miserique iacebũt,
Auxiliumque humili ac lacrymosa voce rogabunt
Multi, qui nunc diuitijs regnóque superbi,
Præ se despiciunt cunctos hominésque deósque.
Vnde ô vos quibus est cordi iustúmque piúmque,
Sortiri meliorem animam, diuina propago,
Hæc terrena instar nebulæ fugientia, quæ sors
Improba largiri stultis solet atque scelestis,
Et quæ post paucos annos mors omnibus aufert,
Nec multum curate, & spem ne ponite in illis,
Quærite duntaxat quantum vitæ exigit vsus.
Exiguum sat erit: contenti viuite paruo.
Sed sit vester amor cœlum, cœlestia cotis
Viribus appetite, huc omnes intendite sensus.
In cœlo sunt vera bona & durantia semper,
Quæ nemo stultus, nemo sceleratus habebit.
In terris quæcunque placent, sunt omnia nugæ:
Quas stulti & terreni homines, pecudúque sodales
Optant in primis, atque hæc bona maxima censent:
Propter quæ subeunt discrimina mille, cientque
Prælia, & opponunt stultissima pectora mortis:
His sese extollunt, scarabæi stercore gaudent:
Vilia delectant viles, & turpia turpes.
Terrenis igitur terrena hæc linquite, porci
Lætentur cœno: placeant cœlestia vobis.
Magna decent magnos: sunt fortia fortibus apta.
Terra breue hospitiũ est. patriã Deus æthere vestrã
Constituit: patrias optate reuisere sedes.
Vrquum corporeo egressi de carcere, edendos
Liqueritis canibus vestros aut vermibus artus,
Illic possitis fœlices viuere semper,
Exempti à carne immunda, membrisque caducis:
In quibus inclusi, multos fortasse labores,
Et multos morbos, & tristia multa tulistis,
In mortis regno & lachrymarum valle manentes.

Nomine

Nomine enim tali digna est hæc terra vocari,
Quæ mundi stabulũ,& genitrix,altrixq; malorũ est:
Regnat vbi insanus dæmon,scelerum pater & rex.
Propterea memores mortis vos esse frequenter
Conuenit,& versare animo quàm proxima sit mors
Semper,& immineat;telóque minetur adunco.
Quàm de improuiso inuadat,quàm sæpe iuuentam
Occuper,& pulchros importuna auferat annos.
O fragilis nimium,innumerisque obnoxia vita
Casibus,ô nimium breuis atque incerta,recedens
Fumi instar!nunc hic moritur,nunc ille:hodie tu,
Cras ego:sic demùm paulatim extinguimur omnes.
Non secus ac pecudes,lanius quas seruat ouili
Mactandas,nunc has ferro,nunc percutit illas,
Cras alias,post cras alias:sic denique cunctas
Dilaniat:donec cædis reddantur inanes.
Hanc igitur fragilem vitam contemnite,cuius
Principium est fletus,mediũ labor & dolor: at mors
Finis.quis talem vitam nisi stultus amabit?
Vitam aliam sperate,aliam affectate:vbi nullus
Est fletus,nullus labor accidit,aut dolor,aut mors.
Nempe hæc vos manet:hæc dabitur post funera vo- (bis,
Qui vitia odistis,sanctéque deum coluistis:
Nec vestram in rebus terrenis spem posuistis:
Sed casti,innocui,veri,puríque fuistis.
Fortè aliqui ex his,qui credit intra æthera & extra
Esse deos,vellent animam quoque discere (si qua est)
Per quam illos possent affari,illósque videre.
O quàm sublime hoc & quàm mirabile donum est!
Quo nihil in terris homini contingere maius
Posse putor:ac pauci tanto dignantur honore.
Nam cum dæmonibus multi fortasse loquuntur
Quos facilè alliciunt precibus,sacrísque peractis,
Cùm procul à terris non sint,& in aere viuant,
Atq; hominum cœtus videant adeántq; frequenter,
Imò vlrò apparent multis,vlròque ministrant:

Et

Et iuuenum magno interdum capiuntur amore.
Dij verò ætherei terras odere, hominúmque
Res dedignantur cognoscere, & impia facta
Ipsorum detestantur, renuúntque videre: (iniqua
Quippe quibus bene compertum est, quàm stulta &
Sit natura hominum, quàm fallax, perfida, & audax,
Contemptrix, spretrix, blasphematrixque deorum.
Quare compellare ipsos, & cernere coràm,
Difficilis nimiùm labor est, & gratia rara:
Quandoquidem occludunt humanis vocibus aures,
Auertúntque oculos ab eorum muneribus: qui
Postquam se furtis ditarunt atque rapinis,
Particulam exiguam rerum non iure suarum
Addicunt templis, cœlum venale putantes.
O bipedes asini, diuos censetis auaros?
Et gemmas cupere, & fulno lætarier auro?
Aut vestri auxilij, vestisque fauoris egere?
More hominum donis corrumpi creditis illos?
Non corrumpuntur pretio, nec munera curant,
Cùm sint fœlices, atque omni ex parte beati.
Cũ sua sint quæcunq; tenent tellus, mare, & æther,
Quomodo quæ sua sunt diuis donare potestis?
Nõnne ipsi potiùs donant hæc omnia vobis?
Ergo cùm precibus flecti donisque recusent,
Ardua res nimis est illis præsentibus vti.
Ardua sed quanquam res est, tamen aggrediemur,
Et quid in hoc valeant vires nostræ experiemur.
Principio causas quibus ipsis gratificari
Possimus superis, inuestigare necesse est:
Nam neque diuitijs, neque nobilitate mouentur,
Non regno, imperiõue vllo, clarisue triumphis:
Nec curant, si quis forma vel robore præstet.
Talia contemnunt prorsus: nec talia propter
Audire, aut saltem dignantur cernere quenquam:
Vnde alia est quærenda via, vt mereamur eorum
Conspectu alloquióque frui. mea carmina forsan

Hanc

Hanc monstrare viam poterunt, artémque docere:
Si modò tam pulchris adspirant numina cœptis.
Prima est mundicies animíque & corporis, ob quam
Dijs homo fit gratus, diuûmque meretur amorem.
Quippe omne immúdú odère, et væméter abhorrét:
Vsque adeò ipsorú pulcherrima & optima vita est.
Quare danda opera in primis vt simus ad vnguem
Purgati, nitidi, puri, & sine sordibus vllis,
Veste atra exuti, & niueo candore decori.
Candida conueniunt superis, at manibus atra.
Difficile hoc fateor: nam quis sine crimine vitam
Ducit? quis macula mundus reperitur ab omni?
Cuique suum impressit vitium natura, nihílq; est
Tam pulchrum in terris, aliqua quin labe notetur.
Sunt quædam peccata tamen, tam friuola, támque
Exigua, vt propè nil offendant lumina diuûm:
Vnde his non indignantur: nam talia non sunt
Vlcera, sed tanquam speciosо in corpore næui,
Queis facilè indulgent veniam pia numina: quandò
Norunt quàm infirma & fragilis natura hominú sit.
At noxis grauibus valdè offenduntur, & omnes
Oderunt, spernunt, detestantúrque scelestos,
Nec tales audire volunt: nisi se priùs ipsi
Mundarint, multis lachrymis peccata lauantes,
Abstulerintque atras maculas candore reducto,
Et veniam precibúsque pijs animíque dolore
Quæ fierint, iterum virtutis calle reperto,
Et veterem exuerint pellem, ceu tempore verno
Antiquas solet exuuias deponere serpens:
Qui renouatus abit, spolio inter saxa relicto,
Et caput in cœlum attollens, animóque superbus
Ingeminat trifidis horrentia sibila linguis.
Sic dij placantur, sic se quum ritè vocantur
Ostendunt, & sic nobis oracula dantur.
Est aliud tamen addendum, niueóque colori

Iungendus roſeus. facies pulcherrima tunc eſt,
Quum porphyriaco variatur candida rubro.
Quid color hic roſeus ſibi vult? deſignat amorem.
Quippe amor eſt igni ſimilis, flammáſque rubentes
Ignis habere ſolet: color & calor exit ab illo.
Ergo opus eſt præter iam dicta, vt numina amemus
Væmenter. nam quiſquis amat, ſit dignus amari.
Quiſquis amat ſuperos, & purè viuit, ab illis
Non poterit ſperni, & fructu potietur amoris:
Quódque petet, tandem accipiet, fietque beatus.
Sed quis amat ſuperos? an qui deſiderat huius
Corporis illecebras, & turpia gaudia quærit?
An qui in delicijs volucres habet? & canibus rem
Inſanus patriam, vel equis oblimat alendis?
An qui omni ſtudio fumoſos ambit honores,
Hiſtrio fortunæ, & reſidens in culmine bubo?
An qui in diuitijs cor fixit, & omnibus illas
Artibus agglomerat, quas numinis inſtar adorat?
Credite: qui terrena volunt, cœleſtia nolunt.
Nemo poteſt dominis rectè ſeruire duobus.
Candida quiſquis amat, cõtemnat nigra neceſſe eſt.
Triſtatur tenebris, qui Solis lumine gaudet:
Et cui dulce placet, non delectatur amaro.
Quiad terram accedit, cœlum fugit. æthera amare
Nemo poteſt, niſi ſit terreno exutus amore.
Sed pauci, heu nimiùm pauci, contemnere poſſunt
Hæc terrena, aliſque animi ſe attollere cœlo.
Cur? quia difficile eſt fateor: ſed præmia magna
Efficiunt facilem atque leuem quemcunque laborẽ.
Quid maius quàm præſentes agnoſcere diuos?
Cernere & affari? nempe hæc eſt maxima merces,
Propter quam nil debemus non ferre libenter.
Ignaui vellent lucrari, & ſcalpere ventrem:
Difficile eſt virtutis iter: tamen impiger illam
Aſſequitur, necnon pretium virtutis honorem.

Strenuus

Strenuus accipiet speciosa epinicia miles:
Ignauus verò ac timidus sine laude iacebit.
Ergo laborandum est totis conatibus, vt nos
Aspiciant & ament superi, nunc omnia nobis
Prospera succedent, viuis, ac morte solutis.
Quid tanti facimus terram, quam linquere oportet
Momento exiguo? cæci fugitiua putamus
Æternis potiora bonis: quæ insania nostra est?
Postremò reliquum est vt crebris supplicibúsque
Insistat precibus qui vult commercia dmûm.
Non satis est petijsse semel: multúmque diúque
Orandum est, donec longo pòst tempore victor
Ac voti compos diuina luce fruatur.
Non annosa vno quercus deciditur ictu,
Non stilla vna cauat marmor, neq; protinùs vno est
Condita Roma die: segetes, animalia, siluæ
Paulatim fiunt, longóque augentur ab æuo:
Tu tantum tamque insigne ac mirabile credis
Posse opus extemplò fieri, minimóque labore?
Non sic ad magnos facile est accedere reges,
Et compellare, & coràm auscultare vicissim.
Nónne deos longè meliores regibus esse
Censes? Cur igitur venient, nisi sæpe vocentur,
Et nisi suppliciter dominorum more rogentur?
Quocirca nos ne pigeat bis tèrque quatèrque
Quaque die ingeminare preces, superóslq; rogare,
Vt se dignentur quandoque ostendere nobis,
Alloquióque suo nos multa arcana docere.
Hoc si fecerimus, venient, mihi credite, tandem,
Nósque suo aduentu misera hac in carne beabunt,
Et mox in cœlo secum sine fine tenebunt,
Est vbi vera salus, & fœlissima vita:
Tunc ire ad mundum archetypum sæpe, atq; redire,
Cunctarúmque patrem rerum spectare licebit:
Quo melius nihil esse potest, neq; pulchrius vsquã,

Qui cuiusq; boni ac pulchri fons, author, origo est.
Multi autem non posse putant contingere, vt illi
In terris posito diui apparere, loquiue
Dignentur: méque arbitrantur fingere nugas.
His facilè ignosco. neque enim dedit omnibus vnũ
Natura ingenium. quidam cœlestia semper
Mente agitant, sempérq; aliquid sublime reuoluunt:
Nonnulli tantùm quæ sunt mediocria curant,
Nec procul à terris multum se attollere gaudent.
Innumeri tellure iacent, nec surgere possunt
Omninò, totóque animo tellure morantur:
Non secus ac volucres spatiantur in aëre quædam
Sublimi, & leuibus pennis altissima tranant:
Nonnullæ medias percurrunt aëris oras,
Nec multum sublime volant: pars cætera in imo
Versatur spatio, & terris vicina frequentat.
Quare non mirum est si nostris credere dictis
Turba nequit: siquidem turbæ crassissima mens est.
Vera tamen sunt quæ dixi. nam quomodo quisquam
Montibus in rigidis inter deserta manere
Solus sponte sua, & tam duram ducere vitam
Posset? nempe breui rueret, nisi quis Deus illum
Consolans blandè, tanto mœrore leuaret.
Credite, qui loca sola colit desertáque, vitans
Humanos cœtus, aut prorsus desipit, aut est
Plus homine, & crebro fruitur sermone deorum.
Hoc pacto priscos olim vixisse Prophetas
Fama refert: multos etiam post funera Christi
Quos sanctos dixêre Patres, & tempore nostro
Complures tali funguntur munere vitæ.
Hos tu homines, cùm prudenter scitéq; loquuntur,
Cùm faciant miranda, & cum ventura recludant,
Deliros, hebetes, contemnendósque putabis?
An magis afflatos diuino numine credes?
Prætereà multos Ecclesia sancta fuisse

Affirmat,

Affirmat, qui sæpe deos videre beatos.
Credere cur nolim, cùm sancta Ecclesia dicat?
Non sunt nugæ igitur, sed consentanea vero,
Posse hominem affari diuos coràm, atque videre:
Quod reor esse bonum summum, finemque bonorũ
Cunctorum, quæcunq; homini contingere possunt,
Donec præsentis vitæ freta turbida sulcat.
Cùm verò elapsus mortali carcere abibit
Spiritus, abducens secum hæc tria, quæ sibi semper
Sunt propria, mentẽ, sensum, motum: ætheris oras
Exultans petet, & fœlix perfectè erit illic:
Quippe habitans cum dijs, Deus efficietur & ipse.
O cœlum immensum, ô pulcherrima regia diuũm,
Quàm pura es, quàm perspicua & mirabilis, & quot
Vndique sideribus varijs ornata renides,
Regia cunctarum pleniſſima deliciarum!
Nam si tot pulchris & gratis rebus abundat
Terra, hominũ locus ac pecudum, vilissima mundi
Portio: quid de te censendum, stant vbi sancti
Cœlicolæ, rerum domini, regésque beati?
O vtinam postquàm mea tristia fila sorores
Lanificæ implerint, liceat mihi corporis huius
Exempto latebris, illuc accedere, & illis
Delicijs tam mirandis sine fine potiri.
Iámque ego Zodiaci diuino munere nostri,
Sidera librorum numero duodena peregi:
Longum opus, & longo studio longóque labore
Confectum tandem, atque extremo limite clausum.
Quas tibi agam grates, ô mundi maxime Princeps,
Qui me iussisti tam pulchra & grandia cœpta
Audere, audentique animum virésque dedisti?
Gloria lausque tua est, si quid mea pagina pulchri
Continet atq; boni: pulchri namq; omne bonúmq;
Ex te oritur: tu principium finisque fuisti
Tanti operis, tu rexisti mentémque manúmque.

Gratulor ergo tibi soli, tuus est honor omnis.
Siqua tamen mihi debetur mercedula, posco
Te Deus hoc, vt quando aderit meta vltima vitæ
(Vitæ, quam noctu per inania somnia duco,
Quam redeunte die varius labor vrget & angit,
Vitæ, quam nemo sapiens non nouit amaram)
Parcere digneris misero mihi, crimina delens
Omnia quæ admisi (heu) mentis caligine cæca,
Atque animam patiare meam requiescere cœlo.
Tu liber interea diuersa per oppida curre,
Inuidiam subiture grauem. nam mulcus vbique
Oblatrator erit, cuius lacerabere morsu.
Non deerunt certè, qui cùm nil edere possint
Dignum laude, tamen gaudent maledicere semper,
Carpendisque alijs famam venantur inanem:
Hos tu lusulos catulos, orisque maligni,
Exosus refuge, & doctos inquire bonosque,
Qui pauci sunt: sed paucis potes esse beatus.
Nimirum pauca in terris Deus optima gignit.
Hos reuerenter adi, & merces his exere nostras.
Quas si laudarint, satis est: quid cætera dicar
Turba, parùm cura, & vulgi conuicia ride.
Iudicium vulgi insulsum, imbecillaque mens est.
Stulta placent stultis: obsonia quisque palato
Digna suo quærit, non omnibus vna voluptas:
Sed docti atque boni, quæ sunt pia, vera & honesta,
Auscultant, auidéque legunt, discúntque libenter.
Hic cibus illorum est, hæc consolatio mentis.
Talibus ergo viris (nisi me præsagia fallunt)
Gratus eris, vultúque hilari spectabere ab illis.
Vade igitur fœlix liber, & longissima vive
Tempora: quúmque meos tellus obduxerit artus,
Tu varios populos diuersaque regna superstes
Quære, studéque meum latè diffundere nomen.

FINIS.

RERVM AC VERBORVM, TOTO HOC OPERE MEMORABILIVM, INDEX.

ACanthis 42.15
Acheloi cornu ab Hercule fractum. 46. 101
Achilles medicus. 234. 19
Achillis nobilitas. 115. 16
Aconita ex Cerberi spumis 46. 10. 208. 7.
Adamante durior 58. 15
Ab Adamo quot annorũ mundi ætas. 269. 24
Aduersis agitata quædam nitescere 193. 17
adulatores pro amicis. 74 14
Ædes formula. 159. 12
Æacus. 199. 33
ægoceros. vide Capricornus.
ægrotanti quæ obseruanda. 103. 31
æluri auiculæ insidiantis descriptio 201. 30
Æolus ventorum rex. 141. 30. 204. 12.
æquinoctialis circulus. 250. 4.
aër an vacuus 141. 23
aër an lucis subiectum, 281. 20, 24.
aër deorum sedes 145. 25
aër, ens & corpus 141. 24
aër infra ignem 271. 35
déque eo multa. eodem
aër in lumine, non contrà 281. 26
aër morborũ causa 102. 4
aëris corpus fluxum 258. 20.
aëris tenuitas penetrabilis 157. 30
aëra dæmonibus esse refertum 204. 34
aëre nil subtilius. 141. 21
aëre sensus verti 142. 19
aëria animalia an etiam corporea 146. 31
an moriantur 147. 2
quali sint specie, ibid. 7
Æschyli mors 175. 13
æstas vnde 276. 3
æstatis incommoda 126. 35.

æternum per se, præter Deum nihil * 264.21
æther adamante durior. 259. 7. 267.1
æther an rerú finis 279.6
æther nihil immundi patitur 246.7
ætheris decora 134. 28
ætheri quo quisq; locus propior, eo beatior. 268.7
æthera neq; igne, neque glacie infestari 249.28
ætherei incolæ immortales 147.13
Æthiopes. 28.3. & 97.11
Æthiopum descriptio. 209.25
Ætnæ æstus 12.19. 278.1
affectus in homine menti cõtrarius, eius satellites. 178.21. &c.
affectus mentis lumen obscurant 151.30
affectus morborum causæ. 101.35
affectus mentis stimuli, 48.6
affectus quare vt rationi reluctentur dati. ibid.
affectuum ebrietas, 127. 22. 179. 34
affectuú principijs obsistendum. 179.1. 180.4
affectuú sedes cor 155.18
affectuum vis in animum 161.32
affectibus quomodo recte vtendum. 48.21
affectus in oculis apparere. 156.21
affectus quomodo prodat anima 155.8. & 29
Aganippe 9.11
Aganippides vndæ, 106. 28
Agentē finis mouet 83.11
Agilitas 69.15
Agricultura ob voluptatem 36.19
Agriculturæ laus 91.21
Alcinoi pomaria 20.5
Alcumistica ars. 231.1
Alexandri regis ebrietas. 108.29. eiusdem interitus. 108.29
Alexandro soluendus nodus. 174.1
amans redamari dignus, 290.6
Amanti leuis labor omnis 239.14
amantibus metuenda inuidia. 66.10
Amaracus 42.10
Amaranthus 42.7
amare est bonú velle 69. 17
amari volenti quæ obseruanda. 48.25. 72.27
in Ambiguis cognoscendis

dis quis esse ordo debeat. 150.11.in Ambiguis rationi credendū.263.35
Ambitio cauenda nocens 123.33
Ambitio multis ad virtutem calcar, quanquam ipsa vitiū sit.123.26.31
Ambitio Romanorum in petendis magistratibus 123.34
Ambrosia 268.3
Ambrosiæ campi 54.13
amicitia donis comparata non diuturna 72.28. item iucundis 72.24
amicitia & lis an rerum primordia 151.6
amicitia, idem velle idēque nolle 75.1. inter paucos firmior 75.25
amicitia malorū et stultorum non diuturna 75.2
amicitiæ fomes,similitudo morum 74.31
amicus ita amandus, vt qui hostis fieri possit 66.8
amici in rebus aduersis 69.3
amicorum vsus tamin aduersis quàm prosperis, 72.14.
ab amicis mores cuiusuis facilè perspici 226.34
amygdala 41.32
Ammon 246.35
amor aduersantibus facis qualis 65.23
amor ciuilis & cōmunis, qualis. 72.10. durabilis 75.8
amor igni similis. 290.3
amor in plures diuisus, debilior. 75.21
amor naturalisne, an qui virtute constat, durabilior 75.12
amor occultandus.66.13
amor pacem gignit 68.5
amor quomodo fiat 69.25
amor paratur obsequio, 72.26.fraude 95.33
amor res diuina 67.6
amor suapte dulcis 59.9
amor tantùm inter similes 86.13
amor voluntatis motus, 69.16
amoris calcar 239.16
amoris expers,sensus expers, 67.2. amori omnia obnoxia ibid.
amorem verbis quàm rebus quærere, tutius ac leuius 73.21
amore mundum, & quæ in mundo sunt omnia seruari. 67.7
amore pacem constare, 69.9.in Amore quanta vis. 59.36
amore sincero nihil in hac

hac vita melius, aut dulcius 69.2
amores fato iungi 65.1
amorum causa fatú 64.27
forma 26. nummi. 29. consuetudo 29
Amphion 44.10
Amphitrite 84.14
Anacreontis mors 175.14
Anaxagoras diuitiarum contemptor. 30.16
Ancilia 43.1
Andromedæ sidus 253. 16. & 254. 19. eiusdem ortus. 256.18. & 258. 6 occasus. 257.14
angelos inuocatos multú apud Deú posse 216.27
anguitenens sidus 253. 12. & 256.21. vid. Serpentarius.
anima quid 159.16
anima an mortalis 240. 16. an vnà cum corpore interire credenda. 159 27. 160. 18. 163. 9. an rectè harmonia dicta, 162.26
anima an vna tantùm in orbe. 163. 33. vt sol vnicus.
anima fortunæ non obnoxia 183. 28
anima hominis diuina & immortalis. 87.28. 129 35. 160. 20. individua & immaterialis 161. 1. 161.23. incorporea 161 23.
anima quomodo æterna & diuino semine nata deprehendatur. 164.12
anima vna, ac minima, 156. 29.
animæ cum corpore certamen 201.17. 202.6
animæ in vitia ruentis gradus. 202. 12. 203. 17
animæ immortalitas etiã à Philosophis asserta. 149.27
animæ immortalitatem credere salutis fundamentum 242. 35
animæ sol, mens: sensus autem, sidera 159.1
animæ vires 159. 6. ac munera 240. 13
animam mortalem esse, quibus rationibus quidam astruere conentur, 163.19
animam quoque moueri 154. 35
animæ cur ita paucæ astra petant 200. 31
animæ quomodo à spiritu sancto sublimẽtur 239.6
animas defunctorũ ad lunæ regionẽ deferri 200. 18.

animas non ſponte malas eſſe, neque per ſe in vitia labi 201.12
animal vnumquodq; eſſe fœlix quo pacto poſſit 88.6.
animalia perfecta & imperfecta 155.35.
animalium creatio 18.28
animalibus motus cauſa quæ 150.24. & inde animalium in terris omniũ rex homo 115. 10
animus corpore dignior 70.20.
animus diuinæ naturæ ſimilis ideoque immortalis. 158.
incorruptibilis 161.20. 162.11.
animus qua ratione colendus 255.34.
animus ſine doctrina ignauus hebeſque 221.6.
animi à ſenſibus reuocatio 161.24.
animi à ſtudijs remittendi ratio 227.17.
animi bona. 70.2. virtutes 3. & 71.27. an verè beatos reddant. 83.1. an etiam ex fato 175.27.
animi bona & iucunda & honeſta 71.32.
animi cultura quæ 214.10
animi culturæ incumbendum 227.23.
animi habitus quomodo mutentur, & vnde 151. 19.
animi index ſermo 71.24
animi morbus qualis 190. 1.
animi morbi & vulnera vitia 190.4.&c.
animi motus 154. 15. & inde, animi munera quãto corporeis præſtantiora 31.25.
animi naturam cognoſ. difficile 150. 2. animi quam corporis voluptates ſinceriores 70.29.
animi vim corpore debilitato creſcere 161.5
animi vita qualis 240. 3.9.& 243.26.
animo & corpori comunes eſſe motus 155.28
animũ non parentes, ſed naturam dare 116. 14
animum turbant ſenſus 161.31.& affectus 161. 32.
Anni quatuor partes ex ſolis curſu 276.7.
annum producere ſegetes non cultum, prouerbium 116.17.
antarcticus circulus & polus

Ius 250.14.15.
Antenoris vrbs 123.9.
Antheus 46.15.
Antichristi solutio 124.34.
Anticyra 127.30.172.13.
Antilochus 131.25
Antiphates 45.31
Antipodes 319.11.34.14 205.1.276.2.& 5
Apellęæ tabulæ 70.35
Aplestus dæmonum rex, eiusque descriptio 205.27
Apollo Cyrrhæus vates 192.34.
Apollo Delphicus 55.20
Apollo medicus 23.4.
Apollinis metamorphoses ex amore 64.11
Apollinis numen 9.10
Apuliæ muscæ 225.24
Aqua morborum causa 102.4
Aquæ elementũ sub aëre quomodo & quale 274.3
aquæ sapor à terra ibid. 11.274.29
aquæ calidæ scaturientes vnde 278.1
Aquarum vis omnis ab Oceano 274.21.
aquarij signi stellæ quot 253.19 eiusdem ortus 258.2
aquila Iouis armiger 49.25
aquila sidus 253.14 eiusdem ortus 256.26
aquilo 134.33. 140.25
Ara sidus 255. 18 eiusdem ortus 257.33 occasus 258.4
Arabs mollis 41.6
Arabes 79.14
Arabum opes. 79.34
aranea quomodo muscis insidietur 47.10
arbitrium nobis an liberum 174.177. 16 & quando 179.20 quando non.28.ibid.& inde
arbitrium cur adeò pauci habere videantur 178.13
arbitrium quid 176.18 & an in omnibus æquè & omni tempore 176.23
arbitrium quo liberius eo magis fato obnoxium. 180.22
arbitrium rationi coniunctum 177.17
arborum diuersa sors 181.33
arborum omnis generis catologus 41.18 &

& inde.
arcades ad [illegible] 198.9
Arcadia olim plana, & sine montibus. 198.21
arcana nemini reuelanda 66.1.
arcitenens. vide Sagittarius.
arcticus circulus & polus, 250.5
arctophylax 253. 9. & 254.7. eiusdem occasus 256.10
arcturus 254.6
Arete dea 47.26.53.21. 56.17.112.8. eiusdem à voluptate dehortatio, 45.16.
Aretes filius Timalphes 61.9
Argo sidus 255.15.253. 22. eiusdem ortus 257. 5. 251.5.257.5. occasus 257.31
arietis signi stellæ quot 254.22. eiusdem ortus 256.7
Arimaspæ 79.14
ariminus fluuius 223.23
Arion citharœdus 44.7
aristæi armenta 20.3
aristoteles 280.18. mundi lumen 70.15
aristotelis sententia non curanda, vbi à vero recesserit 169.13
armorum detestatio 178.6
ars omnis ex vsu 99.31
arris vis 77.16
artes vnde 86.29
artes vtilitate & honoribus ali 36.31
aruiſia 23.29
Asia mollis 79.8
asini sidus 254.31
asini bipedes 211.32
assuetudine quandoque frangi naturæ vim 119.5
astrea 210.24
astrum quodlibet terra & mari maius 145.12
astra cadentia 268.9
astra senectus nulla terræ 147.13
astra singula, cœli vibes 266.24
astrorum imagines variæ ab astronomis fictæ 261.29
astrorum magnitudo 261 21.35
astrorum vis 261.14
astronomia disciplinarū pulcherrima 227.21
astuti plures quàm prudentes 211.15,16
astuti quomodo stultis insidi-

XUM

astuti quomodo stultis insidientur 212.10
Asturorum imperiū ferreum sæculum 211.19
astutis nullum hominum genus sceleratius 211. 22.
Athamas 129.18
Atlas 41.9.& 61.23.cælifer 106.23.onere leuatus ab Hercule 46.17
Atlantides 254.26
atomi animæ an corpora 159.19
Atropos 62.4 244. 31
Atys Cibellæ dilectus, in pinum cōuersus 41.20
auaritia bellorum causa 68.26
auaritia cauenda 32. 11 219.9.
auaritia pestis & erynnis 26.19
Acherontis filia 32.12
vitiorum omnium radix 219.10
auaritiæ stagnum 202. 35
ex auaritia quæ mala nascantur 32.20
auarus omnis sceleratus 191.6 semper inops 232.29
auari descriptio 20.13 & inde 23.11
auari impietas 33.13
auaro diuite nihil intolerabilius 191.9
auaro nihil peius 259.14
auarorum dæmon Aplestus 205.27
in auaros 68.27
audaces faciunt spes & amor 239.16
audenti fortuna fauet 18. 11
aulicæ vitæ detestatio 92.35
aurata piscis 23.25
aureum sæculum Saturno rege 41.26. 68. 16. vbi prudentes 219.35
auricularis digitus 213.8
auriga sidus 253.12 & eiusdem ortus 254.11 occasus 256.24
aurora. 34.19
auroræ descriptio 205 24 periphrasis 53.16
aurum vnde 213.20
aurum igni preciosius fieri 293.13
auri cupiditas 285.11
auri vis quam legum & iuris maior 94.17 &c.
auster 134. 32 nubifer 207.4
australia signa 249.28 quæ 261. 23 & quot singula stellas habeant 255.8

255.8
autoritas magnorum virorum quantum sæpe iudicio obstet 169.16
autumnus 171.12

B

BAcchus Tartari & Megeræ filius, non Deus 52.2
Bacchi currum tigres trahunt 78.3
Bacchi donum Midæ regi 23.5
balena homini paret 18.28
Barbæ gratia 57.25
beatus, an qui diues 20.10
beatus in terris nemo 81.15
beatus quis habeatur 89.26
beatus qnis 89.26
quando 129.21
beatus verè, vt phœnix, rarus 89.22
beatus vocandus quis 81.26.87.32
beatum animus, non res efficit 29.16
Belides 106.26
bellum quatenus licitum 134.2
belli vsus 232.32 bello nihil turpius & homine indignius 232.2
bellorum causæ regibus quæ 233.32.78.32
bellorum nostri temporis detestatio 68.18.178.4
bellorũ studiosi qui 232.12. qui non ib.31
beneficus Deo similis 73.7
bene mereri etiam de ingratis non cessandum bono viro 72.35
bestiæ quatenus nobis inferiores 87.1,&c.
bestiæ quorum sensuum vsu gaudeant maxime 70.33
bilis iræ materia 154.24
blandè vincere prudentis 78.4
blandiri pernicioſissimũ pueris 101.5
bombardæ periphrasis 18.33
bonus frustra quis 270.1
bonus nemo sponte 118.33
bonus vir dijs amicus 192.11
bonus vir & mente & animo sanus sit oportet 191.35
bonus vir sua ipsius conscientia contentus 224.15

bonũ virum etiam indoctum pluris faciendum esse quam malum, quamlibet eruditum 16.14. plurimi autem faciendum qui probitati eruditionem conjunxerit, eadem: 16. 31
bonumne an doctum esse præstet 15.29
boni pauci 294.18
boni pluribus malis obnoxij 119.33
bonorum & doctorum voluptas 294.26
bonorum exempla proponenda 30.24
bonis hominibus nihil mali accidere posse 189.33.191.31.193.3
bonis omnia cedere in bonum etiam mala 193.4. & ibid.34
bonis plerunq; aduersa fortuna 162.18. vnde 189.13
bonum breui durans, non bonum 89.2
bonum diuersis animantibus diuersum 151.10
bonum duplex 189.20
bonum motus causa 151.8
item boni cognitio 153.25
bonum omne à Deo 393.34
bonum summum alijs aliud 81.31. homini quodnam 88.20
bonum summum, Deus 83.16. 87.27. qui & omnis boni author 264.5
bonum summum, deorum conuersatio 293.5.
bonum summum finis 83.15
boni summi cognitio vera sapientia 19.25
boni summi summum & perfectum gaudium 84 4
bona corporis 69.33. animi 70.2
bona corporis & externa, quatenus bona 81.10
bona corporis ac fortunæ quare pluris fiant bonis animi 168.22
bona externa, nugæ 286 18
bona per se 82.6. per aliud 82.30
bona quorum bonus vsus 192.9
ona

bona triplicia 69.21
bona vera quænam 30. 19,20.
bonorum tria genera 13 20.69.21
bonorum fons prima causa 185.14
Bootes 206.18. 254.6. vide Arctophylax.
Bootis occasus 256.1
ortus 257.1
Boreas serenifer. 204 17
borealia signa 252. 10
Briarcus 178,32
Britanni 79.15
Buxus 41.30

C

CAcus 46.16
Cæsaris stirps extincta 116.1
Calanus 133.24
Calliope Orphei mater. 110.16
calor an motus causa corporibus 150.24
calor natiuus 153.30
calore alia solui, alia indurari 193,27,&c
cancri signi stellæ quot, 254.30
eiusdem ortus 256.18
canicularium dierum periphrasis 24.18.165.4
canis maioris ortus 256. 27.ibid.33. & occasus, 257.23. & 28
canes duo, sidera 253.21 255.14
Canicies præcox ex merore 104.11
Caphareus 21.7
capra sidus 254. 10
capricorni signi stellæ quot 255.4. eiusdem ortus 257.32
Capua 41.35
carnis aduersus mentem pugna 180.14
Cassiopeiæ sidus 253.6 & 254. 2. eiusdem occasus 257.22
Castaliæ rura 9.7
Castalius fons 55,28
castè viuere salnis inguinibus quorumnam 63 2,&c.
castos haberi qui sunt cauti 63.9
casus quid 169.11
casus in nobis est, non in rebus 171.3
casus in orbe nihil iuris habet 172.1
casus incertitudo 167.24
casune an fato omnia contingant. 165.30. 169,8.

causæ fiant aliquæ. 170. 21.
causarum diuersitas quibus homines sunt obnoxij 228.8
Cato 30.22
Catonis nobilitas, 116. 27
causa abeffectu suo diuersa. 166. 21. effectu prior. 135.33
causa perfecta parem effectum gignit. 37.12
causa prima bonorum fons, vt malorum postrema 185.15
causæ primæ effectus varius & qualis. 168.2
sine Causa nihil esse 166 26.
Causarum aliæ viliores, aliæ nobiliores 184.9
causarum nexus & ordo perpetuus 169.1.&c.
causarum plurium concursus. 169.1.3
causarum vltima, ac longissimè à prima distans, terræ huius gubernatrix 182.24. 184.28.
causarum vt quæque prior, ita dignior, 166. 31
ex causis constare mundum & omnia 168.27.
Centauri sidus 253.25. eiusdem ortus 258.8 occasus 257.9
census mediocris commendatio 91.34
centrum 159.23
centrum mundi terra.
centrum terræ 275.13
Cephei sidus. 253.6. 254.1. eiusdem occasus 257. 13.
Ceraſtæ 42.25
Cerberus 38.9
pro certis incerta sequi ſtultum. 39.4
cetus sidus 253.18. vide Priſtis. eiusdem occasus 256.19
chameleonta pasci aëre 167.19.
Chaos 270.25
Charon 33.31. portitor 46.23
Charybdis 45.31.&119. 19.
Chimæra 39.3. 106.21. 214.20
chiragra ex ebrietate, 51. 10.
chirageæ periphrasis 24. 2.
Chiron medicus 234. 10.
Chiron sidus, vid. Centaurus

taurus.
chirurgi quàm clinici ars certior. 102.28
Christi præcepta 131.32
chronicus ortus seu occasus. 255.30
cibi crassioris & subtilioris diuersa mutatio 140. 1
cibi voluptas pecudum propria 71 11
cibi vsus quis 31.3
ciborum fumis hebetari ingenium 51. 1
ciborum luxus 23.19
cicadas rore pasci 267 19.
Cicero Arpinas. 24.27
Ciceronis nobilitas. 116 26.
Cilices 79.12
Circe 106. 22. voluptas 217.32.
Circe Vlyssius socios in porcos mutauit. 46. 30.
Cyrphæa rupes. 165. 19.
citrus 41.34
Clementiæ expers, non homo, sed lupus. 220. 8.
Clementis Papæ apparatus ad tollendum Lutum. 247. 29
eiusdem cum Cæsare conuentus 223.35
cœlibatus an coniugio melior 93.9.10.
cœlibatus culpatur 61. 13
cœlibatus sapientem decet. 231. 15
cœlibatus pericula 93. 10.
cœlum an æternum 268 27. an cœperit olim, ibid. 34. æternum esse, 267. 30.
cœlum an colonis vacuum 265. 32. 266. 21
cœlum an rotundum 260 29
cœlum bonorum sedes 244. 1. Dei regia 278. 9. deorum sedes. 245. 25.
cœlum durone & solido corpore constet, an fluxo ac tenui 258. 20. & 259. 6. 267. 8.
Cœlum Oceanus, rerum pater 226. 14. omnium quæ hic fiunt causa 162 35.
cœlum quid 261. 12
cœli à stellis diuersitas. 261. 6
cœli ambitus ac perennis motus. 259. 10

cœli corpus non opacum 259.25
cœli imagines ab astronomis fictæ 263.29
cœli in terras speculæ 78 18. & 79. 7. Solis dijs concessæ 79. 20
cœli laus 293.13
cœli motus à dijsne, an per se, 264.3. 265.9. quantenus æternus 264 35
cœli regiæ descriptio 48. 4.
cœli potentia in res nascentes, 226. 12. extra Cœlum an aliquid 279 3. lux infinita 280. 23. Dei regia, 278. 9. optima mundi pars, 284 24.
ad Cœlum omni studio contendendum. 286. 15.
in Cœlum paucos venire 225.7
cœlum petere terrenis rebus grauato non licere 220.17.
sub cœlo an ignis 271. 15. cœlo quò quidque propius eo nobilius, 141.29
cœlestes orbes quinque. 250.5.
cœlestia corpora an materia constent etiam, 258.26
cœlestium corporum admiranda celeritas 260. 33. qualis motus 263.9
cœlestium corporum an concentus aliquis 259. 31
cœlestium sphærarum motus primo mobili contrarius, 251.3
cœlicolûm corporatenuissima 267. 12
cognitio etiam mo, causa 153. 21
cognoscendi vis animæ maxima 157.21
colloquia turpia vitanda. 244.12
Coluri duo 250. 26
commercij praui pestis. 226.22.
commercia praua bonos mores corrumpunt 227 31.33
commodi tantùm sui studiosus bellua non homo dicendus 13.16
cometæ vbi appareant, & qua de causa 273.27
comœdiarum vsus 15.18
compater obseruandus ei qui suspectam habet vxorem 97.11

conceptionis vi talem quemque esse qualis in vtero concip. 99. 21
concordia tantùm inter similes 86.13
conditio alijs fœlix, alijs aduersa, an & fato contingat 181.17
conditionis hominú ratio habenda 74.9
coniugatus non liber. 93. 18
coniugiú vide Matrimo.
coniugium an cælibatu melius 93.9
coniugium natura instituit 93.29
Conscius sibi bene, nihil timet 12.8
contrà qui malè, ibid. 9
conscium metui 66.2
consuetudo amoris causa 64.34
consuetudo naturam parit 99.18
consuetudo praua in filijs cauenda 100.28
Consules Romani olim ab aratro designati, 30 26.
contẽtum non re, sed voluntate reddi, 29.7.
contagio 102 4
contraria contrarijs curari 102.21
contraria inter se melius apparere, semper pugnare 225. 13. sese mutuò fugare, non corrumpere 258. 31
Corpia dea 23.14. & 31 35
cor. an pos. esse infinitum 280.17
corpus animæ carcer. 201 19
carceris instar moles, 139. 3. 245. 23. & 246 1
corpus tantumlocum occupat 146.34
corpus mutantia 151.22
corpus omne quantum & quale. 137. 31.
compositum, ibid.
materia & forma constans, 138. 2. finitum, ibid. 6
corpus per se quiescere, 150.23
corpus vitiorum causa animæ 201.19
corporis bona 82.9
corporis exercitatio qualis esse debeat 227.34. 104.3
corphum. misera conditio 245.15
corpo. illecebræ fugiendæ 217.23

corp. vita qual. 243. 11
corporis qualis habenda ratio 227.34,228.17
corpori & animo communes motus 155.28
corpore delibitato crescere vim animi 161.4
corpora corrumpi, non species 67.19
corpora cuncta ex materia & forma 258.24
corpora viuentia quomodo grandescant 153. 28
coronæ fid. 253.6. ejusdem occas. 254. 3. & ortus 256.18. 257.17
corvus sidus 253. 24.
corvum phœnica vocare 22. 14.
Corinthi æra 70. 35.
cosmicus ort. siue occasus 255.27
credendum non cuinis 263.29
credulos facilè decipi 38. 24
crapulæ vitanda 328. 5
crapulæ descriptio 23. 32
crapulâ comitantes morbi 24.1.2
crater sidus 253.23
eiusdem ortus 256.24.
crystallo dæmonem includi arte magica 247. 13
culturæ vis 99.29
Cupido 18.3. Veneris fil. 62.31. omnium domitor, ead.
Cupido non Bacchi filius 64.21. sed fati, ibid. 23
Cupido voluptatis comes 43. 15. eius descriptio, eadem.
cupressus Phœbea 41. 20
Curius 30.22. Cybeles currum à leonibus trahi 78.2
Cyclopes 106. 20. Cyllenes gygas 198.26. in montem, ead.
Cynosura 253.4. & 32
Cytheron 51.33

D

Dædalus 12.26
dæmon malus cœlo ejectus inter lunam & terras 186.30
dæmon quare subliminiore mente præditis infensior 186.7
dæmon sapit 73.30
dæmon

dæmon terris præsidens 183.17.184.26
dæmones arte magica ab hominibus cogi 247. 1. in cryſtallo claudi 247.13
dæmones indigetes 173. 1
dæmones lunæ regionem incolentes 246. 29
dæmones mali an ſint 203.27
dæmones mali nigri 204 35
dæmoniorum malorum ſedes vbi 203.20
dæmonum cum hominibus conuerſatio 207. 35. & inde
dæmonum in aëre deſcriptio 204.24
dæmonum rex ad ortum 204. 27. ad occaſum 205.26. ad ſeptentrionem 206.16. ad meridiem 207.9
dæmonum vnci & folles 205.12
Daniæ 64.30
debilia paſſim robuſtiorũ libidini obnoxia 122.8
delatores cauendi 74. 20
delectandi duo modi 73. 19. delectans 69. 29
delectantium ſpecies 70. 15. 26.
Delphi 237.19
delphin ſidus 253. 14. eius occaſus 259.1
Delta ſidus 253. 26. quod etiam Deltoton 254.20
Democritus opum contemptor 30.16
Demoſthenes fabri filius 24.28
Demoſthenis nobilitas 118.14
dentium peſtis ebrietas 52.12
deſidia, dulce malum 92. 12
deſidiæ nullam dari lauream 18.10
Deucalion 223.34
Deus an aliquid imperfectum efficiat 167. 35
Deus an corporeus 137. 28. infinitus 138.3
Deus an malorum cauſa 183. 32. eodem autore nihil mali fieri 201.16
Deus bonorum omnium cauſa 187.14
Deus conſtantiæ rerum & autor & finis 85.3.4

& 85.26.
Deus fati autor 180.34
Deus impassibilis 188.5. 21
Deus incorporeus 138. 1.19. infinitus 139. 9.279. 14.138.3
Deus mentis arcana respicit 192.26
Deus non pretio sed amore colendus 97.3
Deus omnipotens.67.17 quare corpora corrumpi sinat,non autem species 67.19
Deus omnis boni & pulchri fons.&c.196. 20. & 292.1. rerum principium & autor, 283.7 & pater, dominantiumque dominus 184. 14
Deus propter se omnia fecit 85.4
Deus semper bonus ac potens 270. 3. 271. 5
Deus solus beatus, 88.5. summum bonum 84. 9. & 87.31. per se 137 9. totum 137.15.18 simplex 137.35
Dei arcana nemini cognita 149.14.183.4
Dei consilio omnia fieri 174.35. & 173. 36.nihil verò incassum ibid. 174.33.
Dei & hominum quanta distantia 86.9
Dei inuocatio 196. 1. eiusdemq; mira descriptio,eodem deinceps,& 278. 16
Dei lux 282.11.20. 28
Dei non obliuiscendum, 217. 22
Dei opus infinitum, 279 32.
Dei scientia infinita 279. 10. item potentia. 34 ibid.
Dei summi inter reliquos splendor 281 17
Deo donari nihil posse, cuius sunt omnia 288. 22.
Deo placere studendum, qua ratione 289.3
Deo vt quidque similius ita diuturnius 160. 26
de Deo quid meditandi 215.35
Deum habere quis possit 87.32
Deum colere virtus prima 216.9.10, 11
Deum non offendi, 187. 21. nec lædi, 32. ibid.

Deum nosse omnia, etiã pessima 170. 2.
Deum nullum esse malum 173. 26
Deum principio, medio ac fine carere 84. 21. 85 26
Dij vide Superi
dij an in terris appareant hominibus 292. 3. & 293. 4
dij extra cœlum infiniti, 284. 3. eorumdem conditio 283. 23
dij maximè liberi 264. 11.
dij quare inconspicui 145 27.
dij quorum munera respuant 289. 3
dij sæpe inuocandi. 291. 11. & inde, & 25.
deorum cibus & potus, 268. 2.
vita & voluptas quæ 122 8.
deorum corpora ex puro æthere 79. 21. tenuissi. 267. 12. non mortalia. 267. 30.
deorum flagitia à poëtis celebrari solita 12. 32
deorum formæ 281. 10
lux, siue gloria 281. 15
deorum nullus sexus. 175 9.
deos affari & videre paucis concessum 287. 28. & quibus 289. 3.
deos esse vtilitas persuadet 97. 6
deos non solùm in cœlo, sed & in aëre complures 273. 10
deos placandi ratio. 289. 3. ibid. 24
dialectica vincula 103. 9.
difficilium rerum tradendarum ordo debitus quis 150. 10
digitus medius infamis. 270. 26.
digitus minimus auricularis 213. 7
Dionysij tyranni celebre factum 22. 30
dipsados venenum sitiferum 205. 30
Dis 175. 22
disciplinarum præcipuæ quæ 227. 22
disciplinis strenuè incũbendum ibid. 24
discordia inter dissimiles 86. 14
discordiæ nostri temporis detestatio. 68. 18
dissimulare interdum magna prudentia. 74. 3 77. 22.

dissimulare qui nescit, viuere nescit 74.5.6
diuina voluntas duplex, 180.31. semper eadem 264.33
diuinum auxilium ante omnia implorandum. 196.5.
dives esse et bonus et malus potest 80.4
dives quantò plus pauperè valeat 26.34
dives quis, 228. 26. verè 131.14
diuitis virtute carentis descriptio 229.2
diuiti malo an bonæ diuitiæ 190.33
diuite auaro & stulto nihil intolerabilius 191.9
diuites vitijs deditos suæ ipsorum familiæ quoque ridiculos esse. 25. 8
diuites voluptatem sequi, labores fugere. 14.20
diuitum curæ 20.14. ac æstus 21.19
diuitum luxus 23. 19. in vestitu 24.10.&c.
diuitum pericula. 22.14. & inde.
diuitibus nimio luxu etiam voluptatem perire. 28.35
diuitiæ an summum bonum 19.31
diuitiæ comparandis disciplinis impendendæ, 27.15
diuitiæ liuori & odio obnoxiæ 22.35. malorum causæ, ibid.
diuitiæ malorum hominum non bonæ 190.33
diuitiæ moderatæ, iucundissimæ: & quænam, 91.17
diuitiæ non nostræ, sed earum nos tantùm dispensatores sumus.
diuitiæ non summum bonum 31.25
diuitiæ ob quid petendæ. 26.9
diuitiæ quales sui cultores reddant 30.1
diuitiæ quomodo acquirendæ 228.18. &c.
diuitiæ spernendæ, 219. 26.
diuitiæ veræ quæ 219. 33. in cœlis. 236. 19
diuitiarum abusus 190. 35. nostro sæculo. 33 18.
diuitiarum extremũ malum, medium salubre. 90.4.
diuitiarum studium plerisque

risque solum 285.9
diuitiarum vanitas 21. 25
diuitiarum vsus quis esse debeat 32.2.33
absque diuitijs fœlicem vitam agere difficile 228.23
doctrina, vide Scientia.
doctrina animi bonum 70.2.71.20
doctrina improbi, insani gladio similis 190.23.
doctrina insipiens timenda 227.30
doctrinæ vsus ac prætium 15.31
doctrinæ sedulò incumbendum 223.8
doctrinam ex fato contingere 175.27
doctus iniquus, vt furiosus habens gladium 227.31
docti & æqui victus qualis esse debeat 228. 2. &c.
docto eusuro labore ac studio opus 121.23
doctúmne an bonum esse præstet 15.30
doctum pariter probumque esse egregiũ 227 29
docti re pauci, nomine multi 121.17
docti pauci 294.18
doctorum crebra conuersatio 27.24
doctorum & bonorum voluptas quæ
doctis nunquam deesse necessaria 27.30
dolor ad mentem reuocat 193.11
dolor nullus, vbi nullum iudicium 153.9
dolor voluptatis comes 44.25.49.5
dominis duobus seruire nemo potest 299.20
dormientium motus qualis 152.17
Dorophonus 199.24
Doxa, eiusque ex Ioue filij 199.23
draco sidus 253.5.34
Dryades 41.11. In dubijs vna opinio præferenda 240.32
dyspepsia 121.25

E

EBrietas quantũ menti obsit 179.14
ebrietas visum turbat 142.17.
ebrietas vitanda 228.5
ebrietatis detestatio 51. 13
ebrietatem qui morbi con-

XUM

consequantur 52.6,7
ebrius belluâ vilior 51. 21
Ecclesiæ sanctæ assertioni credendum 293.2
echinus 156.3
Echo 107.30. 142.24. 198.18
eclipseos ratio 259.10
eclipseos lunaris ratio 275.24
edendum vt viuas, non viuendum vt edas 52. 18
educatio, magni momenti 226.20
effectus, perfectum 136. 34
effectus nobis certiores causis 150.17
elleboro neminem non indigere 127.30
eloquentiæ vis ac pretium 25.30
Elisij campi 100.11
Enceladus 61.24. 178. 32
Engonasis 253.8 occasus 256.20. ortus 257.26
Enipeus 64.5
Ennosigæus ibidem.
ens primum, causa, non effectus 166.33
ens quid 249.15
entia incorporea præter deum, & alia multa 139.15
entia vera, an corporea 139.15
Epicuri descriptio 34.30
Epicuri philosophia seu disputatio de summo bono 35.26.&c.
Epicuro anima mortalis 37.33. voluptas summum bonum 35.32
epicycli planetarum 261 17
equi sidus 253.15
erebi tria stagna 201. 35
Eridani sideris ortus, 256.16. occasus 257. 24
Erinnys Acherontis filius 32.11
errantia sidera 273.15.& ibid. 29
error facilè imitabilis 167.15
Errorum scatebræ vnde 178.1
eruditio vide Doctrina.
eruditione an probitas præstantior 15.29
eruditorum nugæ 263. 32
Erymanthus gigas in mon-

montem. 198.25
exemplorum vis 167.15
exemplis magis quàm verbis docendi pueri 226.29.
exemplis rudes melius doceri 36.17
esse per se nec amandum, nec fugiendum 134.2
Estensis familia 10.14
Euandri luctus. 131.25
Euripidis mater ignoratur. 116.31
Europa fertilis & bellicosa 79.9
Eurus 140. 25. 272.15. & 32
Euridice 44.4

F

FAbricius 30.21
Fabula non omnis spernenda 15.17
fabulæ poëticæ 106. 19. &c.
faces in aëre ardentes vnde 271.19
facies pulcherrima quæ 290.1
facundia absque consilio 106.35
fama fami cognata 175.34
famæ inane studium 123.4. & 20. somnium 124.27
famæ præmia post obitum 39.8
famæ spes ad virtutem impellit. 10.11
fatum, causarum series 166.23
fatum, diuina voluntas 180.23
fati autor Deus ibid. 34
fati in amore & rebus omnibus vis 59.9. &c.
fati munera non respondere meritis nostris 182.9
fati vis contra conatus nostros 66.20
fato cuncta obnoxia 180. 34
fatum extra nihil fieri 173.33.174.11
fato amores iungi 65.1. solui rursus ibid.
fatóne an casu omnia fiant 165.30.166.12
fatorũ ordo certus 169.3
fatis omnia regi 64.24
fauoris conciliandi ratio 211.6
febris ex ebrietate 52.9

felicæ sedes 154.14
felix futurus quo ordine vti debeat 226.16
felix in terris nemo 81. 15
felix quis 31.13
felix verè quis 104. 29. 88.31
felix quis habetur 89.16
felix vocandus quis 81. 29. 87.31
felix rarus, vt phœnix 15 89.15.22
felle carentia animalia non irasci 154.26
Felsina 224.1
fœmina nihil mendacius 60.5
ferreum seculum, vbi astuti regnant 211.10
fidelis nemo 95. 32. in venere 99.21
fidendum nemini 66.6
fidendum paucis, ac rarò alijs 95.34
fides etiam inter coniunctissimos rara 129.1
fides paucorum tantùm 75.18.
fides verbis citra rationem non adhibenda 260.28.
fidei succumbat ratio 270.13.
filij ætate adhuc teneri bene instituendi 99. 2. 33
filij parentum plerunque similes 95.15
filiorum corrigendorum ratio 101.1
filiorum morbus & mors quomodo ferenda 98. 14
filiorum vitia patentibus imputanda 98.31
finis agentem mouet 83. 12
finis bonus 36.11
finis non omnis opus 84 31
finis optimus qui vltimus 83. 23. idemque summum bonum ibid. 24.84.10
finis specie prior, & facto posterior 36.10
ob finem omne opus suscipi ibid.
Florentiæ obsidio 224.3
fluminum perpetuus cursus vnde 274. 14. eorundem vsus ibi. 11
fontes vnde ibi. 11
Forma 69.31
forma absque materia consistens perfectior 285.20
forma amoris causa 64. 27

forma & materia naturæ principia 258.24.265. 25
forma rebus esse tribuit 281.2
formæ gratia fugitiua & infida 58.23.& inde
formæ corporeæ incorporeæ 281.6,7
formæ incorporeæ extra cœlum 283.22
formæ qua lege res generent 265.19
fortis tacet 77.22
forti viro vbique patria 228.35
fortitudo 70.10.& 119. 22
fortuna an regat mortalia 172.1
fortuna cæca 219. 16. instabilis ibid. 30
Fortuna, qui & Plutos 185.24
fortuna rerum domina & opum donatrix 92. 15
fortuna veteribus dea habita 165.11. & qualis dea 175.25
fortunæ arbitrio an omnia in mundo fiant 166.8
fortunæ bona nulli propria nec certa 219. 28. ideoq; spernēda 222. 8. somnia 236. 4. fumus, eadem 6
fortunæ comes libido 119.11
fortunæ incertitudo 116. 6. inconstantia 55. 29. &c.
fortunæ iocus stultorum imperium 212.25
fortunæ in rebus humanis lusus 221. 27. siue ludibrium 113. 6
Fortunæ modestæ commendatio 91.18
fortunæ potestas in terram & terrestria 183. 15. præter animas nostras ibid. 26
fortunæ proles voluptas 14.15.
fortunæ rete 174.21
fortunæ sola resistit virtus 27.32
fortunæ insulæ 100.11 & an sint
Fraus Pluti ancilla 40. 13
Fraus Veneri gratissima 96.23.
fraudem fraude repellere etiam iure licet 233.31
frugalitas veterum 30. 28. ad frugalit. exhort. 31.3

fulgura vnde 271.29
fulmina à dæmonibus cieri 209.1
fumo, hoc, est, vana gloria, nihil leuius 221,21
furiæ 130.8.9
furiosos etiam verum dicere 149.28
furor poëticus ibid. 7

G

GAdes 251.9
Gallorum in Italia bellum 194.12.16
Ganges 78.26. 251.9
Gangetica tellus 10. 32
Ganymedes, qui & Aquarius 258,1. vide Aquarius.
Ganymedis forma 24. 34
Ganymedi præfertur Philetus 57.7
garrulitas leuitatis indicium 76. 24
gaudia eò dulciora, quò rariora 28. 27
Gemin. signi stellæ quot 254. 28. eorundem ortus 256.15
gemmæ quare alijs lapidibus nitidiores 140.6
Getæ 28.3
Getuli 79.12
Gigantes in Arcadia olim 198.23. in montes versi 199. 8. à Menarcho domiti. eadem 19
Gigantes terrigenæ 61. 25
Γηγενοφονία 19.4.106.19
gigantomachiæ allegoria 178.29
gloria vera post cineres 222.20
Gloriæ humanæ vanitas 244.33
Gloriæ inane stud. 123. 4. soninium 124.28
Gloriæ vanum studium 221.2
Gloriam stertentes fugere 53.9
Gorgones 106.20
Græci nugaces 61. 20. mendaces 89.16.20
Græcia mendax 106.26
nugarum mater 146 15
Græciæ septem sapientes 127.30
Grando vnde 271.29
Grauia ad centrum fert 261.20
grauia leuibus viliora 139.23
Gula cauenda 228.5
Gula nequitiæ nutrimentum 62.34
Gula voluptatis satelles 43.

43. 30. & 50.23.
Gulæ dæmon qualis 206 23.
Gulæ & laboris fil. somnus 52.22
Gula nihil indignius homine 50.30
Gula perire plures quàm gladio 52.14
Guſtus animæ vis 157. 7.
Guſtus cunctis ineſt animantibus. 258.23
Guſtus quomodo fiat, ibid. 18
Guſtu tactúque ſolùm beſtias gaudere 71.4
Gyges 178.31
Gymnoſophiſtæ 133.25

H

HÆretici qui. 86.17
Harmonia 162.28
an rectè de anima dicatur. ibid. 26.
Harpyæ 106.20
Hectoris nobilitas. 115. 15
Heliacus ortus & occaſus 256.1.
Heliadum lachrymæ 151 2.
Helice 253.3.30.
Heniochus, vide Auriga ſidus.
Herculaneus nodus 174.1
Herculeæ columnæ 174 5.
Hercules Ferrariæ dux, 10.12.
Hercules quoque voluptati ſuccubuit. 46.19
Herculis armenta Geryoni abreptà 20.4
Herculis geſta 46.1
Herculis nobilitas. 115. 16.
Herculem bene merendo cœlum ſibi acquiſiſſe, 73.4
Hermes Triſmegiſtus. 185.10
Hermus aurifer 104.25
Heroes qui 240.5
Heſperethuſæ pomaria. 20.5
Hippoc. medicus. 254. 13
Hiſtoriarum vſus. 15.13
Hœdi ſidus. 254.11
Homerus 24.31
Homeri mors 275.11
Homeri nobilitas 116. 28.
Homo animal præ alijs miſerum 143.24
Homo cæteris animalibus quo præſtat 50. 32.

Homo deorum simia & risus quando 111.11
Homo homini iuuando naturâ creatus 33.2
Homo homini maximè formidanda fera 128. 24
Homo inter deos & bruta medius 162.6
Homo quando fœlix 88. 16. qua ratione dijs gratus fiat 289.4
Homo sermone tantùm & manibus bestijs præstat 86.17. 87.4
Homo spiritualis quis, 243.28
Homo terræ & animantibus regendis præfectus à Deo, 275. 11
Homo virtutibus præditus mortalis deus 285. 27
Hominis creatio 143.19
Hominis inuenta 18.31
Hominis misera nativitas, 125.9. infantia 125 18, 25. pueritia ead. 29. iuuentus 34. ætas grauior. ead. 126.9. senecta ibid. 20
Hominis philautia ac scientiæ persuasio, 111. 20.
hominis substantia, virtus 83.33
homini cætera animalia subdita 18.28
homini tactus & gustus quàm cæteris animantibus perfectior. 158. 24.
Hominem deos affari coràm posse, atque videre 292. 3. 293.4
hominem gula bestijs similem fieri 49.35
hominem veterem quomodo exuere oporteat, 289.28
homines quot casibus obnoxij 128.3
homines verè qui. 240.5
ad homines virtutum studiosos exhortatio 286.6
hominum diuersa genera 213. 13. optimum. 210 6. prudens. 210. 17. 2. stultum ac diserrum. ead. 210. 32. stultum. 212. 24. insanum. 213. 9.
hominum diuersi colores 209.24.
hominum et dei quanta distantia 86.9
hominum fortuna nulla perpetua 118.6
hominum ignorantia et error 200.3
hominum nemo non vitijs obnoxius 85.17. 86.4

homi-

hominum pertinax cæcitas 19.18
hominum simulacra tantùm non homines cerni 35.21
hóminúm vita, fabula. 80. 23. militia 219.7.
honestum 69. 30. honesta quæ 73.21
honesti partim habenda ratio 13.25. in gaudijs 49.7
honos alit artes, & virtutem 36.31
honor homini sufficiens quis 125.4
honor qui confertur indigno non honor ib.6
honor somniam 124.28
honor virtutis præmium 71.33
honores nec corpori nec animo prodesse 124.31
Horatij nobilitas 116. 27
horizon 250.24
hortorum vsus 91.30
humanæ vitæ consideratio 125.28
humanum genus solum omnium animalium species refere 112.21
humanum genus vtri simile 111.26
humani generis calamitas & miseria 135.20
humano in corpore multæ pecudes 221.15
humiles à deo amari 230. 32
humor natiuus 154. 12
Hyades 254.27
Hyale 230.18
Hydræ fidus 253.25. 255.19. eius ortus 256 27. occasus 258.8
hydro crudelior 59.12
Hydrochous 248.34
hyems 171.13
hyemis incómoda 126.32
hypocrita 192.32

I

IAna dæmon 246.27
Iapetus 178.31
Iberi ad extremum occasum 205.24
Icarus 12.26
Icari casus 197.2. temeritas 122.22
ignauia vires hebetat, 228.11
ignauorum querela in senectute 218.25
ignis aëre leuior 271. 32
ignis animantum viuificans 153.30
ignis in sub cælo lunari orbi propinquus 271. 15,34

ignes in terra gigni multos. 277.34
ignes per aëra volantes vnde 271.24
ignorantia errorum causa 186.22. & mater 227. 22. Pluti filia. 40.10.
ignorantia veri ac boni prima animæ in vitia ruentis contagio, 202. 14. hincque stultitiam et scelus nasci. ibid.19
immodica nocent. 227 16
imperfectum debile 136 2
vide Perfectum.
imperia prudentibus cõmissa optimè habere. 210.23
improbis perpetuus comes metus 12.16
incertum in mundo nihil 169.31
Indi 79.11
indigites dij quales 173. 1
indoctus rarò probus, 227.11
indulgentiarum merx, 212. 14
intertia 289.9
infamia voluptatis comes 49.5
infantiæ mala. 125. 18
infelix quis 31.21
inferi ad australem plagam. 108.21. subterranei 278.4. quare in terræ centro credantur esse 284.31
inferi an in terræ centro. 199.30
inferi poëtarum figmentum. 38. 7. sacerdotum lucra. ibid.25
inferi re vera inter homines 129. 2
inferorum descriptio 130. 3
ad inferos iter quale 107 19
apud inferos quid iam agatur 224.19
inferos plerique nullos credunt 285.6
ad inferos quauis etiam hora innumeros tendere 225.10
infinitum an ex finitis partibus 138.17
infinitum nullum corpus 280.17
ingenium ex fatocontingere 175.27
ingenio hominis durissima quæq; refringi 277. 20
ingenio quosdam natura, non arte donari. 17.12

ingenio vires cedunt. 77. 14.
ingeniorum diuerſitas. 293.7
inguines. vide Crapula.
iniuria quomodo vindicanda 77.25
ab iniuria abſtinendum. 217.7
inſani quale hominum genus 213.9
inſcitia errorum & ſceleris mater 173.26. leges ridet 17.3
inſidiarum humanarum varij modi 128.30.
inſtitutio, quanti momenti 216.20
inſula quid 146.6
Inſulæ fortunatæ 145. 35
Integritate nihil amabilius 74.23
Inuidia amantibus metuenda 66.12
Inuidia lætis rebus infenſa 49.11
inuidia maximè oculos infeſtat 208.3
inuidiæ deteſtatio 66. 25
inuidiæ pater ac rex dæmon qualis 207.33 ibid. 9
Iouis amores 63.32
Iouis & doctæ filij 199.23
Iouis planetæ domus. 251.30
Iouis poteſtas 84.11
Iouis ſphæra & motus, 251.14
Iouem Latinis deum ac ſummum bonum dici. 137.1
ira frænanda 222.15
ira ſtultis cognata 213.2
iræ gradus 154.34
eiuſdem cauſa 154.12
ſedes ib. 24. materia 25
iracundos nõ amari 77. 10
iris Iunonis nuntia, 204. 1
iris vnde, & vbi appareat 204.28
Iridis inuocatio, & deſcriptio 204.5
Iſtet 78.26
Italiæ bellum 194.12
Italiæ loca à ſtudioſis iuuenibus maximè frequentari ſolita 121.9
Ithylus 42.16
iucundum. vide Delectans.
iucundum natura omnes quærere 37.26
iucundis quinam capiantur maximè. 73.10
iudicio carentia, etiam

sensu carere 153.6
Iuno 45.5
ius vi opprimi 248.2
iuris nodosa scientia 19. 25
iura silent bello 292.6
iustitia 70.9
iustitiæ studium 217.7
à iustitia quæ potissimùm abstrahant 217. 29. & inde
iustus; vide bonus.
iustos malú non pati 193 3. & inde. & 20
iustos quare Deus interdú malis exerceat 193.8
iuuentæ commodis dum licet vtendum 58.25
iuuentæ mala 115.9
iuuentæ malè transactæ deploratio 218.3. &c.
iuuentus ad malum prona 100.30. & luxuriæ delita 33
iuuenum studia 121.8
iuuenibus mala commercia in primis cauenda 100.34
Ixion auari typus 21.22

L

LAboris & Gulæ filius somnus 52.22
laboris vis 100.25
laborem citra nihil egregium fieri 190.24
laborem contemnã spe & amore 239.16
labore cur membra languescant 152.2. &c.
Lachesis 10. 31. & 234. 28
lacteus circulus 250.18
lacus vndè 194.17
Læstrigones 57.21
lætitia nimia mos horum & mortis etiam causa 102.2
lætitiæ vsus 101.34
lampyrides 268. 23
lapis philosophorú qualis, & quomodo inuentus 229.18
lapidis philosophorum virtutes 234. 3
largiendi nostro tempore abusus 33.28
Latini à Græcis nugari didicêre 106.27
Latinos Græcorú quoq; exemplo deliraſſe 89. 21
Laudanti coràm fidere non tuum 74.17
laudare absentẽ an præsentem melius 74.11
laudari omnes cupere 73 32
laudis studiú inane 123. 4.20.

4.20.somnium 124.27
leges ab imperitis maximè negligi 17.3
leges aranearum telæ similes 120.27
leges bello opprimi 232.6.passim nummis succumbere 120.22
lectio animi esca 244.14
lectionis autorum ratio 77.7
Leo decim. Papa 273.17
leonis signum penetrans sol calidissimus 24.18
leonis signi stellæ quot 254.33. eiusdem ortus 256.23.
lepus sidus 255.12
eiusdem ortus. 256.26
occasus 257.28
lepores 42.27
Lethe 52.23
Letheus fl 107.23
Leucothea 129.17
leuiora quantò grauibus præstent 141.17.139.21
libræ signi stellæ quot 254.35. eiusdem ortus 257.5
liber an sit qui vxorem duxit 93.18. & 98.3
liber nemo 125.20
liber quis habendus 177.7.& 180.3 ibid. 11. solus sapiens 177.12
de libero arbitrio 174.4
libertas cælibatus periculosa 98.8
libertas omni pretio pretiosior 90.29. pernicioſa res pueris 99.35
libertatem vendere turpissimum 92.34
sine libertate nil laudabile 92.33
libertate nil magis generosos decet 92.17
libri quales sapienti legendi 244.6
libido fortunæ comes 119.11
libidine omnia plena, 133.4
licentia 98.6
linguæ munere nos bestijs præstare 86.23
lippitudo ex ebrietate 51 11
lis & amicitia an rerum primordia 151.7
liuor, vide Inuidia
loci & temporis habenda ratio 74.8
locum pullum esse frustrà, sed omnia inhabitari 278.8
locum præter corpus nil occupat 146.34
locustarum prodigium, 194.19

Lopadis & Vranij filia Venus 61.22
Lothos Priapo amica 41. 27
lucelli spes 20.19
Luciferi dæmonū principis descriptio 208.26 &c. vide Sarcothæus.
Lucretia 95.26
lucri faciendi rationes honestiores quæ.91.34.
lucri studium 72.26
luctum mora mansuescere 98.32
ad Lutherum tollendum Clementis Papæ apparatus. 247.29
lunæ area venti prænuncia 273.33
lunæ color interdiu 268 21
lunæ corpus durum 259. 18
& opacum ibid.25
lunæ domus 252.1.
lunæ eclipsis vnde 275. 25
lunæ innocatio. 229.27
lunæ maculæ quidnam, 268.9
lunæ magnitudo vnde pateat 261.33
lunæ regia 197.27. vrbs. 198.1. ars 199.13
Lunæ regna, dæmones incolæ 200.26
lunæ pars, quam sol non spectat, cœlo similis 246.29
lunæ vltima sphæra, terrisque proxima 268.13 eiusque motus 271.24
lunam supra bona & fælicia omnia: infra, mala 175.26. & 200.10.
lunicolarum cum Gigantibus bellum 198.28
lux an aliqua sine corpore 280.30
lux solis effectus 271.12.
lucis diuinæ particula soli impressa 282. 13. & alijs ibid.26
lucis subiectum ac fundamentum an aër 281. 20.& 282.6
lucem etiam absque aëre constare 282.11
luxuria Pluti filia. 40.9
luxuriæ dæmon qualis, 206. 23.
luxuriæ detestatio 231.24
luxus diuitum descriptio. 23.19
Libya anguifera 207.5. ferox 79.8
Lycaon 42.22
Lycæus gigas. 198.24.in montem. 199.8
Lyncei visus 197.22.177 31 Lyræ

lyræ sidus 253.8
occasus 257.3
ortus ibid.26

M

MAchaon medicus, 234.12
Mædri olores 127.16
Mænalus Gigas 198.23
in montem 199.8
magica ars 247.1.273.2
magica arte cogi dæmones tam bonos quam malos 173.7.29
malum duplex 189.21
malum omne infra lunam 175.26
mala corporis & fortunæ quibus mala 194.1,2
mala cum multis communia leuiora 98.19
mala cuncta in terris clausa 267.35
mala quatenus à Deo; 187.16. quomodo Deus permittat fieri 184.31
Mala semper bonis plura 168.8
mala vnde proueniant 185.3.&c.
malorum cognitio non mala 170.12
malorum nostrorũ causa peccatum 189.6
malorum fons causa postrema 183.32. dæmon 186.35
malorum nullum non aliquando prodest 82.28
malorum tria genera 69.24
malus quis non 118.33
malus omnis æger 190.4
malus sponte nemo 173.27
mali lucẽ oderunt 186.18
malorum conuersatione abstinendum 76.13
malorum hominum successus 162.14
malos semper æstuare metu 12.18
malis hominibus boni nihil contingere posse 189.32
malis quare interdam gratificandum 217.17
mansuetudini studendum 77.12
Marcellus à Calliope lauro coronatus 134.19
marmore surdior 58.16
marmora quare alijs lapidibus nitidiora 140.6
mare. vide Oceanus.
mare cur salsum 274.25
maris

maris diuersa nomina, 274.8
mari ac terra quodlibet astrum maius 145.13
Marinæ rupes 324.4
Marius quando nobilis, 115.4
Martis domus 251.32. sphæra & motus ibid. 15
materia an æterna fuerit. 269.4 270.17
materia & forma naturæ principia 258.24
materia prima qualis à Deo facta 265.25
matrimonium. vide Coniugium.
matrimonium à Deo institutum 62.11
matrimoniúmne an virginitas præstet 63.12
maxima duo simul esse non posse 270.34
Medicina 18.23. certum sapienti viaticum 234.7
medicina nisi perfecta, periculosissima ars 103.25
medicinæ commendatio 234.8, 25.
medicus egregius nunquam mendicus. 234.16.
mali medici carnifices 103.16 ibid. 21
medici consulendi ratio. 102.25
medici sophiæ & dialecticæ studiosi. 103.9
medicorum impostura. 102. 31. & ignorantia 103. 2. fastus ibid. 14
medicorum nostra ætate sophia. 214.16
medicis se committere non tutum, sed quibus. 103.16
mediocritas in rebus dulcissima 91.18
meditantes quare oculos claudant 261.25
Medusæ caput, fiducia 53 11
Megæra 46.21
Melas 194.14
Melicerta 129.18
Mellinæ encomium rusticum 59.17
membra cur labore defatigentur 152.3
membrorum tremor ex ebrietate 51.23
Menarchus lunicolarum rex, déque eo plura 198 17, 18
mens 70. 4. eiusque proprium noscere verum. ibid.

mens affectu ebria 179. 34
mens animæ sol 159.1
mens in nobis diuina 177.22
mens remittenda interdum, & quatenus 49. 19
mens sensu præstat 148. 30
mentis acies 217.3
mentis affectus diuersis ex causis 127.17
mentis bona 70.5. dignitas 240.14. & vis 158. 33
mentis & carnis pugna 180.15
mentis oculus ratio 177. 24
mentis sedes in capite 157. 18
menti proprius orbis 148.1. eique consimilis ibid. 6
Mercurius deorum nuncius 223.16
Mercurius sublimatus 239.10
Mercurij domus 251.35 sphæra & motus 251. 21
Mercurij inuocatio 229. 28
meridianæ plagæ descriptio 267.4
meridiei periphrasis 42. 30. & 58.12
meridionalis populus qualiforma 209.25
meridionales circuli 250 32
metallorũ purgatio 139. 26
metallorum vsus 275.6
metus perpetuus improbis comes 12.16
Miastor dæmon, eiusque descriptio 207.34
Michael archãgelus Sarcotheum æthere depulit 208.31
Midæ stultitia 23. 5. auriculæ asininæ. ib. 17
militia ob voluptatem 36.24
minari, fœmineum & timidi animi 77.20
ad Mineruæ sacraria durum iter 121.22
Minos 119.33
Minois vrna 30.13
miser quis 89.28
mites à Deo amari 220. 32. mobile primum, supremus cœli orbis 251.3
modestia 70. 11
modus in rebus omnibus optimus 101.33

XUM

Molorchæus leo 46.5
Momi quæstio de monachis quibusdam 223. 21
monachi porci 223.29
monachorum cœlibatus 62.29
monachorum descriptio 96.25
monachorũ libido 133. 4
in monachorum quorundam libidinẽ 223. 26
monachorũ sophia 214. 25
monachos plerosque descendere ad inferos 225.24
monas 136.15
monstra quoq; non casu fieri, & cur ita dicta 171.18
montium vsus 275.31
moralis vita 118.34. quàm difficilis 119.33
morbo in tempore occurrendum 102.14. & quomodo 24
morborum causæ 101. 18. natura 24. parentes 26. & item aliæ plures 28. & inde.
morborum turba, quibus hominum vita infestatur 137.6
morosophi 263.28
mors intestata ex ebrietate 52.13
mors miseros fœlicibus æquat 53.4
mors nemini parcit 219 22
mors non metuenda, sed quibus 134.7
mors non omnia dolet 162.10
mors perpetuus somnus 53. 19
mors quid 98.29
mors somno quanto melior 139.13
mors vltima malorum meta 98. 23. forti non metuenda ibid. 24
mortis cõmendatio 129. 20. consolatio 98.20. descriptio eiusdem 108 4. prosopopœia ib. 10
mortis germanus Somnus 52.24
mortis memor esto 217. 22. & 287.4
mortis omnium & genus & hora fatalis 175.4
mortis prædictiones 175 18
mortem à nemine non metui 110.22
mortem nunquam serò

venire 68. 25. proindéque non lacessendâ ib.
mortem vterò accersere, nisi diuinæ leges prohiberent, quàm viuere satius 133.31
morte nihil & certius & incertius 175.17
mortui non deplorandi 98.25
mors animi bonum 70. 2. & 71.20
mores à teneris perceptos durare etiam in adultis 226.21
mores an ex fato 176.12
mores bonos corrumpi prauo commercio 100. 29
mores cuiusq; quomodo deprehendendi 72.16
mores eorum quibus placere velis, obseruandi 72.3
mores nostro seculo prorsus extincti 11.28
mores qui à teneris hauriuntur, etiam senibus ineſſe 99.8
mores volútatis esse 70.4
morum honestas 12.3
morum humanorum cõsideratio 210.1. & inde.
morum humanorũ corruptio 237.34
morum similitudo amicitiæ fomes 74.31
morum tractatio optima, & Musis dignissima 11.22
moribus decorari homines, non vestitu 25.4
Mosi credendum 270.12
motus animæ vis quomodo voluntati pareat 151.33
motus animi 154 18. & inde.
motus in dormientibus qualis 152.18
motus maximus quis, 263.9
motus pluriúmne an vnius principij 135.10. &c.
motus sphærarum cœlestium primo mobili contrarius 251.8
motus vitæ præcipuum indicium 150.22
motus causa corporibus vita 141.14
motus causa an calor 150.24
motus vis in omnibus elementis, sed in cœlo maxima 263.5
motu & quiete res omnes distinctæ ibid.6
à multorũ consuetudine abstinendum 76. 1.11
mun-

mundus an æternus, vide cœlum.
mundus an propter homines creatus. 85.11
mundus an propter solum hominem conditus 145.1
mundus an ratione regatur 165.31
mundus archetypus 148. 9. sensibili isto perfectior 148.10
mundus Ditis regio 144 14
mundus ex materiane, an ex nihilo creatus 268. 34. ex nihilo 278.11
mundus hospitium animantium 132.6. malorum congeries 185. 11. scelerum cauea & feratum stabulum 143 16.& 133.27. scelerum patria 119.35.tyrannis, 124.23. scena, 120.9. spelunca latronum 132.35.stultorum cauea 35.24
mundus sensibilis, à metali archetypo 148. 18
mundus verus in æthere 147.23. cuius hic tantum imago 27
mundiætas 269.25
mundi quatuor cardinum periphrasis 19.7. destitutio eorundem 204.27
mundi condendi quæ causa fuerit Deo 269. 26.271.1
mundi diuino à fumino creatore facta 149.12
mundi princeps Christo & Paulo quis dictus 171.21
mundi huius princeps fortuna, Pluton, Sarcotheus 185.24
mundi triplex portio, 280.26
mundum, & quæ in eo sunt amore conseruari 67.7.26.
mundum fugientes monachi, immundum sequuntur 62. 32
muneribus deos non corrumpi 288.11
murenæ cum serpente coniugium 207.13
Musæ nouem, mentis bona 70.6
Musarum fons 106.10
Musarum inuocatio 81. 21
mutari omnia 55.31

N

NAblia 158.8
Naphæ 17.35
Nar-

Narnia 247.2
Narniæ ruina 194.14
natalium splendore gloriari stultum 115.19
natura, diuina lex cunctis rebus ab initio imposita 265.16
natura materne an noverca dicenda 213.24
natura minimis contenta 23.17
natura morborum quorundam causa 101.24
natura non multò potentior vsu 99.19
omni motore potentior 265.12
naturæ in iungendis cõtrarijs sagacitas 277. 13
naturæ lex 217.11
naturæ lusus in monstris ac informibus fœtibus edendis 171.23
naturæ ordo quomodo immobilis 264.32
naturæ principia duo, materia & forma 265. 25
naturæ vim assuetudine quandoque frangi 119 5
naturæ totius consideratio 249.13
naturam frænari quidē, non vinci posse 99.26
naturam nihil facere incassum 171.33
naturam solus Deus vincit 265.13
natura præter Deum nihil in orbe melius ibid. 14
natura sine arte nil perfectum profert 100.4
nauigatio ob voluptatem 36.22
nauium vsus 19.6
nebulæ vnde 272.8
Nectar 268.2
Nemrothi turris 198.33
Nepa sidus 254.35
Neptuni metamorphoses ob amorem 64.5
nequitiæ nutrimenta, gula & otium 62.34
Nestoris luctus
Nili septem ostia 78.29
Nili sidus 253.20. & 255,11
nimium omne amarum 29.3
nimium omne nocet 90. 5
nives vnde 272.28.273. 9
nobilis an qui diues 112. 35
nobilis appellatio 118. 11

nobilis appellatio 218. 13
nobilis verè quis 114.7. &c.
nobilem neminem nasci 116.22
in Nobiles nomine tenus, sed re nebulones 114.21
nobilitas animi, non corporis decor 124.8
nobilitas generis quid 113.27
nobilitas omni pretio dignior 112.24
nobilitas vera quæ 115.1
virtus 115.15
nobilitatis origo natura 114.3
nobilitatis stulta æstimatio 112.12.28
nobilitatem per testamenta non relinqui 115. 26
nodus Herculanus 174. 1
Nomadæ 79.11
non quot, sed quales aliquid dixerint, notandum 241.1
nox fraudibus apta 268. 26
nox quid 275.22
noctes longiores aut breuiores quando, & qua ratione 275.27.34
nubes vnde 271.28
Nisus rex in auem conuersus 54.10

O

OBsequio paratur amor 72.28
casus descriptio 205. 23
occasus signorum triplex 255.24
Oceanus pro cœlo 146. 4
Oceanus quare nympharum pater 274. 21. & ead. 4
Oceano terras cingi 78. 23
otium tempestiuum vires reparat 227.19
otium nequitiæ nutrimentum 62.34
otium vitiorum fomes, 95.23
otia laude carere 18.9
otia vires debilitant 228. 12
oculi, animi speculum 156.21
oculorum ratio 157.14
oculos quare claudamus meditantes aliquid, 161.25

odium

odium inter dissimiles, 86.14.
odoratus animæ vis 157.5. quomodo fiat. 158.14
officium quomodo gratum fiat 70.4
Ogygia 12.12
oloris sidus 253.7
omne quod est, vel opus, vel operatio, vel operans est 83.6
omnia interire 38.32
operatio sine vilior. 83.13
opus, operatio operans ead. 7
opus omne ob finem suscipi 36.9
opes. vide Diuitiæ
Ophiochus. vid. Anguitenens.
ophthalmia 121.26
opinio lunam imitatur, 143.4
opinio multorum, vt ratio paucorum 112.33
opinio nobis propria, vt diuis ratio 167.25
opinio vulgi rectrix. 142.34
opposita oppositis curari 102.21
oppositorum opposita ratio. 37.25. natura qualis, 188.28
optima in terris Deus pauca esse voluit 294.19
ordo rerum immutabilis 184.24
ordo rerum pulcherrimus 167.10
Orestis & Pyladæ amicitia 75.17
Orestis furor 51.20
orgia 51.34
orientis descriptio 204.11.
Orion nauigantibus insidus. 34.7
Orion sidus 253.19
Orpheus 44.4
ortus signorum triplex. 255.26
Ossa 117.24
ostrea Cyzicena 23.26
Othonis lex de theatri ordinibus 187.6
Ouidij Metamorphosis, 12.27
amores 12.29

P

PActolus aurifer 104.25
Pædagogus qualis esse debeat 226.24
Pedogeni nupta Venus, 61.6

Pæon medicus 234.12
Palestinæ sorores. 23.3
Pallantias 53.33
paludes vnde 274.19
Pamphagus Vranij filius triguttur 62.2
Panchaia thura 41.6
panis qui leuior, melior. 139.30
pannosos, quamlibet eruditos contemni 24.25
paralleli circuli 250.23
paralysis ex ebrietate 52.12
parentes morborum causæ 104.17
parentes quantum in filijs, quales euasuri sint, referant 226.21
parentum mutilatis vsuri momenti 111.14
pares cum paribus, &c. prouerbium 227.0
Paris 87.25
Parium marmor 58.16
Parnassi colles 9.2
parsimoniæ laus 31.3
Parthenope 121.11
Parthi 79.13
Pasquillus 118.8
Pastorum contentio elegans 56.29
Patauium 121.18
patientiæ commendatio, 26
patientia vinci omnia 55
patria bonorum in cœlis 187.20
patrum sanctorum vita, 197.29
D. Pauli de prædestinatione locus translatus 187.7
pauper quanto securior diuite 30.13
pauperes minùs expositi periculis quàm diuites. 30.13
pauperes non despiciendi 226.8
pauperum neglectus 26.19
paupertas æquo animo ferenda 220.11
paupertas multis vtilis. 220.13
paupertas quantum studia literarum impediat 26.15
paupertatis domus 40.22
pauperiem curando vestè 10 pori obstato 118.20
pax ex amore 64.5
pax hominem maximè decet 232.10
pacis incommodum 233

pacis studium maximè homines decet 202.26
pacem non constare nisi inter paucos 75.31
peccare, an liceat imponè, quia Deus non offenditur 188.22
peccata, quære vitia.
peccatis hominum Deum non offendi 187.24
peccatis leuioribus non offendi superos 289.16
pecudes. vide Bestiæ
pecudes carere arbitrio 177.19
pecudũ voluptates quæ 71.11
pecuniæ vires 17.1
Pegasus 106.28
Pegasi sidus 253.15
Pelion 117.24
pellex vxore quamò deterior ac incommodior 95.4
pellicis concubitu maximè vxores offendi 97.21
per se ens, perpetuum 137.12
perfectũ imperfecto prius 236.7
perfectum vnum tantum 136.13
perfecta omnia rara, 210.14
perfectissima duo esse simul non posse 270.28
Pergama 12.21
peritus rarò peccat 16.35
Permessus 195.11
Persarum gazæ 17.21
Persephone 107.22
Perseus 253.18
Persei sidus 253.10
Perusium 121.12
pestis causæ 102.4
phantasia 151.33
phasiani Colchici 23.22
philautia 111.20
Philetus 57.7
Philocreus dæmon eiusque descriptio 206.23
Philodoxi 263.28
Philomela 17.34
Philorrus 199.24
Philosophiæ moralis difficultas 118.20
Philosophorum lapis 229.18
Phlegeton 38.8
Phlægra 117.22
Phœnicis raritas, Græcorum figmentum 89.22
Pholoë gigas 198.24
physica virtutis pars quã difficilis 120.35
physicus medicus, qui & clinicus 102.28

Physiologia disciplinarũ pulcherrima 227.22
pictorum audax inscitia. 261.3
pietas extincta 33.13
pietas reliquarum virtutum ianua 216.16
pietate erga Deum nihil majus. ibid.30
pilæ lusus 21.15
pinus in quam mutatus Atys 41.19
piscis austrinus, sydus 253.27
piscium signi stellæ quot 255.6.
planetæ, eorumque ratio 284.11 & domus. eod.
planetæ etiam ventorum causæ 272.4
planetarum epicycli 262.19
Plato 14.10. Socratis discipulus 116.32. & 149.30
Platonis ideæ 283.29
Platonis sententia de astris fixis 261.22
Pleiadum ortus 18.8
Plotinus divinus 149.31
pluviæ vnde 271.28
Plutonis in aulaquid iam fiat 274.14
Plutus 31.35
Pluti regia 40.4
Podogra ex ebrietate, 52.9
Podagræ periphrasis 24.3
Poëma quale esse debeat 13.22
Poëmata qualia pueris legenda 15.23
pœnitentia sera 218.26
Poëtarum an fabulari tantùm 106.15
Poëtarum assentationes, 106.18
fabulationes ead. 106.31
Poëtarum contemptus. 33.20
Poëtarum figmenta ad delectandum 38.6
Poëtarum fontes 278.24
Poëtarum fingendi licentia mẽdacia 106.14
Poëtarum furor 149.11
scribendi temeritas 13.5. petulantia. ibid.8.
Poëtarum nugas veræ sapientiæ præponi 215.13
Poetas fuisse tales, qualia sunt quæ scriptis prodiderunt 14.35
Poeticæ fabulæ 106.24
Poli duo 249.33
Polyphemi armenti 20.2

Poly-

Polyphemi oculus 177. 25
Pompeij extincta stirps, 116. 1.
Pontifices an dulciùs viuant cæteris mortalibus 90.1
Pōtifices bellicosi, Christi dogmatum securi, 247.35
pontificum rapina 133.2
pontifices plerosque etiam ad inferos descendere 325.26
populus Herculi grata 41 29
cum populo quomodo conuersandum 76. 19
porrigo ex ebrietate 51 9
portenta vnde dicta 171. 18
possessa res possessore minor 87.34.35
potens frustrà quis 270.1
præsepe sidus 254.32
precum assiduitate vincend. superi 291.10
Priami interitus 108.28
Priapo amica Lothos 41 27
primordia siue principia rerum an lis & amicitia 151.7
Primum mobile 251.3
Principium rerum vnicũ tantùm 136.13
principium rerum purũ, ac simplex 136.16.32
viuens ibid. 22. sapiens. 26. bonum, ibid. 28. per se 137. 3. totum, 137. 15. an corporeum 137.27
principia esse perspicua debere 150.13
principia naturâduo, materia & forma 258.24
princeps mundi quis Christo & Paulo dictus 172.21
principis imago vulgus 207.30
principum nostri temporis studia 133.17.
principum in ferendis sacerdotum flagitijs oscitantia 212.19
pristis sideris quot stellæ 255.10
prius causa efficiens posterioris 271.1
probitas eruditioni coniuncta maximè laudanda 16.31
probitas exulat 119.35
probitásne an scientia præstantior 15.30
probitate nihil amabilius 74.24
probus rarò, qui indo-

ctus 227.11
probum pariter doctúmque esse, egregium, ibid. 29
Procyonis quot stellæ 255.14
prodesse alijs, duobus modis 73.19
prodigalitas cauenda 32.28
prodigia bello Italiam vexante visa 194.18
Progne 42.15
Prometheus 118.28
Promethei donum ignis 233.22
prophetarum vaticinandi vis vnde 164.19
prophetarum vita 293.20
Proteus 167.25
prospera in aduersis spernenda 55.27
Prudens 105.26
prudentis est dissimulare 77.22
prudentis officium 121.28
prudentibus commissum imperium, optimè habere 210.23
prudentia 119.29. omnium victrix 77.14
prudentia ad quid homini conueniat & conferat 122.25
pruina vnde 271.29
psittacus 42.17
pueri creduli 211.35
pueri qualia esse studia debeant 227.10
pueri qualis debeat esse ad philosophiam institutio 226.25
puerorum corruptio ex obscœnis poëtarum scriptis 14.25
puerorum turpis amor 25.35
pueris blandiri perniciosissimum 101.5
pueris pro vera sapientia, poëtarum nugas prælegi 215.24
pueris qualia prælegenda 15.23
pueris res perniciosa libertas 100.1
puerilis ætas educationi ac disciplinæ maximè idonea 99.10.31
pueritia quomodo à magistris coërceatur, 121.2
pueritiæ mala 125.18
putei vnde 274.21
Pyladæ & Orestis amicitia 75.18
Pyraemon 12.19
Pyrois Solis equus 55.9

Pyr-

Pyrrha 233.25
Pythagoras 149.31
Pythagoræ litera 218.10

Q

QVercus vno ictu non cadit 291.14
Quies animum reficit ac vigorem reuocat 265.1
Quiete & motu res omnes distinctæ 263.1

R

RAna bouem æquare volens rupta 122.24
Ratio 48.30. quare ab affectibus oppugnetur 48.10
ratio diuis propris, vt nobis opinio 167.25
Ratio dux fida sophorum 169.15
prudentum rectrix 142 34
Ratio fidei succumbat. 270. 23.
Ratio lumen ac vis animi qualis 177.22
Ratio paucorum, vt opinio multorum 112.34
Ratio quomodo affectibus succumbat 179.25
Rationis cum affectibus certamen 179. 14
Rationis iudicium quam sensuum certius 142.27
Rationis, non sensus iudicium sequendũ. 217.3
Rationis sedes in capite, 178.17
rationi arbitrium coniunctum 177.16
rationi credendum in ambiguis 263. 35
rationem ducem quare pauci sequantur. 151.27
solus sapiens nemo 177 12
ratione nos dijs esse similes. 30. 35. à brutis distare 143. 3
ratione quinam regantur 144.2
an ratione tantùm homines bestijs præstantiores 86. 28
regni summa potestas non patitur plures 167 9
Religionis vsus 160.16
religione frænandũ vulgus. ibid.
Remissis dæmõ 247.23
Requies interiecta vigorem instituit 227. 19
res eædem diuersis diuersæ 193.32
Rerum animatæ aliæ, aliæ inanimes 83.26
Rerum creatio ex nihilo. 264.23

rerum crebra mutatio 79 1
rerum natura quatenus æterna 262.22.& inde
rerum omnium certus euentus. 169.31.171.6 & inde.
rerum principia an lis & amicitia 151.7
rerum vnicum tantùm principium atque perfectum: vide principium
rerum vsum, non res ipsas mortalibus à natura traditas 131.35.132.1
rete Rhamnusiæ 174.21
regis imago vulgus 207. 30.252.33
reges an cæteris mortalibus dulciùs viuant 90. 2
regum bellandi furor 78. 32
regibus bellorum quæ causæ 232 30
regum in ferendis sacerdotum fraudibus ociantia 212.19
regum perpetuus comes metus 90.25
regum rapina 137.1
regum stultitia magnárũ sæpe vrbium exitium. 232.26
Rhadamanthus 159.33
Rhamnusia 174.21
risus nimius stultitiæ signum 78.10
à Risu nimio cauendum. ibid. 22.
Rixa ferarum propria. 222.25
Robur quatenus bonum, 82.12
Roma à Gallis directa. 194.13
Romæ luxuria et gula reliquáq; flagitia 247.26
Romani imperij ruina ex superbia 220.28
Romani populi adhuc pauperis plures victoriæ 30.25
Roman. ambitio 108.17
Romanorum nobilitas virtute parta 115.9. viti sq; rursus amissa eadem. ibid. 5
Romanorũ virtus 108.34
Ros vnde 271.29
Roseus color, amoris signum, 290.3
Rotundum corpus cunctis alijs maius ac melius 138.7
Rubri maris gemmæ 79. 34
opes 104.24
Rusticæ opes 57.39

S

SAgitta sydus 253.13
eiusdem occasus 257. 4. ortus. ibid. 32.
Sagittarij signi stellæ quot. 255.4. eiusdem ortus 257.32
Salamandras in igne viuere 267.18
Saliares cœnæ 42. 35
Salis montes in mari 274 28
Salmonis 64.6
sancti patres, eorúmque vita solitaria 292.29
Sanguis calfactus an motus causa 150.25
Sanis omnia sana 193. 34
Sanitatis curandæ ratio, 101.15
Sapere deorum propriũ 110. 10. & Sapere & scire, pulchrum. 227. 30
sapere frustra, qui serò sapit 237.4
sapiat citò qui sapit 219. 5.
sapiens an affectuum expers esse debeat 48. 15
sapiens affectibus imperat. ibid. 22
sapiens dijs amicus 235. 25. bisque felix. ibid. 28
sapiens pacis studiosus esto 233.27
sapiens quando quis fiat, 105.23
Sapiens quantùm reliquos mortales excellat 105.12
Sapiens qui minùs alijs stultus 246.29
Sapiens quo ordine quis fiat 227.7
Sapiens rationem, non sensus sequitur 127. 8
sapiens solus liber 177. 12
vno minor Ioue 105. 20
Sapientis exemplum & imago 237. 7. & inde.
sapientis officia 105.21
sapienti an ducenda vxor 231.7
sapienti fugienda vulgi commercia 235.11
sapienti virginitatem cõuenire 231.18
sapientem an etiam bella gerere deceat 231.31
sapientem in senecta quid deceat 235.1

sapientem

sapientem in terris nullum reperiri. 246.23. 248.8
sapientem quæ ars potissimùm deceat. 234.4. 248.8
sapientum libris incumbendum 223.8
sapientum multorum interitus causa, hominum conuersatio 235.15
sapientibus tantùm orbis imperium committendum 221.30.31
sapientia dijs similes reddit mortales 104.18
sapientia fœdum pectus non inhabitat. 105.28
sapientia hominum dux. 19.26
sapientia non idem quod scientia 214.31
sapientia peccati expers, 173.27
sapientia quid 104.33
eiusdem parandæ gradus 105.26
sapientia sola animi cultrix 215.2
sapientia solis diuis conuenit 246.25
sapientia vera quæ, 215.8
sapientia virtutum princeps 104.28
sapientia vulgo inuisa, 235.12
sapientiæ acquirendæ ratio 144.10
sapientiam sperni 222.5
sapientiæ laus 215.1.&c.
Sarcotheus 185.25. mundi princeps 33. dæmonum princeps, rex 208 11
Sardanapalus 44.16
Sarracilus dæmon 246.27
Sathiel dæmon. ibid
Saturni domus 251.28
Saturni gramen 199.2
Saturni sphæra & motus. 251.12.
è Saturni testibus excitata spuma creatam Venerem 61.18
Saturno rege aureum sæculum. 41.26.68.26
Satyri petulci. 18.1.41.10
scabies ex ebrietate 52.9
scarabei stercore gaudent 286.23
sceleris in homine sedes vbi 202.28
sceleris origo. ibid. 19
sceleris soror stultitia 180.29
scelesti dijs inuisi 289.22

scientia

scientia, certorum tantũ. 170.16
scientiâ differre nos à bestijs, & dij fieri similes 16.5
scientiâne an probitas præstantior 15.29
scientia quando decorem suum amittat, & vbi, 16.6
scientiæ coniuncta probitas, maximè laudanda 16.32
scientiam nostram ex rebus nasci, non contrà, 170.33
scire deorum proprium 121.30. & scire & sapere pulchrum 227.19
scoria 139.27
Scorpionis signi stellæ quot 255.26
Scorpij ortus 257.16
scribere qualia oporteat poëtas 13.16
Scylla 21.7. & 45.31
Sebethides vndæ 194.17
Semele 52.1
semen non semper fructũ referre 116.10
semidei qui 240.5
senecta mala 126.20
senectus quare iuuenta prudentior 161.5
senes loquaces 35.13
senes qua ratione decrescant, & incurui fiant, 154.10
sensus a ratione quid differat 48.28
sensus gaudia quatenus licita 49.7
sensus gaudia nobis cum bestijs communia 70.30
sensus animum turbant, 161.31
sensus mentis sidera 159.1
rationis ministri 178.18.
sensus quinque perfectis tantùm animantibus dati 155.34
sensus verti aëre 142.19
sensuum iudicium fallax. ibid.5.
sensum voluntates 37.16
Septentrionalis gentis descriptio 209.27
Septentrionis descriptio. 206.17
sermo animi index 15.1
sermonem quæ deceant. 77.
in sermone quænam seruanda cautio. 76.23.
Serpentarius. vide Anguitenens. eius occasus 256.17

ser-

serpentinæ caudæ abscissæ motus qualis, 152.29
serpens fidus 253.13
serpentis veneno depositio muræenam amicum petentis, séque posteà conficientis descriptio, 207.13
serpentis veterem pellem exuentis descriptio 289 29
Serûm vestes 235.33
servus quis, & quàm miserum servire 92.18,19
Sibyllæ furor 149.13
Sibyllarûm castitas 63.01
sidera directa & obliqua quæ 252.19
sidera quo quæque modo oriantur, aut occidant 256.4
sidera singula an orbes, 148.33
sidera singula quot stellas habeant 253.29
sidera terrestria quæ, 252.23. aëria 24. aquatica 25. ignea 28 masculæ & fortunatæ 28. fœminea & infortunatæ 30. siderum lapsus 271. 20. ortus & occasus triplex 255.26
de Siderum ortu & occasu 252.25
siderum vis in nascentes 2269
Similium tantum est amor 86.13
similitudo morum, amicitiæ fomes 74.31
simplex compositò prius 135.30
Sinon 82.21
Sirius 24,19.36.20
Sisyphus Aeolides 38.15
sistra peluſiaca 148.8
sobrietatis commendatio 179.30
societas prava vitanda, 226.32.33
Socrates 14. 2. eiusdem nobilitas 116.32
sol an igneus, & an mergatur Oceano 34.13
sol cur luceat 280.34
sol lucis causa 271.12.
mundi archetypi Deus summus 148.11
sol quare præter cæteros planetas scintillare videatur 262.18,19
sol rerum parens, eiusdemq; invocatio. 54.22
solis circulus obliquus. 250.15
solis domus 257.33
solis cursu variari tempora 276.6

solis materia luci aptissima 282.27
solis motus à reliquis sex planetis diuersus 262.16
solis occasus periphrasis 50.12
solis ortus descript. 34.28
solis sphæra & motus, 250.20
soli impressa diuinæ lucis particula 282.13
solem in cœlo lucere solum, ab eóque reliqua omnia astra lumen accipere 268.12
solem quotidie parallelum vnum facere 250.23
soles tres apparentes quid 273.35
solaris eclipseos ratio, 259.21
solitus quò mariora, eò dulciora 28.26
solitaria vita aut insana aut diuina 192.25.26
solitudo sapientem quando deceat 234.28
Soronus Gulæ & Laboris fil. Voluptates comites 192.22
mortus germanus ibid. 24
somnus miseros felicibus æquat 53.4
somnus mortis imago, 163.10
somnus placem mortalibus affert solus 129.5
somnus quid 129.34
somnequietem quibus infestam natura volucrit, 129.9
somni vsus quis 31.5
abusus & damna 52.28
sonus nullus sine aëre 260.3
soni causa 157.25
Sophiæ 130.29. animi cultura 214.11.15
sophus quo ordine quis fiat 226.5
Soractes appollinea 246 21
Soractis incola sapiens. 237.1
Sors Pluti ancilla 40.13
sortis diuersitas an etiam ex fato 181.19.& inde.
species in rebus deceptiol 123.9
spiritus mali corrumpi, sed corpora tantùm 67 19
spes, pharmacum nobis naturæ consilio datum 144.28
spei calcar 239.16

sphæ-

sphærarum cœlestium, motus & ratio 251.3
sphærarum octo motus primo mobili contrarij 260.5
sphærarum superficies leuiss. 260.14
sphærica figura omnium perfectissima 260.30
spiritualis homo quis, 243.28
spiritus proprie tenuis, sensus motus 293.10
spiritus sanctus assiduè petendus 239.19
spiritus motus, intra viscera, animæ minister 152.15
stagna Erebi tria, limosum, spinosum, fumosum 202.35
stellæ aut dij aut dæmum templa 217.5
stellæ duræ corporis 259.28
stellæ pro insulis 146.6
stellæ suæ cuiquerris 261.10
stellarum colore interdiu 259.17
stellarum delapsus 271.22
stellarum diuersæ à cælo species 261.6
stellarũ motus à dijsne, an per se 264.3
stomachi morbus ex ebrietate 52.13
strongylus 12.38
Strymonis grues 129.15
studiosis literarum facultatibus opus 227.8
studij puerilis ratio 227.8
studia literarum ob voluptatem 36.27
studiorum diuersitas 72.5. varietas cur à natura instituta 176.2. & inde
stulti contentiosi 66.15
stulti magistratus fortunæ locus 212.30
stulti quale hominum genus 211.16
stulti quare veritatem fugiant 47.27
stultorum amicitia non diuturna 75.3
stultorum infinitus numerus 127.28. maxima turba 143.33
stultis cognata vitia quæ 75.7. 101.36. & inde.
stultis creandis natura gaudet 211.26
stultos nos esse quare natura voluerit 243.25
stultitia humani generis mater de matris 117.33. sceleris soror 180.29

stul-

stultitia pharmacum nobis naturæ consilio datum 144.28
stultitiæ fons vnde 123.
stultitiæ humanæ sedes vbi 202.27
stupor ex crapula 228.7
Stymphalides 46.8
Styx palus 33.32
substantiæ sedes cœlum 168.25
substantiam in terris cerni nullam posse ib.19
de Summo bono diuersæ opiniones 19.31
superbia 119. 12. bellorum causa 68.25
superbia rebus secundis cognata 208.28
superbiæ stagnum 203.5
in superbos 38.28
superbos non amari 77.10
Superi amandi 240.8
& à quibus amentur ib.11
Superos, voluptate sola frui 11.37.5
superstitio vnde 97.11
D. Siluestri templum in Soracte 238.30
Symplegades 21.6
Syren, voluptas 217.32
Syrenes 106.21
Syrtes 47.30
Sysiphi saxum 20.23

T

TActus animæ vis, 157.8
tactus cunctis animantibus inest 158.23
tactus quomodo fiat ib. 21
tactu gustuque solum bestias gaudere 70.33
Tagus aurifer 19.34
Tanais 78.26
Tantalus auari typus 23.12
Tartessi littus 61.27
Tauri signi stellæ quot 255.15
Telescopus 199.23
tellus rotunda & in medio aëre pendens 78.21
Tempe Thessalia 100.10
tempus omnia fert ac rapit 215.34
temperantia 70.11
Tempestas fluct. vnde 157.34
Tempus cognoscendum 218.30
Temporis & loci habenda ratio 74.8
tẽporis fugacitas 218.39

Tem-

tempore dolorem, & curas mansuescere 98.32
tempore omnia consumi 38.35
tempora solis cursu variantur 276.3
terra bonis ac dijs infensa 53.25
terra breue hospitium, 287.1
terra elementorum vilissima 140.13. & quasi fæx, ead. 7. reliquis elementis infirmior 140.32
terra & mare, punctum tantùm reliquo mundo collata 145.10
terra & mari quodlibet astrum maius 145.11
terra lachrymarum vallis 287.18
terra opacum sidus 148.33
terra sine homine, quid. 18.29
terræ globum assiduè sol circuit 275.21
Terræ pars qualis Sarceano tecta, qualisque relicta nobis 274.34. &c.
terræ præfectus à superis homo 275.8
terræ quò quidque plus habet eò esse vilius, 140.10
terram habitari totam vndique 276.15. 277.16
sub terra etiam homines 276.9
terrarum crebra mutatio 79.1
terrarum præses dæmon malus 184.26. 185.12
in terris nihil puri, sed mixta omnia 168.16
teræ motus, causa 277.31
terrena contemnere difficile 290.26
terrena omnia nugæ, 286.18
terrena qui volunt cœlestia nolunt 290.24
Thaumantiæ laus 204.10
Thebæ Oedipodioniæ, 44.9
Theorea scopulus, 195.26
vbi Thesaurus, ibi cor 220.21
Thraces 79.14
Ticini ruina 194.14
tigris 42.23
tigride sæuior 58.15
Timalphea, Aretes filius 61.9

timor

amor vilis animi argumentum 110.18
Tisiphone 38.10
Titius 106.25
titulorum ac nominum vanitas 221.2
titulorum nostra ætate arrogantia 117.35
tonitrus à demonibus cieri 208.23
tonitrus vnde. 271.29.
totum, Deus 137.15
trabes ignitæ in aëre 282.18
Tropicus cancri. 250.6
Triton 34.10
turba à turbando dicta, 75.32
Typhones 34.4
Typhoëus 61.24
Typhurgus dæmonum rex 205.25
eiusque descriptio 204.30

V

VAletudo 69.35. & 71.26. & 71.26. omni censu præstantior 101.16
vapor duplex 271.23
vaticiniorum certitudo 170.17
venenum quatenus bonum 82.25
ventus ex resoluta aqua 273.22
venti cardinales qui, & quot 272.15
venti entia 241.31
venti vnde 272.4
ventorum in aëre potestas quanta 272.10
ventorum materia 273.
ventorum officium à Deo iniunctum 140.23
ventorum vis 273.22
ventos aut dij, aut fidera mittunt 272.34
venus è maris spuma nata 61.17
Venus legitima nulli culpæ obnoxia 63.19.20
Venus Pædogeni nupta 62.6
Venus quare instituta 62.11.
Venus voluptatis comes 61.16.43.14
Veneris domus 252.27
Veneris papillæ 59.23
Veneris voluptas 37.21
in Venere nemo fidelis 96.20.
Ver non vna dies 89.5.

Veris periphrasis 17.33
Vergiliæ 254.26
Vergilius 24.30. eiusdem Æneis 12.21
veritas aureus ramus &c. 110.32
veritas mentis perfectio. 107.13
veritas stultis inuisa 47. 32
veritatis lumen inuisum. 112.18
Vertumnus 169.29
veri cognitio difficilis, 167.22
verum cognoscere, deorum proprium 121. 29
verum defendere interdum nocet 74.7
verum dicere multis interitus causa 235.17
verum frustra defendere, ridiculum 221.21
Verum ratione, non sensu deprehendi 142. 27
Veseui incendium 278. 2
Vesper 54.12
Vestales 63.10
vestis vsus quis 71.4
vestium luxus 24.10
vestium splendor authoritatem parit. 24.21
victima sidus 255.16
victus habenda ratio 103. 31
vigilando, non stertendo gloriam parari 53.8
vigilijs nimijs & corpus & mentem corrumpi. 140.9.
vigorem requie interiecta restitui 227.19
vino ingenia obtundi 514. 11.
vina amantes diuina negligunt 52.4
vir bonus pacis studiosus 222.27
virginis signi stellæ quot 254.33.
virginitas à quibus seruetur 63.3
virginitás ne an matrimonium præstet. ibid 12.
virginitas vera dijs gratissima 231.22
virtus aduersis agitata nitescit 193.18
virtus celsior exit cum premitur 55.28
virtus æterna 27.27
virtus florente adhuc ætate amplectenda 218.34
virtus fortu. sola resistit. 28.4
virtus hominis substantia 168.24

virtus in medio vitiorum 78.12
virtus inuicta 18.14
virtus malis odiosa 186.4
virtus prima, Deum colere 216.9
virtus propter se, non propter honorem petenda 124.6
virtus quando vtilis & honesta putanda, 71.32
virtus quoque fato obnoxia 59.10
virtus sine censu languet 124.11. 228.24
virtus sola non facit beatum 88.22
virtutis in cœlo sedes, eiusdemque descriptio, 100.9
virtutis iter 100.14
virtutis nostro tempore neglectus 94.15
virtutis pars moralis quã amara & difficilis 118.18.
item altera Physica 120.33
virtutis pretium 11.30
virtuti comparandæ nihil non impendendum 27.16
virtuti nihil magis aduersum quàm voluptas 217.26
virtutem citra præmia negligi 14.18
virtutem etiam vulgo suspici 25.24
virtutem fortunæ non cedere 228.34
virtutem præter nihil durabile 27.25
virtutem vtilitate & honoribus ali 36.31
virtute claros homines & gratiosos reddi 25.16
virtutum præcepta 217.8
vis vnita potentior 75.22
vim vi repellere, etiam iure licitum 233.31
vires ingenio superandæ 77.14
virium absque probitate noxa 191.30
visus animi hospitium. 156.17
visus ebrietate turbatur 142.17
visus quo pacto fiat 156.26
visus sensuum præstantissimus 156.4
vita an substantia 138.29

vita corporis qualis 243. 11
vita corporibus mouendi causa 141.14
vita dum adest fruendum 39.11
vita duplex 160. 11
vita hominis militia 119 7
vita hominum, fabula 80 23
vita hæc fragilis quare contemnenda 287.17
vita moralis 118.30
quàm difficilis ibid. 31
vita morte potior 244. 22
vita nisi bona, non vita 133.35
vitæ breuitas 31.16
vitæ huius calamitas sæpè meditanda 244.21
vita hominum chaos 210 3
vitium animi morbus, 190.1
in vitium naturâ ferri omnia 100.2
vitiorum cæterua in teris vnde 184.8
vitiorum omnium origo hominibus quæ 202. 19
vitiorum principijs obsistendum 179.4, 18
vitiorũ prona via 100.19
vitiorum, quibus mundus scatet, catalogus, 132.27
vitijs neminẽ carere, sed suo quemque laborare. 289.12
vitijs nihil odiosius 74. 27
viuentis corpus quomodo grandescat 153.28
viuentium alia rationalia, alia rationis expertia, 83. 29
Vlysses Polyphemi oculum extinxit 177. 28
Vlyssis socij in porcos mutati 46.32
vmbræ 149.5
vocis causa 158.5
voluntas alijs alia vnde, 151.26
voluntas an motus causa 150.28
voluntas animi virtus 70 3.
voluntas bonum appetit 173.28
voluntas cæca 30.33
voluntas diuina duplex, 180.31
voluntásne an fatum mores in nobis pariat. 176.7
voluntatis bona 70.8

voluntarum diuerſitas, 72.4
voluptas alijs alia 294. 25
voluptas blandum venenum 218.1
voluptas Epicuro ſummum bonum 35.32
voluptas fugienda 45.32
voluptas iucundior, quò rarior 28.27
voluptas quænam dignior, diuitis an pauperis 29.25
voluptas quid 36.15
voluptas ſerua magis quàm regina vocanda 46.34
voluptas ſiqua nobis datur, incerta ac breuis datur 44.31
voluptas ſola non facit beatum 88.26
voluptas ſtultis cognata, 212.35
voluptas ſtultos prauoſq; reddit 193.10
voluptatis deſcriptio 45. 14
voluptatis expers vita miſera 26.21
voluptatis inſidiæ 46.35
voluptatis origo vnde 37. 16
voluptas ſtagnum 203.1
voluptati frena imponenda 217.24
ad voluptatem omnia hominum facta, velut ſcopum, tendere 37.2 36.1
voluptate nihil perniciosius 28.18
voluptate ſola frui ſuperos 37.5
votum caſtitatis quale, 63.14
vox emiſſa ſemel irreuocabilis 76.35
Vraniæ inuocatio 258. 15
Vranius 61.22.23
Vrſæ vtriuſque ſignum 253.30
Vſura Pluti ancilla, 40. 13
vſus naturam parturit 99. 18
vſu nil fortius 180.7
vſu res omnes commendari 58.29
vtile omnes iam præter virtutem ſequi 94.15
vtile quid 69.32
vtilia mediatè & immediatè 70.22
vtilitas fouet artes & virtutem 36.31
vtilium quæ præſtantiora 70.19

vtilitas facit esse deos 97.6
vxoria fides 94.20
vxor an ducenda sapienti 231.6
vxor ducenda, & qualis, 95.13
vxor in adulterio deprehensa quomodo punienda 97.31
vxor molesta quomodo emendanda 96.8
vxor suspecti pudoris quomodo obseruanda, 96.18
vxoris cum pellice collatio 95.4
vxoris impedimēta 231.10
vxori quomodo acquiescendum 93.19
vxorem habens, an liber 93.18
vxorem nulla re dolere magis quàm pellice 97.21
vxore carere quibus liceat 62.19
Vulcanus 17.21. Lemnius 230.19
vulgus bellua 213.16
vulgus plerunq; regis sui aut principis imago, 207.30
vulgus religione frænandum 180.12
vulgi amor 75.30
vulgi commercia sapienti fugienda 235.11
vulgi comes discordia, 75.30
vulgi conuitia tidenda, 294.22
vulgi crassa mens ibi. 23
vulgi error & opinio ex sensuum iudicio 142.32
vulgi furor 98.2
vulgi iudicio non accedendum 27.22
vulgi laudes spernendæ bono viro 124.15
vulgo inuisa sapientia, 235.12

X

Xerxis agmina 205.9

Z

ZEphyrus 54.2.134.33.140.25.272.30
Zodiacus 250.15
de Zodiaci duodecim signis 252.3
Zodiaci signa singula quot stellas habeant, 253.29

Zona

Zona media non prorſus deſerta 226.28
Zonæ mediæ proxima gens qualis 209.24
Zona non vna tantùm hominibus habitabilis, contra Græcorum opinionem 277.8
Zonam terræ nullam eſſe inhabitabilem 276. 16
Zonæ cœli quinque 249 28
Zonæ externæ non penitùs deſertæ, 276. 331

FINIS.

XUM

MARCELLI

PALINGENII

STELLATI POETAE

DOCTISSIMI

Buckford Dunsland,

Zodiacus vitæ:

HOC EST,

De hominis vita, studio, ac moribus optimè instituendis, Libri XII.

Opus mirè eruditum, planéque Philosophicum; ex collatione optimorum exemplarium emendatissimè in vsum Studiosorum denuò excusum.

Cum Indice accuratissimo.

LONDINI,
Ex officina Societatis Stationariorum.
1616.

Cum Priuilegio Regiæ Maiestatis.

Iudicia, expendíque iterum mortalia facta?
Ille autem, humanam mentem (respondit) opaco
Carcere membrorum clausam, ignorantia & error
Opprimit, & longè oppressam per deuia ducit.
Hinc hominum genus in nugas & somnia pronū est,
Et procul à vero, nisi quis Deus adsit, aberrat.
Non mirum est igitur si vestri multa poetæ
Falsa canunt, quoniam pancis via cognita veri est.
Tu tamen hæc memori mysteria pectore habeto;
Omne quod est supra Lunā, æternúmq; bonúmque
Esse scias, nec triste aliquid cœlestia tangit:
Quicquid verò infra lunæ conuexa creauit
Omniparens natura, malum est, mortíque seueras
Perpetitur leges, & edaci absumitur æuo.
Hæc loca disiungit medius lunæ orbis, vtrique
Mundo interiectus, cœli confinia seruans.
Ergo vbi terrenos artus liquêre, feruntur
Huc omnes animæ, atq; ipsis commissa fatentur
Iudicibus: quorum iussu, loca certa, suísque
Moribus apta petunt, & habent sua præmia in illis.
Quanto quæque magis vitiorum fæce grauata est,
Tanto etiam magis ad centri loca turbida tendit.
Contrà quo melior quæque est ac purior, hoc se
Altius attollit, summóque propinquius orbi.
At quibus æqua boni est animis mensura, malique,
Hic remanent, habitantque diu lunaria regna:
Donec post multos longæui temporis annos,
Aut lapsæ in vitium rursus terrena reuisant,
Aut bene purgatæ æthereas mittantur ad arces.
Hæc ait ast ego tunc, Cur tam pauca (dixi) piorum
Astra petunt animæ, & summo potiuntur Olympo?
Cur sic in vitium pronæ labuntur, & ipsam
Virtutem fugiunt miseræ, lucíque tenebras
Præponunt? cur fœda magis quàm pura sequuntur?
Vnde illis tantus furor, & tam cæca voluntas?

Tunc

Tunc ita respondit nobis Areteius heros;
Et cupio, & fas est tibi me recludere multa,
Iudice te, pulchra, & scitu dignissima; quando
Non te huc aduenisse reor sine numine diuûm,
Et diui hæc te scire volunt, ad limina quorum
Nemo venire potest viuus, nisi vectus ab illis.
Ergo audi, & quæcunque loquar, fac mente reponas.
Sed priùs hinc operæ pretium est secedere paulum.
Iuimus, atque alta in specula consedimus ambo,
Vnde maris terræque orbem spectare licebat,
Tunc has diuino deprompsit pectore voces:
Esse malæ per se nequeunt, nec sponte suapte
In vitium tendunt animæ, quarum æthere ab alto
Est genus, & quarum diuino è semine origo est:
Nec praua esse potest per se natura animarum,
Quas Deus ipse creat, quo nil authore mali fit.
Sed sunt quædam aliæ causæ, quæ in tartara cæca
Detrudunt miseras, & multo crimine fœdant:
In primis verò corpus, nam carceris instar
Est animæ, quam dum membrorum nexibus arctè
Implicat, æthereæ mentis suffocat acumen:
Haud secus ac intus positam vas sicule flammam,
Et nebulæ nitidum obducunt Hyperionis orbem.
Tunc anima ipsa subit cunctarum obliuia rerum,
Tunc bibit infernam lethen, rasæque tabellæ
Efficitur similis, quam dextera nulla notauit.
Ergo ita captiuâ, & moribundo in carcere clausam,
Mille quidé illudunt pestes, mille vndique monstra
Oppugnant, quáque arte valent euertere tentant.
Qualis viminea dum fortè quiescit acanthis
In cauea, mulcens vario sua fata canore:
Ad quam prorepit summisso corpore fallax
Ælurus, miserámque infestans vndique terret:
Venator murum ælurus, voluerúmque peremtor.
Illa autem metuens rabiem prædonis? in omnes

Obuo-

Obuolitat partes, ac se fugitando tuetur;
Interea alter adest hostis, similique furore
Attonitam infestat, donec per latius æquor
Vnguibus immissis prensam extrahit ante mallum,
Et solito extractam mandens cum murmure gluttit,
Talis diuerso hinc illinc vrgetur ab hoste
Infœlix anima & fugiens hæc retia, in illa
Incidit, humano dum corpore clausa tenetur.
Nescit enim quid agat, quò se retrahatne feráue,
Et decepta boni specie velut ebria notat.
Vnde nisi auxilio monitoris, & arte docentis
Paulatim in lucem è tenebris ducatur opacis,
Deteriora petit semper, meliora refutans.
Prima igitur labes animæ, & contagio prima,
Præcipuúmque malum, quod culpa corporis illi
Euenit, est veri atque boni ignorantia, de qua
Iudicium falsum exoritur: quæ maxima pestis
Humano est generi. de qua duo monstra creantur
Stultitia atq; scelus. sed ab his mala cuncta duobus
Proueniunt quæcunq; homines patiuntur, aguntue.
Quippe omnes peccant, vel quòd bona falsa sequun-
Stultitia monstrante viam: vel quòd scelus illis (tur,
Immittit stimulos, quibus in facta impia aguntur.
Propterea rectè aut stultus dici, aut sceleratus
Ille potest quisquis peccat ratione relicta.
Verùm in parte animæ quæ concupit, ipsa resedit
Stultitia, atque illic habitans tentoria fixit:
In parte autem alia quæ irascitur, est scelus, armis
Terribile atque dolis & lethiferis aconitis.
Hi duo sunt reges magni, & magna agmina ducunt
A tergo, humanúmque genus populatur vterque.
Ambo etenim veri expertes, falsóque creati
Iudicio (vt dictum est) animas in carne sepultas,
Naturæque suæ immemores, ac lucis egentes,
In tria stagna Erebi & mortis ducúntq; trahuntque.

Quo-

Quorum vnum fertur limoſum, illíque Voluptas
Præſidet: aſt aliud ſpinoſum dicitur, in quo
Regnat Auaritia, & lucrandi effræna cupido:
At reliquo eſt nomen fumoſo, cuius habet ius
Imperiúmque tenet ſitibunda Superbia honoris.
In tribus his ſtagnis animarum maxima toto
Turba perit mundo, hæc illis immenſa ruina eſt.
Nam quæcunque vndis merguntur talibus, illas
Perdit amor carnis, fugitiuorúmque bonorum:
Nec ſe vltrà agnoſcunt, cœlíque ocliuia potant,
Vſque adeò vt vitam præterquam corporis vllam
Eſſe negent, ſeſéque aboleri in funere credant.
O viles craſſáſque animas, & ab æthere procſus
Auerſas, nil egregium & ſublime putantes,
Sed pecudum more in terras tantùm aſpicientes.
Sunt & cauſæ aliæ propter quas efficiuntur
Prauæ animæ, vnde malis multis iure afficiuntur.
Namque vbi denſantur nubes, pluuiæque creantur,
Et venti horriſono concurſu fulgura gignunt,
Illic prauorum ſedes eſt dæmoniorum,
Quorum opera fiunt peſtes, inſanáque bella,
Et tempeſtates, terra pelagóque furentes.
Horum aſtu, fraſu, hortatu, impulſúque, dolóque,
Turba ignara hominum ruit in turpiſſima quæque
Flagitia: hinc recti, hinc obliuiſcuntur honeſti.
Sed quoniam tentatores & dæmones iſtos
Peruerſos paucis conceſſum eſt poſſe videre,
Pauci ideò credunt vſquam reperiri illos:
Imò aliud nihil eſſe putant quàm nomen inane
Plerique, ac veluti ægrotorum inſomnia rident.
Tu tamen hunc abs te errorem propelle, meíſque
Crede, fidémque habeto (nam ſunt veriſſima) dictis:
Vtque ſcias melius nullas me fingere nugas,
Iamiam oculis fuxo proprijs tute omnia cernes.
Sed prius hic tentare opus eſt Thaumantida votis,

Quæ mandata solet Iunonis ferre per auras,
Dissipet vt vento nubes cælúmque serenet,
Impediat ne te spectantem turbidus aer.
Ergo Irin supplex tali sum voce precatus,
Iri decus cœli, vario spectanda colore,
Quæ nube ingentem roranti porrigis arcum,
Aduersóque sinu radiantis lumina Phœbi
Excipis, absorptásque ad nubila conuehis vndas:
Iri hominum stupor, & Iunonis nuntia magna,
Thaumantis verè proles miranda vetusti,
Redde precor nobis pulsa caligine clarum
Ætheri, & Æolio imbriferos Pulcherrima claude
Carcere dius Notos, próque his permitte serenos
Stellantis cœli Boream percurrere campos.
Continuò his dictis septem de parte trionis
Emicuit Boreas, & siccit flatibus omnem
Aëra purgauit latè, purumque reliquit.
Post hæc nescio quo irroratus mea lumina succo,
Dux meus, aspice, ait, iam mundi arcana videbis.
Pandite nunc vestros fontes, vestra antra, sorores,
Quæ inga lauriferi Parnassi excelsa tenetis,
Et mihi (namque opus est) date centum in carmina
Vt possim aereos reges populosq; referre, (linguas,
Ludificatores hominum, scelerúmque magistros,
Qui assiduè vexant mortalia cuncta, suisque
Artibus humanas tradunt in tartara mentes.
Hic vbi puniceo coniux Tithonia curru
Oceano emergit primùm, primúmque nitescit,
Nocturnas abigens rubicunda luce tenebras,
Ingentem vidi regem, ingentique sedentem
In solio, crines flammanti stemmate cinctum,
Pectus & os illi turgens, oculique micantes,
Alta supercilia, erectus, similísque minanti
Vultus erat, latæ nares, duo cornua lata,
Ipse niger totus: quando nigra corpora prauis

Dæmo-

Dæmonibus natura dedit, turpésque figuras,
Dens tamen albus erat, sannæ albæ vtrinq; patentes.
Alæ humeris magnæ, quales vespertilionum,
Membranis contextæ amplis; pes amplus vterque,
Sed qualem fluuialis anas, qualémque sonorus
Anser habere solet: referebat cauda leonem.
Nudus erat, longis sed opertus corpora villis.
Multa illi adstabat turba, innumerúsque satelles.
Circum aderant longè latéque quot agmina Xerxē
Non habuisse puto, peteret quum Marte Pelasgos,
Infœlix, vix inde fuga rediturus inermi.
Quisque suis vncum manibus, follémque tenebat.
Folle quidem vt capita inflarent, ventóque replerēt
Illorum quibus aut magnas fortuna dedisset
Diuitias, vel quos doctrina, robore, forma,
Nobilitate, alijs multis præstare viderent:
Vnco autem, vt quos impleſſent petulantibus auris
Iam satis atque super, fumosa in stagna tumentes
Pertraherent, prædam ranis colubrisque futuros,
Atque alijs habitant illo quæ gurgite monstris.
Regi huic (quem dixi) nomen fuit, estq; Typhurgo.
(Sic etenim aiebat declarans cuncta meus dux.)
Post hæc occiduas quà Titan vergit in vndas,
Et prono curru extremis impendet Iberis,
Sollicitam direxi aciem, similémque priori
Prospexi regem, sublimi in sede locatum,
Aplesto cui nomen erat: populósque regebat
Spirituum innumeros, Solis quoscunque cadentis
Fert regio, atque plagis quicunq; morantur in illis.
Dipsada quisque manu dæmon gestabat, & vncum.
Tunc Iouis atq; Aretes natus, Vidén, inquit, vt ipsos
Quisque suum irritent angues, digitisque lacessant?
Vt morsu grauiore petant, grauiore veneno
Inficiant terrenorum hominum vilissima corda?
Nam qui pesteferi lædunur vulnere dentis,

Amit-

Amittunt mentem miseri, & cœlestia prorsus
Despiciunt: tantáque siti vexantur, vt vnquam
Expleri nequeant, frustráque bibendo laborent.
Dumque ita nequicquá semper sitiúntque bibúntque
Immemores mortis, sortis, cœlíque, suique,
Ecce adsunt diris armati dæmones vncis,
Abripiúntque illos, & adhuc sitientia figunt
Guttura, spinosi stagni mergenda sub vndas.
Illic innumeris pœnis plectuntur, & illic
Plurima monstra latent, præsertim plurima hirudo,
Moribus assiduis quorum noctésque diésque
Intolerabiliter cruciati, denique reddunt
Quem viuendo alijs olim extraxêre cruorem.
Nec tales minuunt longissima secula pœnas.
Ergo hic rex facit, & punit quos fecit amaros.
His dictis conuerti oculos ad frigida mundi
Sidera, quá geminam noster polus aspicit arcton,
Et sua semper agit circum sarraca Bootes.
Illic regem alium video, innumer ásque malorum
Spirituum turbas, Aquilonia regna colentes,
Gestantésque hamos manibus. tũc dux meus inquit,
Rex hic qui gelidis Boreæ dominatur in oris,
Luxuriæ atq; gulæ est princeps, idémq; Philocreus
Nomẽ habet, non fraude alijs neque viribus impar.
O quantum noxæ cæcis mortalibus affert!
Namq; hamis quos ipse vides, dulcem inserit escam,
Infectam tamen occulto Stygióque veneno,
Hisque capi iubet insulsos, stagníque profi
In vada nigra tradi captos, & gurgite mergi.
Qui mox mutati in brutorum corpora, fiunt
Porci, asini, tauri, vulpes, vrsique, lupíque
Atque alia, humanæ quæ sunt expertia mentis.
Nec satis hoc, vespis, curbonibus, & scarabeis
Torqueour miseri assidue, quæ plurima in illis
Obuolitant ripis animalia, ibique morantur.

Tali-

Talibus oblectant placántque Philocrea pœnis,
Gaudia qui carnis, spreta virtute, sequuntur.
Hæc ait, ast ego, quà vertrex decliuior austrum,
Nubiferúmque Notum gignit, genitúmque per oras
Anguiferæ Libyes, spatia in contraria mittit,
Prospiciens visu intento, quanta agmina cernit,
Et quantos passim conuentus dæmoniorum,
Hinc atque hinc uigris alis per inane volantum.
Rex erat in medio magnus, magniáque corona
Insignis, qui torua acie vultúque maligno
Vibrabat stridens linguam paulo ore trisculam.
Vipereum in morem, & virus saniémque vomebat:
Qualem mutenæ coluber stimulatus amore,
Gaudia coniugij metuens temerare veneno,
Effundit summo in scopulo, effusámque reponit
Cautibus in rigidis, mox saltu præcipitem se
Deijcit in medias sinuosi fluminis vndas,
Sibiláque ingeminans charam vestigat amicam:
Illa sono audito, confestim occurrit amanti,
Multiplicíque ambo coniungunt corpora nexu.
Ast vbi iam Vesteris tandem est expleta voluptas,
Emergit lætus coluber, pestémque relictam
In scopulo repetit prudens, sitáque arma requirit:
Quæ si amora videt, vel proculcata, dolore
Afficitur tanto, vt mœrens, vitámque perosus
Térque quatésque caput saxis illidat acutis,
Donec morte animam & curas simul exuat omnes.
Iste igitur rex talis erat, talesque videbam
Esse suos populos: plerumque est regis imago
Vulgus, & ad mores accedere principis optat.
Dextra erat ipsorum fallaci armata dolone,
Liuidáque ora, atri dentes, spumosáque labra.
Regē hunc inuidiæ esse patrē dominúq; Timalphes
Aiebat referens, ipsúmque Mistora dici,
Quo instigante sui mortalia corda ministri

Tar-

Tartareis implent spumis, tunc improba pestis
Diffundens sese totos contaminat artus:
Præsertimque oculos angit, ne prospera ferre
Alterius possint, intabescantque videndo.
Postremò infixis per terga dolonibus, ægras
Extrudunt animas, triplici quas gutture mandit
Cerberus, & mansas aconita in tristia vertit.
Corpora scorpiones fiunt, & acumine caudæ,
Quamuis blanda illis videantur brachia, lædunt.
Sed tu iam medias contemplare aëris oras,
Sarcotheúmque vide, qui rex est primus, & idem
Pessimus, hunc alij reges meruíntque colúntque,
Huic seruit quicquid tenet orbis dæmoniorum:
A quo ceu quodam centro genus omne malorum
Emicat, vt radij solis de corpore manant.
Aspexi hunc igitur sæuum horribilémque superbo
Extantem solio, sceleratáque sceptra tenentem.
Sanguineæ cristæ huic surgunt, & cornua septem
Erecta, & totidem ingentes referentia turres.
Auribus atque oculis lucent & naribus ignes,
Oráque fumosas euoluunt grandia flammas.
Heu quot habet secum comites, quantásq; phalãges
Instructas telis & bombiferis tormentis
Iste tyrannus agit, tanquam perfringere cœlum
Vellet, & æthera superos depellere ab aula.
Tunc mihi ductor ait, Fuit hic pulcherrimus olim,
Supremóque Ioui charissimus: at mala mentis
Conditio, & lætis cognata superbia rebus,
Attulit exitium misero, per namque volebat
Esse Deo, cupiens æqualem sedis honorem.
Proinde relegati meruit: iussúsque Michaël
Constituit certos illi inter nubila fines.
Sæpe tamen priscæ laudis, veterúmque bonorum
Non oblitus adhuc, & spe delusus inani,
Bella mouet superis, cœlumque irrumpere tentat.

Hinc

Hinc fragor, hinc tonitrus, metuendáq; fulmina fiũt,
Hortificique ignes nigranti nube coruscant:
Terremur pecudes, humanáque corda tremiscunt.
Sed furit in cassum, & vexat labor irritus illum,
Nec potis est vltra æthereos intrare penates:
Quique prius lucis lator, dicique solebat
Lucifer, est nunc noctis amans gaudétque vagari
Per noctem, lemures secum & phantasmata ducens:
Pérque diem interdum, quoties committere quærit
Armatas nebulonum acies, & sternere cæsis
Corporibus campos: vel quum crudelia nautis
Fata parat, miserásque vndis operire carinas:
Aut quum grande aliud tẽtat scelus, ille etenim tunc
In lucem prodit, sed clam, mittitque latenter
Ad loca certa suos famulos, qui corda malorum
Instigant hominum, furijsque audacibus implent:
Et taciti inspirant mentem, non voce loquuntur.
Ast ego, Quæso (inquã) mi dux, iam dæmones istos
Mittamus, résque humanas tandem aspiciamus.
Namque hac de spicula facile est terráque frétúque
Cernere: non leuiter nos hæc spectacla iuuabunt.
Cœpimus ergo ambo mortalia contemplari,
Mirabar primùm vario distincta colore
Corpora: nam mediæ gens est quæ proxima Zonæ,
Nigra erat, & crassis labris, crispísque capillis,
Et nuda, aut simæ corio malè tecta capellæ.
Quæ verò gelidis Boreæ reperitur in oris,
Vincebat candore niues, & frigora longis
Vestibus, ac multo vix defendebat amictu.
Hanc illámque inter gentem quicunque morantur
Innumeri populi, nigro tinguntur & albo,
Sed magis atque minus: quanta est distantia Solis.
Talia dum stultè admiror: quid friuola curas?
Quid vanos spectas humana in carne colores?
Dux meus, inquit: erit melius perpendere mores?

Atque animorum habitus varios, operumq; figuras:
Ex quibus agnosces, méque ostendente videbis,
Quæ sit vita hominũ, & quantum chaos erat in illa.
Principiò tibi linge manum, quæ pollice cœlum
Aspiciat, passis digitis: & pollice in ipso
Pone hominũ genus illorũ quibus optima mens est,
Qui res humanas spernunt, diuinaque tantùm
Mirantur, quibus in primis sapientia cordi est,
Qui contemplari naturam atque æthera gaudent,
Innocui, mites, iustúmque piúmque colentes;
Quos neque diuitiæ capiunt, neque turpia carnis
Gaudia, nec tumidi splendor titi lat honoris:
Cœlestes homines, humano in corpore diui,
Rari adeò. perfecta etenim sunt omnia rara.
O vtinam talem te Iuppiter esse iuberes!
Proximus huic digito est index, vbi ponere oportet
Prudentes homines: genus hoc est quippe secundũ,
Estque bonum, tamen in terras decliue, regendis
Vrbibus ac populis aptum, rebúsque gerendis,
Iustitiam colit atque fidem, moresque pudicos:
Non tamen exutum est terreno prorsus amore.
Cui si quando Deus rerum permittit habenas,
Imperijque decus, tunc aurea sæcula fiunt,
Tunc floret virtus, terrasque Astræa reuisit,
Pax viget, & vitium duris cohibetur habenis.
Pòst sequitur medius digitus, qui infamis habetur:
In qua sede aliud genus est tibi constituendum,
Illorum quibus est magnæ solertia mentis,
Ingenijque vigor, nec non vis magna loquendi:
Sed praui sunt, iniusti, vitijsque referti,
In terras curui, nunquam æthera supicientes,
Astuti in primis, falsóque in pectore vulpem
Gestantes, turbámque ignaram decipientes.
Quumq; odio virtutẽ habeant, quã numina tenmãt,
Se simulant iustos tamen ac virtutis amantes,

Próque

Próque albis nigra, & pro nigris alba loquuntur.
Omnia vel lucri faciunt vel laudis amore,
Nec nisi præsentem vitam sperántue timéntue.
Hi sunt qui semper prudentibus aduersantur,
Armánque dolis, confidentésque fauori,
(Quem sibi seruitio turpi vel munere blando
Conciliare solent) sanctis conatibus obstant
Prudentum, & nubem veris rationibus obdunt.
Quæ si non prosunt artes, tunc res agitur vi,
Vtuntur ferro, flammis, atróque veneno:
Lædere si nequeunt furtim, grassantur apertè.
Ergo his militibus, sese ac sua regna tuetur
Ipse malus dæmon, tali se robore fulcit,
Tali præsidio terram sibi subijcit omnem.
Nam longè plures sunt, & longè asperiores
Austuti quàm prudentes videóque reportant
Palmam plerunque, & victa probitate triumphant.
Qui cum sceptra tenent, & præsunt vrbibus, ætas
Ferrea regreditur, Masiortia bella resurgunt:
Iusticiam & leges vincit furor, omnia demum
Bacchantur vitia impunè, & iacet obtusa virtus.
Hoc hominum genere est nullum sceleratius inter
Mortales nec cœlicolis odiosius vllum est.
Proxima stultorum est sedes, quartóque locari
In digito debet. stultorum maxima turba est,
Quis nescit? gaudet stultis natura creandis,
Vt maluis atque vrticis & vilibus herbis.
Hi sunt obtuso ingenio, crassóque cerebro,
Et nihili pendunt animi bona, solaque ventris
Et Veneris pecudum ritu oblectamina quærunt:
Quos bipedes asinos ipsi mille artibus atque
Insidijs capiunt astuti, plurima eisdem
Persuadere solent iniusta & falsa, suóque
Eloquio quocunque volunt ducúntq; trahuntque;
Credula quandoquidem est stultorum, ceu puerorú

Turba, sed in vitium magis: hæret opinio semper
Illis deterior, quibus est quoque deterior mens.
Hinc est quòd stulti astutorum quàm prudentum
Promptiùs auscultant dictis, & credere malunt:
Quippe ferunt praua astuti, & plerunque dolosa
Consilia, & vitium pulchro sub cortice velant.
Sed licet in multis astuti ludificentur
Hos quos dixi asinos, tamen vna superstitionis
Est facilisque via, & cunctis iam cognita scelis,
Qua astuti in primis vtuntur. namque deorum
Addicunt sese templis, ac sacra ministrant:
Tunc implent vrgentque metu insulsissima corda
Stultorum, terréntque minis, nisi nutrina placent
Muneribus, redimántq; datis sua crimina nummis:
Quos ipsi mox accipiunt, quibus & sua sæpe
Scorta sacerdotes casti, mulásque saginant.
Nempe sacerdotum qualis sit vita, modúsque
Fallendi: stultos, quis non videt? attamen ipsis
Hæc impunè licent: tanta est clementia regum,
Duntaxat ludo, ventri, Venerique vacantum.
Hæc quoque dij faciles tolerant, paruique videntur
Pendere, qua sua sacra manu, quo pectore fiant:
Quo probro in terris, quoue afficiantur honore.
Sed redeo ad stultos, quos quando extollit, & alto
Collocat in solio, cupiens fortuna iocari.
O quòt stultitijs tunc omnia plena videbis?
Quas memorare nimis longũ foret. improbitas tunc
Exultat, virtúsque mouet contempta cachinnum.
Tum choreis lautísque epulis, varijsque vacatur
Ludis atque iocis, tum scurrarum ac meretricum
Agmina cernuntur passim, tunc sola voluptas
Turpis & insipiens, tota dominatur in vrbe.
Qualis enim rex est, talis quoque subditus illi
Esse solet populus, studijsque tenetur ijsdem.
Non est sola tamen stultis cognata voluptas:

Ira

Ita frequens etiam quatit illos, pronus in iram
Stultorum est animus, facilè excandescit, & audet
Omne scelus, quoties concepta bile tumescit:
Tunc ferri sceleratus amor, rixæque cruentæ
Surgunt, & gelidæ dant plurima corpora morti,
Ergo ferũ genus hoc hominum est, valdèq; cauendũ.
Vltimus est digitus minimus, quo sæpius aures
Scalpuntur, dicique ideò solet auricularis:
Hic locus est insanorum, qui mente videntur
Exuti, quibus est vsus rationis ademptus.
Quorum si nunquam cesset furor, expedit illos
Oppetere, & tantum moriendo relinquere morbum.
Ergo hominũ duo sunt genera, & non plura bonorũ:
Cætera (nam mala sunt) vitato sedulus: aut si
Non vitare potes, saltem irritare caueto:
Nam furit atque ferit fœuissima bellua vulgus.
Postquam sic fata est proles Areteia: nunquid
A vitijs (inquam) possunt ad honesta vocari
Officia, astuti & stulti? an via nulla medendi est
Criminibus, vel si qua via est, edissere quæ sit.
Tali autem mihi iunc respondit voce Timalphes:
Natura vt multos humano in corpore morbos
Ingenuit, sic multa animo mala contulit ægro,
Atque suos parti vtrique est largita labores.
Aspice quanto hominũ genus amplectatur amore,
Opportuna tamen medicamina multa creauit:
Quod nisi fecisset, nimis iracunda fuisset.
Ergo eadem nocuit, quæ profuit: vtque nocendo
Ingeniosa fuit, fuit ingeniosa medendo:
Vt dubites, maternè, an sit dicenda nouerca.
Sed nunc mittamus morbos & pharmaca, quæ sunt
Corporis, ista patent iam multis edita libris:
Déq; animo (vt melius quæ me paulò ante rogasti
Percipias) quantum res postulat ipsa loquamur.
Principiò vt iussu naturæ rustica tellus,

Vrticas tribulosque & vilia gramina gignit,
Ni cultura frequens adsit, multóque labore
Ingratas rastris ac vomere dissipet herbas:
Nec satis hoc, opus est etiam bona semina ibidem
Spargere, & assidua sparsis insistere cura:
Sic animus, dum corporeo stat carcere vinctus,
Horrescit densis vitiorum sentibus, & fit
Penè ferus, nisi prudenti cultore iuuetur,
Qui vitia expungat, virtutesque inserat aptè.
Sed quæ sit cultura animi fortasse requiris:
Est sophia: est inquam sophia: hanc intellige, mores
Quæ docet, atque probos homines facit, & viuendi
Rectè monstrat iter mortalibus, vt pietatem
Iustitiamque colant suadens, & crimina vitent.
Sola hæc nimirum sophia & sapientia vera est:
Non ea cui passim medici vafrique cuculli
Temporibus nostris incumbunt nocte dieque,
Quærentes rerum abstrusas euoluere causas,
Naturæque intus latitantis pandere claustra,
Materiam primam, vacuumque, ac mille Chimæras
Inflatis buccis ructantes, vt videantur
Docti, & rugosas distendant ære crumenas.
O bellam sophiam, cuius studiosa iuuentus
Aut inhiat lucro, aut sterili ambitione tumescit!
Sed nil candidior, sed nil moratior exit.
Non hæc est cultrix animi, & sapientia dici
Iure nequit: potiusque vocanda scientia, si non
Ambiguos veri calles decepta relinquit.
Ergo hanc qui didicit, scit: non sapit atque scientis
Nomen habere potest forsan, sed non sapientis.
Hæc duo sunt etenim spatijs diuincta reductis,
Suntque operum diuersorum. sapientia fructum
Producit vitæ, fert ipsa scientia florem.
Prodest illa, sed hæc oritur: considerat illa
Quæ sũt intra hominẽ, hæc circa exteriora vagatur.

Illa

Illa pium ac iustũ, hæc doctum facit atque diser tũ.
Proinde animi cultrix sola est sapientia, mores
Quæ docet, vt dixi, hæc etenim vitia omnia vellit,
Virtutẽsque serit, quas cœlesti irrigat imbre.
O humani generis lux, ô via vera salutis,
Præsidium, portus, solamen, regula vitæ,
O pax & medicina animi, ô venerabile asylum,
Suamor: ac potior sapientia nectare! quis te,
Quis te nunc amat aut sequitur? tibi quis locus, aut
Est honor in terris? quondam regnare solebas (quis
In templis, in porticibusque, & gymnasijs, &
Concilijs, regumque aulis nunc cognita nulli es,
Sed pro te regnant nugæ, & mera somnia vatum.
Quid nunc in ludis pueri, imprudensque iuuentus
Discit? fabellas turpes, vel prorsus inanes.
Ecce sedens altè præceptor, codice aperto
Excreat, et postquam circùm spectauit hiantes,
Arrectasque aures tyronum, voce sonanti
Aut tragicas laruas, aut comica scorta referre
Incipit, aut veterum insanos effutit amores:
Aut quid monstrosũ & sæuum & plorabile narrat.
O caput elleboro dignum! sic pectora pura
Imbuis? & rerum ignaros hac fruge saginas?
Hoc sale conditur tenera ac petulantior ætas?
Non puder his nugis absumere turpiter æuum?
Hinc tot vbique vides prauos, tot vbique scelestos;
Hinc & tanta seges vitiorum crescit vbique,
Quando nulla animis cultura adhibetur honesta.
O corruptores, non cultores puerorum!
Discite vos priùs, inde alijs ostendite rectam
Viuendi formam, & sanctos inducite mores,
Ne pecudum ritu vitam ducatis inertem.
Tu verò Stellate audi: te namque docebo,
Et paucis, qua animus tibi sit ratione colendus.
In primis vnum esse Deum meditare frequenter,

Deficimúsque fame: interea plebs vilis & amens
Cuncta sibi rapit, & nummos sibi congregat omnes,
Nec nostrî quenquam miseret: si postimus vllam
Rem, digitum ostendunt mediú, & nos ludificantur.
Vnde agros fodere, aut iumenta strigare coacti,
Aut stabulis efferre simum, vix quærere victum
Possumus, & stultis miseri seruire iubemur.
Quare vos diui saltem miserescite nostrî,
(Si qua est cœlitibus pietas & cura bonorum)
Et facilem monstrate viam, qua viuere honestè,
Et veri latebras inuestigare queamus.
Talibus auditis, diui aduenêre vocati.
Respondítq; prior Phœbus, Venerando propago
Semideûm, cœlo digni, superûmque fauore,
Audite, atque animis mea dicta recondite vestris:
Hunc iuuenẽ Arcadiũ, infidũ, nimiúmq; fugacem,
Prendite, & immersum Stygijs occidite lymphis.
Post Hyales gremio impositum deus excipiat, quem
Lemnia terra colit, sublatúmque in cruce figat:
Tunc sepelite vtero in calido, & dissoluite putrem:
Cuius stillantes artus, de corpore nostro
Spiritus egrediens penetrabit: & ordine miro
Paulatim extinctum nigris reuocabit ab vmbris,
Aurata indutum chlamyde, argentóque nitentem:
Proijcite hunc demum in prunas, renouabitur alter
Vt Phœnix: & quæ tanget, perfecta relinquet
Corpora, naturæ leges & fœdera vincens:
Mutabit species, paupertatémque fugabit.
Phœbus ab his tacuit: dictis Cylenius ales
Annuit, atque eadem præsens Diana probauit
Mox abiêre omnes, cœli ad conuexa volantes.
Tunc mentis diuinæ homines oracula cæca
Voluentes animo ancipiti, vix tempore longo
Experti multa, & non paruis sumptibus, illam
Inuenêre artem, qua non ara dignior vlla est,

Fin-

Fingendi lapidem æthereum: quem scire profanis
Haudquaquã licet, & frustrà plebs improba quærit.
Quẽ qui habet, ille potest, vbi vult, habitare docetur,
Nec fortunæ iram metuit, nec brachia furum.
Sed paucos tanto dignantur munere diui.
Forsan & hoc aliquis roget, an deceat sapientem
Connubio astringi, & generandæ incumbere proli,
Atque maritali sese vincire capistro. (sanctis
Quamquam aliqui laudant, tamen hoc (me iudice)
Æthereisque viris non conuenit: impedit vxor,
Natorúmque efferus amor, diuina sophorum
Ingenia, & mentes contemplari alta volentes.
Gaudeat vxorum & natorum amplexibus ille,
Qui tantùm terrena sapit: crebróque hymæneos
Aduocet: at sapiens lætetur cœlibe vita,
Sit castus, purusque, & mente & corpore, nam qui
Exiguo & taro victu contentus, ab omni
Abstinuit Venere, orando assiduéque pieque,
Et contemplando, mentem ad cœlestia tollens,
Ille Deũm crebro visu & sermone fruetur,
Et fœlix fiet, prospectabitque futura.
Candida virginitas res est gratissima diuis:
Huic sese ostendunt, huic mules arcana recludunt.
Contrà luxuriam immundam, lusúsque pudendos
Odêre ac fugiunt, detestantárque salaces.
Nemo tamen virgo esse potest, nisi cui Deus adsit,
Auxiliúmque ferat: donũ hoc descendit Olympo,
Humanis meritis, humanis viribus impar,
Quo sine non poterit sapiens perfectus haberi.
Pulchrum etiam scitu est, an conueniat sapienti
Horrida Mauortis tractare ferocior arma,
Hostilísque suam temerare in sanguine dextram,
Et sibi pugnando immortale acquirere nomen:
Quandoquidem nullis virtus, laus, gloria, fama,
Maior nulla quidem quàm bello parta videtur.

Oræci, ô miseri, quid bellum pace putatis
Dignius, aut melius? nempe hoc nil turpius, & nil
Quod magis humana procul à ratione recedat.
Nam ratio & leges si semper vbique vigerent,
Nusquam bella forent, pax inuiolata maneret.
Iura silent bello, bello lex opprimitur vi;
Tunc furor & vitium laxis bacchantur habenis:
Tunc praui tollunt cristas, & cornua sumunt,
Impunè occidunt, ferunt, rapiúntque, nec vlla
Iudicis admoniti formidine cuncta profanant.
Pax decet alma hominem, gaudet fera bellua bello.
Arma amens amat, arma cupit, quicunque laborem
Odit iners & inops, qui viuere luxuriosè
Vult: quamuis nequeat, non respondente crumena.
Proinde animam vendit pretio, seséque periclis
Obijcit, vt raptis alienis victor ouánsque
Ad proprios referat prædá & spolia ampla penates.
At quicunque domi est diues, vel sufficienter
Arte potest aliqua sese nutrire suósque,
Militiam refugit, pacémque libentius optat,
Sit nisi mens insana illi, insulsúmque cerebrum.
At dices, etiam magni regésque ducésque
Sæpe armis delectantur, Martémque sequuntur.
Quid tum? nónne etiam magni regésque ducésque
Delirant sæpe, & vitiorum peste laborant?
Stultitijsque suis sæpe vrbes exitio dant?
Et quum multa habeant, cupiúnt plura? omnis auarus
Etsi possideat quantum Tagus excipit auri,
Pauper, inops, & egens tamen est. hoc ergo furore
Reges atque duces dicam impelluntur in arma,
Imperiúmque sibi miserorum cæde lucrantur.
Sed quanquam bellum turpe, exitiale, nefandú est:
Non tamen vtilitatis habet nihil, omnia vafri
Fallacésque hómines, vsuræ & fraudibus apti,
Agglomerát cumulantque sibi quo tépore pax est:

At

At quum bella fremunt, miles mala parta rapit vi,
Tunc meritò vulpes vlciſcitur ira luporum.
Præmia tunc fortes aſtutis digna rependunt,
Párque pari referunt. variat ſic omnia tempus.
Præterea reges mille artibus atq; rapinis,
Quum pax eſt, ſpoliant populos, atq; vndiq; númos
Corradunt: vnde omne aurú argentúmque vorarent
Fiſcus, ni bellum erueret quod pace latebat,
Diſtribuens multis quantum congeſſerat vnus. (quæ
Poſtremò eſt hominú turba haud mediocris, habet
Nec rem, nec doctrinam, artémue; fugitque laborē,
Dedita nequitiæ, prona in ſcelus, impia & audax.
Tales ergo homines, imò vmbras, tempore certo
Mittit in arma Deus, crudeli morte necandos.
Sic genus humanum purgat: multóſque per annos
Qui remanent, viuunt hilares, hac peſte remota:
Donec ſuccreſcant iterum mala gramina, rurſus
Euellenda acri bello, gladióque ſecanda.
Tunc iterum immundas deſpumat Iupiter ollas,
Tunc iterum immiſſis furijs purgamina verrit.
Hic eſt perpetuus mundi ordo ab origine prima,
Has olim ſtatuere vices fata ipſa, Prometheus
Quum ferula æthereos in terram deſulit ignes,
Et quum Deucalion hominum ea nulla reſti
De lapidum iactu Pyrrha cum coniuge fecit.
Ergo decet ſapientem vti ratione, & amare
In primis pacem, pacem complectier omni
Conatu ac ſtudio: niſi fortè aliquando coactus
Pugnet pro patria, pro ſeque ſuiſque tuendis:
Tunc venia eſt dignus, tunc ſit ſine crimine bellum.
Nam ius fáſque ſinunt vim vi propellere, fraudem
Fraude, velut meritum merito penſare decorum eſt.
Quærendum vlterius, ſapiens an debeat vllam
Exercere artem, ſibi qua ſuccurrere egenti
Poſſit, ſi quando infœlix patrimonia caſus

Abſtulerit,

Abstulerit, si quando ferox fortuna malignam
Pauperiem intulerit, rebus violenter ademptis,
Ne mendicus eat, patiens frigúsque famémque.
Nimirum est aliquid, fieri quod possit honestè
A sapiente, iuuet quo se, si cogat egestas.
Sit bonus & doctus medicus, medicina parabit
Sufficiens lucrum domino, morbósque fugabit.
Hanc olim Phœbus coluit, Phœbeius atque
Filius, hic sese immortali nomine dignos
Effecere, hanc & didicit Chironis alumnus,
Quamuis Æacida, quamuis Nereide natus:
Hæc fuit illustris Pæon, clarúsque Machaon,
Hippocratésque sibi æternum quæsiuit honorem.
Quid memorē cunctos, quibus hæc ars cōluit olim
Et locum, & laudem, & demum post funera famam?
Egregius medicus, mendicus non erit vnquam.
Adde huc, quòd plenæ est occultæ cognitionis.
Hæc florum, herbarum, lapidum secreta recludit
Et quicquid telluris intra sua viscera celat,
Perspicit, ac vires naturæ prouida pandit,
Corporis humani partes considerat omnes,
Et reuocat multos regnum ad Plutonis iniros.
Ergo quid hac potius sapientem scire decebit?
Vt non solùm animos possit sanare monendo,
Verùm etiam membris ægris prodesse medendo.
Sic vtranque hominis patrem tutabitur idem,
Sic hominem totum sapiens seruabit ad vnguem.
Aſt vbi iam senos Lachesis nere incipit annos,
Et iam cunicies fœdat barbámque comámque,
Tunc ipsum decet in primis requiescere, & vsquam
Sistere, nec varias vltra percurrere terras:
Sed certam sedem, certos habitare penates,
Atque vbi degendæ vitæ opportuna parare,
Ne desint alimenta sibi veniente senecta.
Interea tamen à turba secedere paucis

Con-

Contentus socijs debet, solúsque frequenter
Nocte diéque Deum purgata mente precari,
Et penitùs sese diuinis contemplandis
Dedere, & humanas animo propellere curas:
Tunc aderunt diui secreta in valle moranti,
Aut colle, aut nemore vmbroso, aut in vertice mõtis
Exiguas ædes desertáque tecta colenti.
Non adeò tutum est cum multis viuere, & vrbes
Stultorum plenas habitare, intérque latrones
Sacrilegos, cupidos, rixosos, ambitiosos
Versari: fugiat sapiens commerca vulgi,
Quandoquidem inuisa est vulgo sapientia, propter
Dissimiles nimiùm mores. contraria semper
Se oppugnant, sempérq; sibi aduersantur & obstant.
Hinc periêre sophi complures, quòd voluêre,
Quando aliquid fieri prauè iniustéque videbant,
Carpere stultorum mores, ac dicere verum.
Et quia non poterant ferre, & malefacta tacere,
Afflicti à stultis, interfectíque fuêre.
Quare ne videat sapiens tot turpia, néue
Discrimen subeat dum vera & honesta tuetur,
Secernat sese à vulgo, studeátque latêre,
Et socios habeat paucos, doctósque probósque,
Quanquam illi raro deerit præsentia diuûm.
Nam sapiente solent super gaudere, & ab illo
Permittunt sese audiri cernique libenter,
Illius & mira pectus dulcedine complent.
Fœlix in terris sapiens, & in æthere fœlix.
Ite ergo ô cæci mortales, ite & auaras
Cogite diuitias, loculos distendite nummis
Per fas atque nefas, digitos onerate lapillis,
Aureáque indigno glomerate monilia collo,
Et Serûm vestes passim ostentare superbas,
Pérque forum medium tumidis incedite buccis:
Ite, inquam, ô cæci mortales, sceptra, coronas,

Imperia,

Imperia, & demum quicquid temeraria vobis
Largiri fortuna potest, nunc pectore toto
Affectate. breui tamen hæc tam pulchra recedunt.
Somnia sunt cuncta hæc, durantia tempore paruo,
Quæ citò vel vobis sors auferet, aut rapiet mors:
Quæ facilè, vt fumus, fugiunt, neque ùntq; reuerti.
Ite, ite, ô miseri, nebulásque capessite inanes:
Quam postrema dies, atque hora nouissima vitæ
Aduenient, tunc tunc vestrarum stultitiarum
Nequicquam memores, vos delirasse scietis,
Et nescisse viam rectam, frustráque pigebit.
Heu, dum tempus adest, errorem agnoscite vestrum,
O curuas nimirùm animas, ô vilia corda,
Cur pecudum more in terram tantùm aspicitis? cur
Nunquam oculos ad sidereas extollitis arces?
Ille ille est verus mundus, vera omnia ille
Vita datur, quicunque Deũ metuúntque colúntque.
Illic nec sorti, nec mors est vlla potestas:
Diuitiæ veræ sunt illic, deliciæque,
Quas pater omnipotens solis sapientibus affert,
Quas non vlla potest series abolere dierum.
Huc igitur vestros animos intendite, donec
Fata sinunt, dum vestra trahunt subtegmina Parcæ,
Nónne hominum vitam tenui pendere capillo,
Nónne perire breui mortalia cuncta videtis,
Ac veluti fumus, tenues vanescere in auras?
Quò nunc tot reges auro gemmisque superbi?
Quò tot pontifices summi, qui se esse putabant
Æquales superis, abiêre? in fœda sepulchris
Ossa iacent, forsánque animas styx atra coërcet,
Expulsas procul à fœlici sede piorum.
Atque, ibi dant pœnas fastus, scelerúmque suorum.
Quàm vellent nunc, si possent, sua corpora rursus
Induere, atque nouis iterum se includere membris,
Vt postergatis opibus, regnóque relicto,

Vitam

Vitam agerent puram & ſanctam ſub paup ere tecto
Iuſtitiáque ſua cœli ſibi numen amicum
Efficerent, ac morte obita fruerentur Olympo
Sed qui ſerò ſapit, fruſtrà ſapit, ocyùs ergo
Pro ſe quiſque Deo ſtudeat virtute placere,
Terreniſque bonis ſpretis cœleſtia quærat.
Denique ab exemplo ſapientis diſcite, qui res,
Humanas parui faciens, & commoda vitæ
Præſentis fugitiua breui, bona vera futuræ
Sperat, & agnoſcit dijs oſtendentibus ipſis.
Talis Apollineo Soractis vertice montis
Viuebat ſapiens, paucis contentus amicis,
Tempeſtate mea, macer & barbatus, in ædo
Exigua, & ferruginco veſtitus amictu:
Præſtantis vir doctrinæ, vultúſque verendi,
Semotam & cinctam ſiluis habitabat eremum:
Enthea mens cuius venturi præſcia fati,
Vera nimis quoties vellet reſponſa canebat,
Reſponſa antiquis nunquam cedentia Delphis.
Huius ego impulſus fama, per longa viarum
Perrexi ſpatia ad ſacri faſtigia montis,
Conuenique ſenem ſub aprica rupe ſedentem.
Qui poſtquam acceptam mihi reddidit ore ſalutem,
Suadet vt aſſideam aſſedi, & ſimul iſta rogaui,
Cur ſibi tale genus vitæ delegerit, & quo
Ipſe modo poſſit dura inter teſqua manere,
Plurima vbi deſunt humanis vſibus apta.
Tunc mihi vir ſanctus reſpondens, talibus infit,
Intra vrbes olim placuit mihi viuere, quando
Iuniot ac rerum ignarus, nihil eſſe putabam
Optandum, niſi diuitias & commoda vitæ
Præſentis, vulgi exempla errorémque ſecutus.
Tunc ego gaudebam tuba cœtuque virorum,
Cúmque alijs præceps in gaudia vana ruebam,
Deceptus falſa ſpecie veríque bonique.

Sed

Sed postquam subijt grauior labentibus annis
Ætas, accessitque mihi prudentia maior,
Cœpi hominũ mores (diuino numine credo
Impulsus) mecum perpendere, & acta notare,
Viuendique modos varios, examine acuto.
Turpia multa quidem fieri et scelerata videbam,
Iustitiæ superesse nihil nisi nomen inane,
Puniri insontes, sontes impunè vagari:
Virtutem in vitio, vitium in virtute latêre:
Pauperiemque premi, & meritis plus posse fauorem:
Ius venale, fidem extinctam, amissúmque pudorem,
Omnes artificum corruptas fraudibus artes:
Latrones quoque cauponas conducere, vt illic
Sopitos melius peregrinos perdere possint.
Contemplabar item multos furtóque dolóque
Ditatos, licet obscœnos, dignósque capistro,
Laudari tamen atque coli, multúmque timeri:
Imperia indignis commiti, & honoribus illos
Ornari, quibus est hominis duntaxat imago.
Denique auaritia labefactam relligionem,
Atque sacerdotes tantùm Venerique gulæque
Intentos, lucrum ficta pietate latenter
Quærere, & astutè vulgi exhaurire crumenas,
Dum pretio cœlum referant, & tartara claudunt,
Dum iactant se posse animas huc mittere & illuc,
Et precibus quocunque velint impellere diuos.
His igitur causis secessi, atque oppida liqui:
Tutius esse ratus deserta habitare, & in isto
Quod reliquum foret ætatis mihi degere monte,
Monte vbi Syluestri est venerabilis ara beati,
Et tanti monumenta viri celebrata renident.
Quæ loca sint quamuis salebrosa & inhospita, sãctis
Sunt tamen apta viris, pacem cupientibus, & quos
Delectat seruire Deo, mentique vacare,
Qui sese æthereis coniungere ciuibus optant.

Sed

Sed tibi difficile ac mirum forsasse videtur,
Me posse has inter rupes & saxa manere,
Quo pauci & rari veniunt, vbi plurima ad vsum
Quæ faciunt hominis, vitæque aptissima desunt.
Non tamen est ita difficile aut mirabile, si quem
Spiritus afflauit, cœli demissus ab arce,
Spiritus ille Dei sanctus, qui pectora purgat,
Sublimátque animas moribunda in carne sepultas:
Ceu sublimentur subiecti viribus ignis
Mercurius, niveúmque caput purgando colorem.
Spiritus hic mentem illustrat, cor dirigit, aufert
Terrenas curas, cœlestem inducit amorem:
Quo flagrans animus, nil non tolerabile ducit,
Nil non ferre potest. leuis est labor omnis amanti,
Præsertim spem aliquam magnæ mercedis habenti.
Spes & amor, duo sunt calcaria fortia, quæ nos
Audaces faciunt, contemptoréque laboris.
Properera assiduis votis precibúsque petendum est;
Vt delabi in nos dignetur spiritus iste,
Qui cum spe ingenti ingentem producat amorem,
Quo mens accensa ascendat sublimis Olympum,
Despiciens terras & gaudia corporis huius
Frivola, seque Deo quantum pote iungere tentet.
Non adeò mirum est igitur si aduenus ab isto
Flamine diuino, possim hic persistere, & inter
Has cautes duram patienter degere vitam.
Quinquam nec victus, nec cultus defuit vnquam,
Hoc in monte mihi, quantum natura requirit,
Non luxus: paucis nempe hæc seruntur ad vnguem,
Paucáque sufficiant homini virtutis amanti:
Qui sibi quod satis est optans, nil cætera curat,
Qui mauult animi quàm carnis viuere vitam.
Nam vita est duplex, (ne tu sis nescius) vna
Corporis; hanc sequitur stultorum maxima turba,
Vulgus iners, plebs insipiens, quæ nil sapit alium,

Egregi-

Egregiumque,ignaua colens pro numine ventrem:
Hæc pecudũ propria est,propria est hæc vita ferarũ.
Altera verò animi dijs conuenit,atque deorum
Nobilibus pueris,qui ob facta ingentia possunt
Verè homines,& semidei,heroesque vocari.
Talis consueuit rarenter gignere tellus,
Tellus iniustis mater,iustisque nouerca.
Sed quoniam video te nunc audire paratum,
Quædam de hac animi vita non vilia dicam,
Quæ debent cuicunque bono intellecta placere.
Principiò esse hominẽ non solo ex corpore,constat,
Verumetiam ex anima:hæc vitam viuentibus affert,
Hæc motum sensumque humana in viscera mittit:
Hæc tribuit nobis mentem,qua dignius est nil,
Per quã multa homines miranda operãtur in orbe.
Sed multi dubitant,an sit mortalis.& vnà
Cum membris anima hæc pereat,lethine sit expers,
Et maneat semper nullum interitura per æuum.
Nimirum pars deterior,quæ dedita carni est,
Ac vitijs,diuũm contemptrix,credit & optat
Mortalem esse animam,scelerum quia digna suorũ
Supplicia(heu) metuit:propter quod tartara nollẽt
Vlla dari,aut manes vnquam reperirier vllos.
Sic malefactorum cupiunt euadere pœnas.
Altera pars hominum melior,qui fœda perosi
Crimina,virtutis pulchro stimulantur amore,
Esse putant æternam animam,nec morte resolui:
Vtque putant,vellent,quòd præmia digna bonorum
Expectant operum: & sperant post fata salutem,
Et promissa sibi melioris muneta vitæ.
Vtra igitur potior sententia?nonne bonorum?
Nimirum in dubijs ea semper opinio debet
Præferri,quæcunque placet melioribus,& quam
Egregij sanctique viri plerunque sequuntur.
Turius est hærere bonis quàm credere iniquis.

Non

Non quos, sed quales aliquid dixere, notandum est.
Quare cum paucis iustis te credere præstat,
Morte carere animas, quàm malorum iniustorum
Iudicio inniti, & nullos concedere manes.
Sed magis vt credas, etiam hæc ratione docebo
Esse immortales animas: nam si Deus id quod
Est melius, semper facit (vt sapientia dictat,
Vtque fateri omnes debent iustique pijque)
Haud dubiè æternas animus fecisse putandum est:
Quàdoquidem longè est melius has viuere semper,
Quàm cũ carne vnà extingui, in nihilúmq; reuerti.
Quod sic ostendo: si mors animas quoque delet,
Si non vita datur nobis nisi corpore in isto,
Censeri iniustus poterit Deus, atque vocari
Improbus: innumeros etenim florere videmus
Diuitijs, opibusque & honoribus imperijsque,
Ignauos homines, indoctos atque scelestos,
Qui peccant impunè, ac læta sorte fruuntur:
Contrà sæpe bonos aduersis casibus, atque
Paupertate premi, & contemptam ducere vitam.
Aut igitur Deus est iniustus, talia qui fert,
Aut sua post obitum partitur munera cuique,
Aut quid agant homines in terris scire recusat.
Præterea quæ & quanta Dei clementia possit,
Quæ bonitas dici, si solam hanc ipse dedisset
Nobis tam exiguam, tam incerto limite vitam?
Cuius dimidium dormitur, cætera curis
Innumeris varijsque laboribus atque periclis
Exagitata, fugit rapidis velocius vndis.
Ergo agite, ô miseri mortales, grandia templa
Construite, egregijs onerate altaria donis,
Festiuam sacris foribus suspendite laurum,
Sollennes canite hymnos, producite pompas,
Thura adolete, Dei nares distendite fumis:
Hæc facite, atque alios etiam superaddite honores,

Vt vitam hanc vobis tam bellam præbeat, in qua
Vos cruciat nunc frigus iners, nunc feruidus æstus,
Nunc pestis, nunc dira fames, nunc Martius horror,
Nunc morbus, casúsue aliquis, nunc tristis egestas,
Nunc musca atq; culex, nunc & cum cimice pulex.
Exultate, inquam, quòd mille laboribus æuum
Ducitis, & victum multo sudore paratis,
Et breue post spatium mortem toleratis amaram,
In tumulo iacituri, & vermibus esca futuri.
O vitam egregiam, ô pulcherrima dona deorum!
Natus homo in mûdo hoc, inter pecudesque ferásq;
Inter tot stultos & iniquos viuit, vbi imber,
Nix, glacies, cœnum, puluis, nox, noxius aër,
Et nebulæ & nubes, ventíque, atraque procellæ,
Et dolor & luctus regnant, vbi denique mors est.
Hæc Fœlix patria, hæc statio sedésque beata,
Propter quam tantos diuis debemus honores?
Propter quam precibus fás est obtundere diuos?
Quòd si non aliam vitam quàm corporis huius
Tam fragilis tamq; immundi, post funera habemus,
Non video cur tanta Deo præconia laudis,
Cur tantos illi in templis tribuamus honores,
Qui nos tam miseros misera hac in sede creauit,
Tot mala passuros, & in æternum perituros.
Ergo ne iniustus Deus & crudelis haberi,
Ac dici meritò possit, fateare necesse est,
Non aboleri animas letho, sed viuere semper,
Non sectas ac diut in cœlo vel in aëre viuunt,
Corporis expertes, hec non somníque cibíque.
Et fateare opus est, etiam sua quemque manere
Præmia post mortẽ aut meritas persolnere pœnas:
Sed satis hæc ratio tibi sit. namque ista malignis
Si dicas, rident: lux multis illuminat orbes.
Tu verò crede omninò, certúmque teneto,
(Námq; hoc principiũ est, fundamentumq; salutis)

Æt er-

Æternam esse animi naturam, & prorsus ab omni
Parcarum imperio exempeam, nil fata timere,
His ita præmissis, compertisque incipiamus
De vita tractare animi: quæ cœlicolarum
Nos similes reddit, per quam affectamus Olympum.
Sed quoniam apparent melius contraria, quando
In conspectu ambo assistunt, & iuncta cohærent:
Proinde operæpretium est de vita corporis antè
Dicere, quæ in terram nos detrahit æthere ab alto,
Brutorúmque facit similes, contraria menti.
Hanc igitur vitam viuit, quicunque superbos,
Sit quamquam virtutis inops, venatur honores,
Et laudes captare studet ventosus inanes,
Tantum oculis hominú cupiens vtcunque placere:
Et qui diuitijs virtute aut fraude parandis
Inuigilat nimis, & totum cor fixit in illis,
Talpa bipes, alta semper tellure sepultus,
Aspiciens nunquam sublato lumine cœlum:
Et qui luxuriæ atque gulæ deuinctus amore,
Illecebras carnis sequitur, spretóque pudore
In Venerem præceps fertur, ventremque saginat
Demens, vt vermes maiori funere pascat.
Omnes hi turpes, & vero nomine possunt
Carnales homines à carnis amore vocari:
Quorum vita parùm à brutorum sorte recedit.
Contrà qui humanas laudes terrenáque prorsus
Gaudia contemnit, viuens castéque piéque,
Spiritualis homo fertur: nam spiritus eius
Corpore iam domito, victáque libidine, liber,
Imperat, & summa capitis dominatur in arce.
Ergo vita animi est imprimis ponere turpi
Fræna voluptati, & ventrem Veneremque domare,
Subdere spiritui carnem, contemnere quicquid
Nascitur in terris, solique insistere cœlo,
Cœlum optare, & amare omni conamine cœlum.

Accipit æthereum vicino ex igne calorem.
Pars media ipsius multò est gelidissima, & illic
Concrescunt nubes, conflantur fulmina vasto
Cum tonitru, varijque agitantes nubila venti.
Infima pars calida est, atque humida: nam vapor ipsi
Humectat liquidis exhalans iugiter vndis,
Et calet ob Solis radios rellure reflexos.
Hìc nebulæ, hìc plouiæ, hìc tenui cum rore pruinæ,
Atque niues, varia ventorum sorte creantur.
Quippe data est ventis huius non parua potestas
Aëris: hi possunt æstiuo tempore frigus
Gignere, & hyberni diffundere mensibus æstum:
Hi nobis auferre valent, & tradere fruges,
Hi nobis inferre, valent & demere morbos.
Eurus ab aurora, Lybicis venit auster ab oris,
Spirat ab occasu Zephyrus, boreas alia flabra
Montibus à Scythicis, gelidáque oriuntur ab Arcto.
Inter quos alij quoque sunt, quibus omnibus aër
Inferior seruit, cumque aëre terra fretumque.
A ventis igitur nubes coguntur, ab ipsis
Nubibus emanant imbres, floccique nuales.
Fulmen, ros, grando, matutinæque pruinæ:
Tempore sed vario, varia ratione modóque,
Et varijs etiam perflantibus aëra ventis.
Quorum qui mediæ veniunt de parte diei,
Nubésque & nimbos pariunt, cœlique calorem:
Qui verò ex Scythicis regionibus, horrida gignunt
Frigora: ab his fiunt glacies, nix, atque pruina,
Tempore brumali: sed cœlum æstate serenant.
Fert Zephyrus flores, terrámque virentibus herbis
Vestit, dans auibus cantum, syluisque decorem.
Eurus plerunque est bonus: at quandoque procellas
Concitat ingentes, terris, pelagóque timendas.
Hos ventos vel dij aërei, vel sidera mittunt.
Sæpe etenim quum thesauros tellure latentes

Vult

Vult auferre magus, vel consecrare libellum,
Vel magico ritu quenquam sibi subdere diuûm:
Audiit extortum ventum, subitámque procellam,
Aut sita strauisse, aut hærentes vitibus vuas.
Materiam ventis præbet vapor ortus ab vndis.
Causa mouens ipsos, diu sunt quibus aëris est ius.
Verùm hæc non sapiunt vulgo, neque talia vulgus
Credere vult. quid tum? gemmas ne apponite porcis:
Credite, vos docti, quibus est mens altior, esse
Non solùm in cœlo, sed in aëre plurima diuûm
Millia, qui ventos tempestatésque ciére,
Et tonitrus facere, & detrudere fulmina possunt.
Non tamen esse nego causas alias quoque, nasci
Quæ faciunt ventos: veluti sol, lunáque & astra;
Præsertim septem quæ vulgo errantia dicunt:
Quorum opera exhalans vapor ad diuersa mouetur.
Vidi ego, dum Romæ decimo regnante Leone
Essem, opus à figulo factum, iuuenísque figuram,
Efflantem angusto validum ventum oris hiatu:
Quippe cauo infusam rem inebat pectore lympham,
Quæ subiecto igni resoluta exibat ab ore,
In faciem venti validi, longéque furebat.
Ergo etiam ventus resoluta emittitur vnda,
Dum vapor exhalans fugit impellente calore.
Namque fugare solent sese contraria semper.
Hæc in parte etiam quam diximus aëris ima,
Apparere solent regalia fata cometæ,
Apparere solet varijs coloribus Iris.
Hanc radij Solis roranti in nube figurant:
Illos stella facit de septem errantibus vna,
Dum sibi subiecto radios impressa vapori
Assimilat caudam, lumenque in nube relinquit.
Haud aliter quàm cùm circumnitet area lunam,
Area venturi (vt perhibent) præmunia venti.
Aut cum tres soles lucere aliquando videntur:

Nec sunt tres tamen, at subiectæ in corpore nubis,
Ceu quodam in speculo, Solis formatur imago.
Sub regione autem crassa imáque aëris, vnda est:
Vnda inquam Oceani, quæ terram circuit omnem,
Angustoque freto Herculeas ingressa columnas,
Diffundit sese, longè latéque pererrans.
Hinc variam nomen sortitur, & hinc mare fertur
Ægæum, Ionium, Tyrrhenúmque, Adriacumque,
Et mare Erythræum, & quod Persidis alluit oras.
Hæc terræ occultas perlabitur vnda cauernas,
Et fluit ac refluit semper, variumque saporem
Accipit, vt varia est tellus, per viscera cuius
Transit, sulfureúmque à sulfure mutat odorem.
Hinc est æterno quòd tempore flumina currunt:
Quippe suos repetunt fontes, iterumque marinos
Ad fluctus properant, illinc reditura vicissim.
Hæc abeunt, illæc redeunt, & agunturin orbem
Assiduè, vegetantque, vt sanguis corpora, terram:
Hæc eadem facit vnda lacus, crassásque paludes,
Nec non perspicuos fontes puteósque perennes.
Denique ab Oceano emanat vis omnis aquarum,
Quascumq; orbis habet: lymphas hic edidit omnes,
Partim sub terra, partim supra ingredientes,
Partim etiam nigris de nubibus egredientes.
Sed cur est adò salsum mare, nunquid ab ipsa
Natura istud habet? non arbitror. at sapor omnis
Vndarum à terra causam trahit, inueniuntur
In terra siquidem montes salis, hos tegit æquor,
Exugítque salem, liquidaso; resoluit in vndas.
Ergo sal, non Sol causa est salsedinis huius.
Nam cur Sol non stagna etiam salsa effecit idem?
Nempe illam terræ partem, quæ non erat apta
Vsibus humanis, nimia salsedine abundans,
Natura Oceano subtraxit prouida: at illam
Quæ fuerat melior, quæ dignior vberiórque,

Detexit

Detexit nobis, nobiſque reliquit apertam:
In quæ ſunt montes, colles, cliui, tumulíque,
Conualles, campi, rupes, fauces, iuga, rura,
Siluæ, ſtagna, lacus, fontes, fluuij, atque paludes,
Oppida parua, vrbes magnæ, pagi, villæ, arces,
Saxa, metalla hominum vitæ opportuna tuendæ.
Huic terræ, illiúſque opibus natura Deúſque
Præpoſuêre hominem, & regem fecêre animantum
Quotquot pontus habet, quotquot tellure morátur:
Ingeniúmque illi ac mentem tribuêre, quibus ſe
Præponat cunctis, terrarúmque imperet orbi:
Atque Deum agnoſcens, illum metuátq; colátque.
In medio terræ eſt centrum, quod ſuſtinet ipſam:
Nam Deus ad centrum iuſſit grauia omnia ferri,
Nec naturali motu decedere ab ipſo
Poſſint, atque ideo terra eſt immobilis, & ſe
Suſtinet in medio, ac propria grauitate tenetur.
Vndique enim ad centrum cõcurrit prona, globũq;
Efficit immenſum, & denſum, ſolidúmque & opacũ:
Circa quem roſeis noctéſque diéſque quadrigis
Sol vehitur: ſed nox aduerſa in parte creatur.
Quippe aliud nõ eſt quã terræ atq; æquoris vmbra.
Quæ ſi fortè ferit nocturnæ corpora lunæ,
Eclipſim facit, & populos terroribus implet,
Credentes magico labefactam carmine diuam.
Vmbra hæc tunc noctes maiores efficit, eſt quum
Diſtans à nobis Sol longius: at breuiores,
Quum redit, & cancri borealia ſigna reuiſit.
Cauſa huius rumor eſt terræ, motúſque ſuperbi,
Quos interpoſuit prudens natura, ſuis vt
Verticibus noctes mutato ſidere mutent.
Nam quanto magis accedit Sol pronus ad auſtrum,
Tanto maiores veniunt à montibus vmbræ:
Vmbræ, quæ abſcondunt lucẽ, auroramq; morátur,
Et ſpatio breuiore diem procedere cogunt.

Tunc ſpargit gracialis hyems ſua frigora nobis,
Tunc æſtas regna Antipodum declauia torret.
Quum verò ſol ad Cancri loca ſumma recurrit,
Tunc nox fit breuior nobis, redeúntque calores,
At bruma Antipodas magno tunc frigore torquet.
Sic vario curſu varias ſol tempora, & annum
Quatuor in partes totum diſcriminat æquas:
Circuiéuſque orbem terrarum, ſeruit vtriſque
Gentibus, & quæ ſub terra verſantur, & illis
Quæ ſupra, atq; pari moderamine temperat omnes.
Nam ſub terra homines etiam ſunt, non mare tãtũ,
Aut ſyluæ, neque enim ſolem natura diémque
Iuſſiſſet radios illic diffundere inanes,
Et ſolùm ſeruire feris, generíque natantum.
Nimirum tellus habitatur toto, nec vllus
Eſt locus, aut Zona vlla, in qua non viuere poſſint
Mortales, aptáſque ſibi componere ſedes:
Sit licet immodicum frigus, vel maximus æſtus
Illic aſſiduè natura vbi triſtia fixit,
Læta adhibet, miſcétque ſagax aduerſa ſecundis:
Atque vbi ferè morbi, medicamina debita gignit.
Ergo vbicunque calor nimius reperitur, ibidem
Non gelidi montes, non frigida flumina deſunt,
Non ſyluæ vmbriferæ, & molles cũ fontibus antres,
Quæ valeant homines tanto defendere ab æſtu.
Prætereà eſt illic ſemper nox æqua diẽi,
Quæ Solis radios æquato frigore frænat.
Vnde fit vt Zonam mediam non eſſe putemus
Deſertam omninò, multos ſed habere colonos,
Et proprio ingenio, & naturæ manere tutos.
Zonæ etiam extremæ, quas non habitarier aiunt,
Aſſiduis nimbis preſſas, glaciéque perenni,
Poſſunt nempe coli: vt ratio non friuola ſuadet.
Maxima namque locis lignorum copia in illis
Naſcitur, & fiunt illic hypocauſta, grauéſque
Veſtes,

Veſtes, ex varijs animantum pellibus, vnde
Calfaciunt ſe mortales, hyemique reſiſtunt,
Et multis arcere modis mala frigora norunt.
Congrua nec deſunt illis alimenta, cibóſque
Indigenas partim, partim illoc vndique vectos
Accipiunt largè, & dapibus veſcuntur opimis.
Non igitur verũ eſt quod quidam Græculus inquit,
Vnius tantùm zonæ partem, exiguámque,
Naturam humano generi tribuiſſe colendam:
At reliquum terræ deſertum prorſus, ab ipſis
Piſcibus atque feris duntaxat ſemper haberi.
Ah foret indignum certè hoc, natura minoris
Feciſſet nos quàm bruta, imperiúmque dediſſet
In terris maius quàm homini, & ſpatioſius illis.
Quare ſi qua fides adhibenda eſt vera loquenti,
Haud dubiè tellus tota eſt habitabilis, & nil
Obſtat quin poſſint mortales viuere vbique.
Naturæ auxilium in rebus non deficit vllis,
Ingeniúmque hominis duriſſima quæque refringit.
Poſtremò quoniam ad finem properamus, & hora
Iamdudum monet æthereos inuadere Piſces:
Propterea exponam paucis cur terra tremiſcat,
Quæ vis tanta illam quatiat, cogátque mouere.
Scire igitur licet, innumeras vaſtáſque cauernas
Sub terris eſſe, atque illic quandoque creari
Ingentes ventos: qui dum crudelia miſcent
Prælia, concutiunt terram, nimióque furore
Congreſſi euertunt totas cum mœnibus vrbes,
Donec parte aliqua erũpant, facto agmine, & auras
Diffuſi in vacuas non longa pace quieſcant.
Gignuntur verò hi venti telluris in aluo
Ex humis, quos vicina trahit ignis ab vnda.
Quippe ignes in ſe multos magnóſque perenni
Tempore nutrit humus (dictum mirabile, ſed non
Falſa tamen refero:) credet qui viderit Ætnam,

Qui ſcatebras calidarum vſquam ſpectarit aquarum,
Et qui vitiferi benè nouerit acta Veſeui.
Hos agitant ventos qui ſubterranea regna
Dij manes habitant, cæciſque morantur in antris.
Non etenim nugæ prorſus, nec inania verba
Sunt, quæ de Stygij rebus memorantur Auerni.
Nempe locus nullus fruſtrà eſt, habitatur vbique
Sub terris, ſupra terras, inque aëre & igni,
In cœlo & ſupra cœlum: eſt vbi regia ſummi
Induperatoris, mundum qui poſſidet omnem.
Muſa vale: interea extremum meditare laborem.

LIBER DVODECIMVS.

PISCES.

SVmme Deus, rex omnipotẽs, pater optime, cuius
Tam pulchrũ támq; immenſũ ſapientia mundũ
Condidit ex nihilo, & regit aſſiduéque tuetur,
Principium & finis rerum, cui omnia parent:
Quo maius, melius, ſpecioſius, altius eſt nil:
Qui ſupra omne habitas cœlum, ſine fine beatus:
Mens mea nunc ad te cupiens conſcendere, Muſis
Non eget, aut Phœbo, aut Parnaſſo, aut fõtibus illis
Vaniloqui quoſcunque ſolent haurire poëtæ,
Magnifica inſano ſcripturi ſomnia vulgo.
Quippe alio auxilio nobis, alióque fauore
Eſt opus, atque alias ſitientes quærimus vndas.
Te voco, te imploro, te poſco, te precor vnum:
Vt cœpto iampridem operi, extremóque labori
Aſpires, tribuáſque optatum attingere finem.
Mitte tuum, quæſo Deus, in mea pectora numen:
Quò afflatus miranda mei penetralia regni
Spectare, & ſpectata aliis expromere poſſim,
Carminibuſque meis æternum acquirere honorem.

Sunt

Sunt qui extra cœlum credant nihil esse, puténtque
Ætheris in summo dorso consistere fines
Rerum, quos vltra natura extendere vires
Non queat ipsa suas, ac debilitata quiescat.
Quod falsum ratione mihi suadente videtur.
Nam si illic finis rerum est, vbi definit æther,
Cur nil vlterius fecit Deus? an quia sciuit
Nil facere vlterius, propria defectus ab arte?
An quia non potuit? sed iure negatur vtrumque.
Quippe Dei nullis est clausa scientia metis,
Et nullum patitur diuina potentia finem.
Non etenim res vlla Deum concludere certis
Limitibus potuit, nec se ipse coërcuit vltrò.
Magna loquor. tamen hæc ratio quoq; magna pro-
Si res vlla Deum finit vel terminat, ergo (babit.
Fortior est res illa Deo: nam quomodo posset
Efficere id, si non ipsum superaret agendo,
Quem finire cupit, quem circumscribere quærit?
At res nulla Deum superat, neque fortior ipso est.
Quare nec finire potest, nec se Deus vltrò
Limitibus cinxit quis etenim sibi ponere finem
Vellet, quum posset liberrimus esse, suásque
Quantumcunque sibi libeat diffundere vires?
Nemo est qui cupiat sese fecisse minorem:
Imo omnes quærunt maiora capessere semper,
Atque aliquid semper iam partis addere rebus,
Et licet ingentes expandere latiùs alas.
Num Deus ergo volet, quum possit maximus esse,
Ac sine fine potens, proprium cohibere vigorem
Sponte sua, angustásque sibi circundare metas?
Non decet hoc certè. quare nec credere fas est,
Esse Deo finem, si non accepit ab vllo,
Nec dedit ipsi sibi: vt ratio iam nostra probauit.
His ita præpositis, concludimus, infinitum
Esse Dei omnipotentis opus, ne vana potestas

Illius dici, & ne vana scientia possit.
Nam si extra cœlum scimus, potuitque creare
Plura quoque & maiora Deus, sed noluit: ergo
Scire ac posse suum frustrà est, & prorsus inane.
Si sciret quisquam, & si posset gnauiter artem
Exercere aliquam, nollet tamen, ac nihil vnquam
Efficeret: frustrà artificis sibi nomen haberet,
Et frustrà propriam verbis extolleret artem,
Quæ non ars, imò deberet inertia dici.
Verùm in diuina natura credere par est
Esse nihil frustra aut vanum, pulcherrima quum sit.
Quæcunque ergo Deus potuit, fecit quoque, virtus
Ne sua vana foret, ne semper pigra lateret.
Sed quoniam potuit facere infinita, putandum est
Fecisse infinita, omnemque expleſſe vigorem,
Nec seruasse in se vanum vel inutile quicquam.
Atqui infinitum corpus posse esse negauit
Doctus Aristoteles: ego in hoc assentior illi.
Quippe extra cœli fines non ponimus vllum
Corpus, sed puram, immensam, & sine corpore lucē,
Lucem qua nostri solis longè minor est lux:
Lucem, quam terreni oculi non cernere possent:
Lucem quam ex sese effundit Deus infinitam,
In qua habitant cum rege suo dij nobiliores:
Cætera turba minor versatur in æthere semper.
Ergo triplex regnum est: ac mundi portio triplex:
Cœlestis, subcœlestis, quarum vtraque fine
Clausa suo est, reliquam non vllus terminus ambit,
Quæ supra cœlum splendescit lumine miro.
Fortè aliquis dicet, nullam sine corpore lucem
Posse dari, vnde extra cœlum lucem esse negabit:
Sed frustrà oblatrat nobis, frustràque resistit.
Nam ratio mea dicta probat, verumque tuetur.
Dic quæso, cur sol lucet? num quòd sua per se est
Lucida materia: an potiùs sua forma dat illi

Hanc

Hanc lucem, quæ tam vastum complectitur orbem?
Nimirum tribuit, rebus forma omnibus esse,
Vt perhibent Physici, quibus & nos adstipulamur.
Forma igitur Solis causa est vt luceat: & non
Materia. à forma vis & decor effluit omnis.
Quòd si corporeis formis lux tanta tributa est,
Cur incorporeis lucem posse esse negamus?
Præsertim quum sint puræ magis, & tenues, &
Participes multo vberiùs pulchræque bonique.
Ergo Deûm formæ lucent vehementer: at illa
Lux non est oculis mortalibus apta videri:
Imò inter diuos quò quisque potentior est &
Dignior, hoc etiam maiori lumine fulget.
Non aurum, non gemmæ illis, non purpura honorē
Affert, vt nobis: lux est sua gloria diuis.
Vtque inter stellas multo nitidissimus est sol:
Sic inter diuos lucet Rex ille deorum,
Non tamen obscurat reliquos, quin perficit illos:
Tanta eius bonitas est, & sapientia tanta.
Fortè etiam obijciet, subiectum esse aëra lucis,
Ac fundamentum. proinde aër est vbi nullus,
Extra oras cœli summi, lucem esse negabit.
Sed pariter nunc à vero decedit, vt antè.
Non etenim est aër subiectum luminis, & non
Est (vt peruersè arbitratur) in aëre lumen:
Imò aër contrà est in lumine, si benè cernas,
Non quid Aristoteles, sed quid ratio asserat ipsa.
Nam si adstans foribus clausis accensa lucerna,
Vel fax immittat per rimam lumen in ædes
Obscuras, quariatque aliquis tunc aëra, iuxta
Luminis immissi radium, transire per ipsum
Aër cogetur radium, nil lumine moto,
Si verò ipse aër subiectum luminis esset,
Nempe eodem motu radius quateretur & aër,
Cumque suo haud dubiè subiecto lumen abiret.

Præ-

Præterea si quis nocturno tempore tædam
Accensam properans gestet, lux illa mouetur
Assiduè, mutátque locum, illustrátque tenebras
Nunc has, nunc illas: tamen aër ipse quescit,
Immotúsque manet, tæda currente per ipsum.
Quòd si aër esset subiectum lucis, abiret,
Progrediens cum luce simul, numero vnus & idem.
Hoc autem non fit, sed lux stante aëre pergit,
Libera per sese, & tædam comitatur euntem.
Vnde patet, quòd lux non indiget aëre, tanquam
Subiecto: sed stare potest absque aëris vsu.
Præsertim lux illa Dei pulcherrima, cuius
Particula impressa est in nostri corpore Solis,
Atque illic tanquam in speculo comprensa tenetur.
Nam veluti in propria sphæra non cernitur ignis
Sub luna positus, sed si accendatur in ipso
Materia, apparent tunc astra cadentia cœlo,
Ignitæque trabes æstiua nocte micantes,
Atque alia id genus humanas turbantia mentes:
Sic lux illa Dei per se nequit ipsa videri
Corporeis oculis: at fixa in Sole nitescit
Propter materiam solis, quæ aptissima luci est.
Quippe ipsum talem fecit Deus, vt sua posset
Illic lux recipi, & toto fulgescere in orbe,
Allatura diem, & vitam, & bona plurima rebus.
Illa etiam lux diuina est impressa aliorum
Diuorum formis: quamuis non omnibus æquè:
Vt non stellæ omnes æquali lumine lucent,
Sed magis vna alia, quanto hæc perfectior illa est.
Vtque potest candela alias accendere plures,
Non tamen ipsa suum amittit minuítue nitorem:
Haud secus illa dei lux inuiolata, nihílque
Decrescens, alios impertit lumine diuos.
Verùm aliquis nunc me dubitans fortasse rogabit,
An præter lucem quam diximus, infinitam,

Quic-

Quicquã aliud quoq; sit, magni extra mœnia mũdi:
Sit licet indignum, atque impar mortalibus ausis:
Ire tamen tentabo viam, qua nulla priorum
Hactenus apparent nobis vestigia vatum,
Thesaurósque Dei conabor pandere terris,
Si Deus ipse volet, solitóque fauore iuuabit.
Principiò patrem rerum, authorémque fatendũ est,
Esse Deum, atq; ipso omne bonũ pulchrúmq; creari.
Quin summũ pulchrũ atq; bonũ verè ipse vocatur.
Ergo vbicunque manet Deus, illic gloria secum
Stat sua, & omne bonum ac pulchrũ reperitur ibidẽ.
Quocirca quicquid tellus & pontus & æther
Pulchri habet, atque boni, totum illud cernitur extra
Cœlestes orbes, vbi summi est regia patris.
Et quanquam rebus non vlla in talibus insit
Materia, haud ideò tamen entia falsa putato.
Nam sunt vera magis, magis & perfecta, magísque
Pulchra his materiæ quibus est data portio rebus.
Forma etenim quæcunque ipsam se sustinet, absque
Materiæ auxilio, longè est perfectior illa
Quæ sine materia per se consistere non quit.
Ergo illic formæ rerum sine materia sunt
Perfectæ ac puræ: quas nec longæua vetustas
Lædere, nec vis vlla potest dissoluere fati.
Plurima sunt illic etiam pulcherrima, quæ non
Corporeo in mundo omnipotens natura creauit.
Ex quibus emanant fælicia gaudia diuis:
Gaudia quæ nequeant humana voce referri:
Gaudia quæ nullo possint amittier æuo,
Has formas incorporeas diuina Platonis
Mens olim agnouit: quamuis turba inuida tanti
Scripta viri carpat, risúque illudat amaro.
Sed cunctis non nosse datum est mysteria diuũm,
Pauci hæc percipiunt, mundi quibus annuit author,
Dátque sinumi vt possint speculari talia, lumen.
Postremò diuũm sunt illic millia tot, quot

Vel

Vel frondes habet omne nemus, vel littus arenas,
Vel pisces Nereus, vel stellas maximus æther:
Imò horum numerus numero non clauditur vllo.
Nam cur finitos fecit Deus, infinitos
Si potuit facere? vt sua gloria latior esset?
Præsertim quum sit prorsus sine limite mundus,
Vt suprà ostensum, & stabili ratione probatum est.
Verùm incorporei quum sint, omnique carentes
Materia, idcircò mutantur tempore nullo:
Non senio ægrescunt, & nil patiuntur amari,
Non somno aut esca vruntur, nullúmque laborem
Norunt: perpetua est illis & læta iuuentus,
Summáque libertas: nulli seruitur ab vllo,
Nec quisquam cogit, nec quisquam cogitur: vnum
Duntaxat dominũ agnoscunt, Regémque patrémq;
Communem cunctis illum venerantur amántque,
Vltrò illi adsistunt, parent vltrò, atque ministrant,
Gaudentes, eius laudes, & facta canentes.
Quisque illi studet obsequio ac pietate placere.
Bella absunt, odio nullo inuidiáue laborant.
Pax æterna viget, concordia maxima, amorque
Mutuus est illis semper, nulla insidiarum
Suspicio, nullusue dolus sentitur ab illis.
Denique totius pars illa est optima mundi:
Quique illic viuunt, sunt longè nobiliores,
Quã qui habitant cœlũ, & sacris versantur in astris.
Nam quanto inferior, terræque propinquior orbis
Quilibet est, tanto dinos tenet ille minores,
Atque minora bona, & tanto est quoque vilior idẽ.
Vnde vt qui supra cœli fastigia viuunt,
Sunt summè pulchri atque boni, summéque beati:
Sic qui obscura habitant telluris viscera, summè
Turpes & praui & miseri inueniuntur, & illic
Non temere esse olim finxerunt tartara vates:
Tartara, vbi scelerum mortales digna suorum
Præmia post mortem accipiunt, clausique tenebris

Æter-

Æternis, frustrà requiem pacemque requirunt.
Sed quid ego in ventos effundo hæc verba, laborans
Incassum, & cœcis cupiens ostendere lucem?
Vsque adeò genus humanum delirat, vt esse
Nequaquam credat superos, infernáque regna.
Maxima pars ridet, si quis post funera dicat
Humanas superesse animas, & viuere semper.
Hinc est quod solis inhiant noctésque diesque
Diuitijs; hæc est illorum maxima cura,
Vt fiant præ alijs, auro gemmísque potentes,
Aurũ omnes vtcũque volunt, spes omnis in auro est.
Hinc currit furiosa audax in prælia miles:
Hinc natis, vxore, domo, patriáque relictis,
Mercator maris vndisoni per cærula vectus
Veliuola pinu, extremas procedit ad oras.
Quisque dolis studet ac furtis, vt congerat aurum.
Aurũ omnes cupiunt & amãt, placet omnibus aurũ:
Nec pœnas metuunt vllas, vbi vita recessit.
O prorsus terreni homines, soláque figura
Discreti à brutis solum cognoscitis aurum,
Per quod nil differt à stulto vir sapiens, &
Quod plerumque malis sors improba donat abũdè.
Discite nonnulla esse auro longè meliora,
Quæ stultis prauisque Deus concedere non vult.
Hæc sunt virtutes: pietas, prudentia, necnon
Iustitia, & cunctis potior sapientia rebus,
Hæc bona quisquis habet, Deus est mortalis, & idem
Immortalis homo, fœlix post fata futurus.
At qui non habet, & vitijs sese inquinat atris:
Morte obita, in tenebras præceps rapietur aeternas.
Hæc non sunt nugæ, aut fabellæ, aut sõnia: sed sunt
Vera quidem, imò etiam verissima, credite cæci,
Credite: væ vobis, si non credetis: abibit
Nam citò vita, & me verum dixisse scietis
Tunc demum, quum vos Plutonia regna tenebunt.
Ridetis nunc: sed risus vertetur amaras

In

In lachrymas, tristésque ferent hæc gaudia pœnas.
Tempus erit quum nudi, inopes, miserique iacebũt,
Auxiliumque humili ac lacrymosa voce rogabunt
Multi, qui nunc diuitijs regnóque superbi,
Præ se despiciunt cunctos hominésque deósque.
Vnde ô vos quibus est cordi iustúmque piúmque,
Sortiti meliorem animam, diuina propago,
Hæc terrena instar nebulæ fugientia, quæ sors
Improba largiri stultis solet atque scelestis,
Et quæ post paucos annos mors omnibus aufert,
Ne multum curate, & spem ne ponite in illis,
Quærite duntaxat quantum vitæ exigit vsus.
Exiguum sit erit, contenti viuite paruo.
Sed sit vester amor cœlum, cœlestia totis
Viribus appetite, huc omnes intendite sensus.
In cœlo sunt vera bona & durantia semper,
Quæ nemo stultus, nemo sceleratus habebit.
In terris quæcunque placent, sunt omnia nugæ:
Quas stulti & terreni homines, pecudúque sodales
Optant in primis, atque hæc bona maxima censent:
Propter quæ subeunt discrimina mille, cientque
Prælia, & opponunt stultissima pectora morti:
His sese extollunt, scarabæi stercore gaudent:
Vilia delectant viles, & turpia turpes.
Terrenis igitur terrena hæc linquite, porci
Lætentur cœno: placeant cœlestia vobis.
Magna decent magnos: sunt fortia fortibus apta.
Terra breue hospitiũ est: patriã Deus æthere vestrã
Constituit: patrias optate reuisere sedes.
Vt quum corporeo egressi de carcere, edendos
Liqueritis canibus vestros aut vermibus artus,
Illic possitis fœlices viuere semper,
Exempti à carne immunda, membrisque caducis:
In quibus inclusi, multos fortasse labores,
Et multos morbos, & tristia multa tulistis,
In mortis regno & lachrymarum valle manentes.

Nomine

Nomine enim tali digna est hæc terra vocari,
Quæ mundi fabulũ, & genitrix, altrixq; malorũ est:
Regnat vbi insanus dæmon, scelerum pater & rex:
Propterea memores mortis vos esse frequenter
Conuenit, & versare animo quàm proxima sit mors
Semper, & immineat, teloque minetur adunco.
Quàm de improuiso inuadat, quàm sæpe iuuentam,
Occupet, & pulchros importuna auferat annos.
O fragilis nimium, innumerisque obnoxia vita
Casibus, ô nimium brevis atque incerta, recedens
Fumi instar! nunc hic moritur, nunc ille: hodie tu,
Cras ego: sic demum paulatim extinguimur omnes.
Non secus ac pecudes, lanius quas seruat ouili
Mactandas, nunc has ferro, nunc percutit illas.
Cras alias, post cras alias: sic denique cunctas
Dilaniat: donec caulæ reddantur inanes.
Hanc igitur fragilem vitam contemnite, cuius
Principium est fletus, medium labor & dolor: at mors
Finis, quis talem vitam nisi stultus amabit?
Vitam aliam sperate, aliam affectate: vbi nullus
Est fletus, nullus labor accidit, aut dolor, aut mors.
Nempe hæc vos manet: hæc dabitur post funera vo-
Qui vitia odistis, sanctèque deum coluistis: (bis,
Nec vestram in rebus terrenis spem posuistis:
Sed castî, innocui, veri, purique fuistis.
Forte aliqui ex his, qui credit intra æthera & extra
Esse deos, vellent artem quoque discere (si qua est)
Per quam illos possent affari, illósque videre.
O quàm sublime hoc & quàm mirabile donum est!
Quo nihil, in terris homini contingere maius,
Posse puto: ac pauci tanto dignantur honore.
Nam cum dæmonibus multi fortasse loquuntur:
Quos facilè allíciunt precibus, sacrísque peractis,
Cùm procul à terris non sint, & in aere viuant,
Atq; hominum cœtus videant adeántq; frequenter,
Imò vtrò apparent multis, vtròque ministrant;

Et